BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
760
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
760
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Chle 3.

Digitized by Google

Rac. Vill. B. 760

IOSEPHO GONZALEZ FLOREZ,

Vniuerſitatis, Sacriq; Collegij Sancti Clementis Hiſpanorum Bononiæ Rectore Auctore.

Variarum Quæſtionum Iuris.

LIBER VNVS.

5P2662



FLORENTIAE,

Apud Bartholomæum Sermartellium Iuniorem.

MDCII.

Digitized by Google

POTENTISSIMO, AC INVICTISS. MONARCHAE PHILIPPO MAGNO;

HISPANIARVM, NOVI ORBIS, ET Vtriusq; Siciliæ Regi; Burgundiæ, Brabantiæ, ac Mediolani Duci; Flandriæ Comiti, &c.

IOSEPHVS GONZALEZ FLOREZ
Vniuerſitatis, & Collgeij Hiſpanorum Bononiæ Rector, omnem optat felicitatem.

SAPIENTISSIMI Veteres Scriptores, Philippe Magne, omnem vitam in duas partes diuiſerũt: In negotium, & otiũ: in bellum, & pacem. Ad ſummam cuiuſque Reipublicæ defenſionem, ac felicitatem hæc duo tempora referentes: Et duas res eius Rectorem, ſeu Principem habere (arma ſcilicet, & leges) deſi-

Biblioteca Nazionale Napoli

Digitized by Google

deſiderantes. Vt his duabus artibus vtriq; tempori, & belli, & pacis opportunis, ac accomodatis Reſpublica rectè, ac feliciter adminiſtretur. Legibus etenim domi in toga, & in pace: Armis verò in bello opus eſſe tradiderũt: Neceſſarium affirmantes, illum, qui Reipublicæ munere fungi volet, propter eos, qui Imperium detrectant; & propter exteros, qui inferre iniuriam conantur, arma domi in armamentario poſita habere: Et ad frenandas hominum libidines, ac cupiditates: & ad corrigendos eorum nocentiſſimos mores leges promulgatas tenere. Nam cum omnis homo ab adoleſcentia ſua pronior ſit ad malum, facileq; deuiet à bono; ſi non eſſent leges, quæ imperarent, permitterent, vetarent, ac punirent: metuq; pœnarum, ac ſpe præmiorum ad bonum ſubditos inducerent; omnia plena ſceleratorum hominum reperirentur: Et (bonis hominibus à malis oppreſſis) nullus fortunas ſuas ſecurè poſſideret: hominesq; piſcibus maris aſſimilarentur, quorum potentiores minores deuorant. Sed iſtarum

rerum,

rerum , alteram alterius auxilio ſemper indigere , Iuſtinianus Imperator in legibus , quas condidit , non ſemel iuris profeſſoribus ſignificauit . Parua etenim eſſent arma foris (inquit Cicero) niſi domi eſſet conſilium : Et modici effectus leges eſſe aliquando Iuriſconſultus reſpondit ; niſi adſit poteſtas , quæ eas exequatur . Vnde conuenienter dictum eſt, aut leges armis imperare : aut arma legibus tẽperare , ac moderari oportere . Si igitur Rex potentiſſime , Reipublicæ felicitas in eo cõſiſtit, quòd Princeps,qui eam adminiſtrat, rectè legum , & armorum artibus vtatur : quæ Reſpublica eſt , aut vnquam felicior fuit, quàm illa Regna, Status,& gentes,quæ ſub tua viuunt ditione? Quis obſecro Princeps vtroq; tempore belli , & pacis , quæ ſibi incumbunt , prædictis armorum , & legum artibus melius perfecit ? Nam quod attinet ad arma,nullus ignorat,quot bella victricibus armis fugando,& delẽdo innumerabiles penè hoſtium exercitus confeceris : quot Prouincias ad veram Redemptoris noſtri religionem

redu-

reduxeris. Quoad legum partẽ omnibus etiã notum eſt, quas leges condideris: quos magiſtratus creaueris: quam facile in adeũdo, & grauẽ in iure dicẽdo te præbueris. His etenim optimis tuis partibus, Rex Chriſtianiſſime, omnes gentes, quæ ſub tua ditione ſunt, liberè ac feliciter in ciuitate verſãtur, & tranquillo animo conquieſcunt, & fortunas ſuas ſecurè poſſidẽt, & pro arbitrio iocundiſſimè vtuntur: Et eſt deniq; omnino tuta, nõ ſolùm ſubditorum tuorum, ſed etiam omnium Chriſtianorum conditio: Quandoquidem totis viribus, & conatibus nõ eos tantùm populos, quibus dominaris; ſed etiam reliquas Prouincias, & omnes Chriſtiani nominis gentes, non ad vtilitatem propriam, ſed ad communem ſalutem proſpiciens ſemper fouere, ac ſaluare enixè curaſti. Omnes quippe Chriſtianorum populos, exceptis his, qui à Satana infecti hæretica cæcitate laborant, tua immenſa potentia, protectione, charitateq; paterna pacatos, ac quietos habes. Circa ea, quæ ad laudes tuas ſpectant, Princeps Maxime, vlte-

rius

rius non progredi decreui: ne vnica pagina velle omnes adducere videar, quas eloquentiſsimus Orator pluribus iuſtis voluminibus explicare non poſſet: Si quidem de ſolis nudis nominibus Imperatorum, & Regum maiorum tuorum; & de Regnis, Statibus, & Prouinciis, quæ legitimo iure hæreditario, tuo ſubſunt Imperio: ſunt aliqua volumina non parua edita. De rebus à te feliciter geſtis; & de animi virtutibus, & de bonis corporis maxima copia Scriptores hiſtoriarum diſertos faciet: & hac in re ſolùm deſiderari poteſt, vt tuis meritis æqualem ſcriptorem habeas, qui digna factis tuis referre valeat: & idoneo ſtylo oſtendat te eſſe legitimum, & verum ſucceſſorem non ſolùm Regnorum, & Statuum: ſed etiam animi virtutum Inuictiſsimi Caroli Quinti Maximi Imperatoris patris tui; quarum magnitudinem totus terrarum orbis admiratur. Reliquum igitur eſt Princeps humaniſsime, vt has meas lucubrationes tuæ Maieſtati humiliter inſcribam, ac conſecrem. Et quamuis dum me-

cum

cum ipſe hæc de te cogitarem, deterritus tui nominis magnitudine non potui non valde timere. Tamen animum meum erexit, cum animaduerterem tuam ſingularem erga omnes clementiam, ac benignitatem, & maximè erga collegiales huius tui Sacri Collegii Hiſpanorum Sancti Clementis, Bononiæ inſtituti à bonæ memoriæ Aegidio Albornotio S. Romanæ Eccleſiæ quondã Cardinali, Archiepiſcopo Toletano, ac totius Italiæ legato. Cuius Collegii patrocinium Potentiſſimis Regibus Hiſpaniæ commiſit: Eiuſq; protectionem ſolita tua lenitate præteritis annis expreſſè acceptaſti. Sub quo tuo, tuorumq; maiorum præſidio, ac clementia (quamuis in aliena regione ſit conſtitutum) per ducentos, & plures annos eſt conſeruatum. Quod inſigne Collegium, & florentiſſimam hanc Vniuerſitatem Bononiæ Potentiſſimus Carolus Quintus Imperator pater tuus, quam pluribus muneribus, ac ſingularibus priuilegiis, quæ ſumma ſua liberalitate eis contulit, ac conceſſit, ſublimauit. Cuius Inuictiſſimi

Cæſa-

Cæſaris celebre, ac glorioſum nomen, in hoc Collegio, & in hac Vniuerſitate (quorum tam Vniuerſitatis, quàm Collegij Rectoratus officia ſimul gero) quotidie in ore habemus, & dum durabunt habebitur. Declinato igitur timore; tua, ac tuorum admirabili benignitate fretus opus hoc ſub tuæ Maieſtatis præſidio in publicum emitto. Habemus etenim huius Collegij ſtatutis cautum, quod ſemper conſuetudine obſeruatum eſt, vt cunctis diebus Sabbatis vnus Collegialis tres ſaltem concluſiones proponat, ac defendat: Et ex his quæ oneri meo iniunctæ fuere, aliquas diſputationes Iuriſprudentiæ (quam ego profiteor) elegi; & ſimul cum aliquibus dubijs quæ in noſtro Collegio tempore, quo in eo commoratus ſum occurrerunt; qua potui diligèntia extendi, ac emendaui: Et librum hunc Variarum quæſtionum inſcriptum, ex his compoſui. Quod opuſculum, laborisq; mei fructus, quaſi primitias tuæ Maieſtati, qua maxima poſſum veneratione, offero: Vt ſub tuis feliciſ-

†† *ſimis*

ſimis auſpicijs detractorum morſus facilius euitetur. Deus Optimus Maximus te incolumem reddat; & in longa, ac felicia tempora conſeruet. Vale.

Bononiæ, menſe Aprilis.

Anno.

M D L X X I.

Digitized by Google

SVMMA CAPITVLORVM HVIVS OPERIS.

AN diuini nominis inuocatio ſit de de eſſentia, atq; ſubſtantia inſtrumenti: & quid in locis in quibus de conſuetudine apponi ſolet. Cap. Primo. Pag. 1

Licentiatus, an gaudeat priuilegijs Doctoribus conceſsis veniatq́; appellatione Doctoris. Item an prior licentiatus, qui poſtea recepit Doctoratum præferatur Doctoribus medio tempore factis. Cap. 2 10

An incerta dotis promiſsio ſpeciali priuilegio, & non iure communi ſuſtineatur. Cap. 3 30

Duo ſpecialia, quod ne dum in dote, ſed & in omnibus alijs ex eodem fonte, & ad eundem effectum poſſunt concurrere. Cap. 4 51

Clericus, an poſsit propriam concubinam hæredē inſtituere, & ſi talis inſtitutio nō valet, cui applicāda eſt portio illa hæreditatis, in qua fuit inſtituta, & ſi fiſco applicatur, an ad ſecularem fiſcū, vel ad fiſcū eccleſiæ pertineat. Cap. 5. 79

Qualiter adoptiuus ſuccedit, & ei alij ſuccedunt. Cap. 6 85

An in iudicio bonorum poſſeſsionis agnoſcendę perſonarū legitimatio neceſſaria ſit. Cap. 7. 110

minij ſpecies. Cap. 29 498
An donatio omniũ bonorũ præſentium,& futurorum ſit de iure cõmuni valida. Cap. 30. 559
De compenſatione,ſeu imputatione, & an pater debitor dotis filiæ,legãdo eidẽ filiæ, videatur animo cõpenſandi cũ dote legaſſe. Cap. 31. 603
An ſubſtitutio vulgaris locum habeat obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem. Cap. 32. 654
De obligatione annua,& an ſit perpetua ſine aliqua exceptione, quando non eſt appoſitum tempus quoad viuam. Cap. 33 668
Verbum promiſit in ſcriptura appoſitum,an importet ſtipulationem. Cap. 34 702
An hodie fiat nouatio ope exceptionis, quando expreſſe non eſt actum in caſibus, in quibus olim præſumebatur. Cap. 35 738
De municipibus, & originarijs,& an ille, qui caſualiter natus eſt in aliquo loco, dicatur ciuis originarius illius loci. Cap. 36 747
An inter ſuccedentes diuerſo iure locus ſit collationi. Cap. 37 782
Vtrùm ius naturale ſit mutabile. Cap. 38. 800
An legitima poſsit ſtatuto tolli. Cap. 39 831
An ius gentium ſit duplex. Cap. 40 850
An lex humana deriuetur à lege æterna, & à lege naturali. Cap. 41 857

APPLICATIO CONCLVSIONVM diſputabilium, quæ in hoc opere continentur, locis ordinarijs, qui in vniuerſitatibus Italiæ leguntur.

In primo ordinario.

AD titulos. ff. de officio eius, et ff. de iurisdict. omn. iud applicari poteſt, cap. 15. cum 12. capitulis ſequentibus.

Ad titu. ff. de noui. ope. nu. cap. 1. nu. 1. & 8.

Ad titu. ff. de acquir. poſſeſſ. cap. 29. nu. 8. & cap. 40.

Ad titu. extra de conſtitu. cap. 29. nu. 39. & 40. & 50. & 52. & cap. 41. nu. 9.

In ſecundo ordinario.

Ad titulum. C. qui admitti. applicari poteſt, cap. 7. & cap. 8.

Ad l. poſthumo nato. C. de bono. poſſeſſ. contra tab. cap. 6. num. 19. & cap. 10. nu. 19.

Ad l. qui ſe patris. C. vnde lib. cap. 9. n. 16. et ca. 10. n. 15. et 16.

Ad Auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. cap. 4. nu. 13. et cap 13. & cap. 31. nu. 1. 43. 57. & 61.

Ad l. ſi emancipati. C. de collati. cap. 37. nu. 1. & 12.

Ad titulum. C. de impube. & alijs ſubſti. cap. 13. nu. 1. & 9. & cap. 32. nu. 1. & 13.

Ad Authe. ex cauſa. C. de libe. præte. cap. 9. nu. 10. 11. 15. & 19. & cap. 10. nu. 10. & cap. 12. nu. 15. & 19.

Ad titulos. ff. de lega. 1. & 2. cap. 29. nu. 8. 34. 39. 40. & 50. & cap. 30. nu. 56. & cap. 31. nu. 1. 43. & 57. & cap. 33. & cap. 36 nu. 39.

Ad titulum. ff. ad leg. falci. cap. 33. nu. 21. cap. 39.

Ad titulum ff. ad Trebelli. cap. 11. nu. 23.

Ad tit. extra de probation. cap. 4. nu. 13. & cap. 12. num. 26. & cap. 30. nu. 1. 58. & 59. & cap. 33. nu. 30.

In

In tertio ordinario.

Ad titu.ff.ſi certum peta. applicari poteſt cap.2.nu.1.& 12.& cap.30.num.1.& cap.34.nu.1.9.& 50.& cap.35.

Ad titulum.ff.de condict.indeb.cap.40. & cap.41.nu. 14.

Ad titulum.ff. de verbo.obliga.cap.3.& cap.30.nu.1.35.45.56.58.& 59.& cap.32.nu.1.& cap.33.nu. 10. 20. 21. & 30.& cap.34 nu.1.9.& 50.& cap.35.& cap.40.

Ad titulum extra de officio delega.cap.15. cum 12. ſequentibus præcipue cap.18.& cap.19.& cap.26.& cap.34.nu. 50. & cap.41.nu.13.

In quarto ordinario.

Ad titu.C de edendo.cap. applicari poteſt.

Ad titu.C.de pactis,cap.30.nu.1.35.45.56.58.& 59.& cap.41.nu.14.

Ad Authen.ſacramenta puberum.C. ſi aduer.vende. cap. 30. num.1.& 58.

Ad titulum.C.de inoffi.teſta.cap.6.nu.7.& 10.& cap.9.& cap.10.nu.18.& 19.&.cap.11.nu.12.15.18.22.23.& 28.& cap.12.nu.15.19.& 32.& cap.39.

Ad titulum.ff.ſolu.mat.cap.3.& cap.4. in prin. & nu. 14. & cap.29.nu.8.34.& 44.& cap. 31. num.1. 57.& 61.& cap.33.nu.21.

Ad titulum. ff. de lib. & poſthu.cap.6.nu.15.& cap.9.num. 10.& 16.& cap.11.nu.18.

Ad titulum.ff.de vulga.cap.13.nu. 1.& 9.& cap.32.nu.1. & 13.& cap.39.

Ad titulum extra de iudicijs,cap. 2. nu. 1. & 12. & cap. 28. num.10.verſi.intellige.

Digitized by Google

VARIARVM QVAESTIONVM

LIBER VNVS.

Authore Ioſepho Gonzalez Florez, I. V. D.
ac vtriuſque Vniuerſitatis Iuriſtarum,
Sacriq; Collegij S. Clementis
Hiſpanorum Bononiæ
RECTORE.

SVMMARIVM.

1 *Incipiendum eſt à diuini nominis inuocatione.*
2 *Inuocatio diuini nominis, an ſit de inſtrumenti eſſentia, & ſubſtantia.*
3 *Solemnitas leuis, actum frequentius non ſolet vitiare.*
4 *Intellectus ad tex. l. j. §. pen. ff. de ven. inſpici.*
5 *Solemnitas leuis, quæ dicatur.*
6 *Intellectus ad tex. in authen. vt prop. nomen Impera. & nu. 11 noua declaratio.*
7 *Nomina Papæ, & Imperatorii ſignificant tempus.*
8 *Inuocatio diuini nominis, an ſit de ſubſtantia inſtrumenti, in locis in quibus apponi ſolet conſuetudine.*
9 *Inuocationem diuini nominis contra communem, non eſſe de ſubſtantia inſtrumenti, etiam in locis in quibus apponi ſolet conſuetudine.*
10 *Conſuetudo recipit strictam interpretationem.*
11 *Clauſula quæ in inſtrumentis apponi ſolet, pro adiecta habetur & ſi non ſit appoſita.*
13 *Notarius, ſeu tabellio conficiens inuentarium inter vnum Chriſtianum, & alterum Iudæum, inuocat nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.*
14 *Inſtrumenti publici ſubſtantialia.*
15 *Inſtrumentum publicum in Hiſpania, quæ debeat continere.*

An diuini nominis inuocatio ſit de eſſentia, atque ſubſtantia inſtrumenti, & quid in locis in quibus apponi de conſuetudine ſolet. *Cap.* I.

COLLIGVNT dd. in rub.ff.veteris, &
1 in rub.inſtitu.† incipiendum eſſe ab inuocatione diuini numinis, per prædictas rubri. & per l. in nomine domini. ff. de off. præfecti prætorio.l.1.C.de vet.iure enucle.l. Deo nobis.C.de Epiſcopis & cler. authen. de armis in prin.colla.6.auth. de quæſtore in princ.c. in nomine Domini extra de teſtibus. c. in nomine patris 23. diſtin.cuius inuocationis rationem aſſignat glo. in auth. de hæred.& falci.in rub.colla.1. & in rub.inſtitu.videlicet quòd ex inuocatione bonum ſequitur initium, melius medium, optimus finis, iuxta tex.in auth.quomodo oporteat Epiſcopos in princ.colla.1. Vndè dubitare ſo
2 lent dd. † an diuini nominis inuocatio ſit de inſtrumenti eſſentia, atque ſubſtantia. Partem affirmatiuam eſſe dè forma, & ſubſtantia, hanc diuini nominis inuocationem, & eius omiſſionem inſtrumentũ vitiare, ſequũtur Fulgo.in procœ.C.Ioan. Imol. & Roma.in rub.ff.de noui ope. nuntiat. prò quorum opinione vltra prædicta iura vrget tex. in c. non liceat 26. q. 5. vbi hoc videtur apertè cautum : innuit etenim tex. ſcriptum eſt omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo. Præterea vrget tex. qui aliquibus videtur expreſſus in authen.vt præponatur nomen Imperatoris.§.ſi qua verò, ibi, & incohetur mox authore Deo, colla.5. ex quo cenſetur eſſe de iure ſcripto inuocationis inſertionem. Et pro hac parte adducit Roma. vbi ſupra tex. in c. vos habetis

habetis 27.quæſt. 1.(quem non inuenio)quam opinionem ante prædictos dd.tenet glo.in d.authē. vt præpo. nom. imperat.in ver.authore.Prædictis tamen non obſtantibus contraria ſententia, & verior & communior eſt,quam amplectitur Bart. in l.ſiquis ex argentarijs. §. ſi initium.ff.de edendo.Bald.in proœ.C. Abb.in c.1.de fide inſtrum.vbi Deci. nu.6.& vterque in c. in nomine domini extra de teſtib.vbi etiam Felin.dicit communē. Alex.in rub.ff.de noui ope.nuntiat. qui latè, & rectè in hoc ar.loquitur,& ibi etiā Alcia.nu.7.crebrius receptā eſſe teſtatur,Caro.Rui.nu.3.Crot.nu.21.& Franc.Nicom.nu.125.& Hormanut. nu.11.Coua.practi. quæſt. c.20.nu.1.cum ſeq.Ferdinan.Mencha.lib.1.§.7.nu.33. & pro hac parte vrget optimum fundamentum: nam in iure non reperitur cautum, huiuſmodi inuocationē eſſe de inſtrumenti ſubſtantia, vndè qui id dicit probare debet,arg.l.ab ea parte.ff.de probation.l.nec non §. quod eis.ff.ex quibus cauſ. maio. Secundò facit, nam poſito quòd aliquo iure inueniretur prædicta forma di

3 uini nominis inuocationis expreſſa,† eſſet læuis ſolemnitas,quæ actum frequentius non ſolet vitiare, iuxta l.j.§. penult.ff.de ventre inſpicien. vbi innuit tex. quod ſi in ventre inſpiciendo læuis ſolemnitas, de qua in illa l. cautum eſt,fuerit omiſſa propter ruſticitatem, non nocet talis omiſſio: & licet nō me latet aliquos inducere, ſolemnitatē ibi non vitiare propter ruſticitatē,& ſic in caſu ſpeciali,vndè contrariū regulariter eſſet dicendū, per regu.l.ius ſingulare. ff.de legi. tamen ad illum tex. placet Alex.interpretatio in d.rub.de noui.ope.nuntia.

4 quòd tex.ille non † vult quòd læuia ſolūmodo vitient, quando à ruſtico omittuntur: ſed quod etiam non vitient, ſi à quocunque omittantur. nec obſtant verba,

A 2 propter

propter ruſticitatem; nam non fuerunt appoſita ad inducendum ſpeciale aliquid, ſed quia ſolemnitas omitti ſolet ruſticitate: & quòd læuis ſolemnitas non infirmet actum, receptum eſt in l.fi.§.j.per tex.ibi. C.de iure delibe. vbi tex.licet adſcribi mandat in inuentarijs ſignum crucis manupropria hæredis, tamen eius omiſſio ſecundum communem doctorum ſententiam, ibi, ex eo quòd eſt læuis ſolemnitas, non infirmat actum: licet ſit de his quæ attingunt fidem noſtram. quæ autem dicatur læuis
5 ſolemnitas vide per Alcia.in.d.rub.de noui oper.† videlicet quæ omiſſa nihil ſubſtantiæ mutat, Barto.in l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio. Bald.in procœ. Gregoria. item eſt læuis ſolemnitas ea, quæ omiſſa modicum affert parti præiudicium, Aret.in l.2.§.prius.ff.de vulg. nec placet Speculatoris concordia, quem refert, & meritò reprobat Abb.in c.1, extra de fide inſtrum. videlicet prædictam diuini nominis, ſeu numinis inuocationem eſſe in arduis, & perpetuis inſtrumentis, nō in alijs neceſſitate apponēdam: & iſta opinio comprobatur per glo.in l.generali.C.de tabu.lib.10. quæ enumerat ſubſtantialia inſtrumentorum, nec inter ea ponit diuini nominis inuocationem. Et ſimiliter inducitur glo. per Bal. ibi in l. iuregentium.§. quod ferè.ff.de pactis, vbi dicit glo. annos domini in primis eſſe deſcribendos. ex quo apparet inuocationem non eſſe præponendam, cum primum ſit quod ante ſe nihil habet, in procœ. ſſorum.in §. diſcipuli, & in l.qui duos.ff.de reb.dub. Non obſtat c. non liceat ibi, omnia quæ facitis &c. nec alia iura in quibus appoſita inuocatio domini reperitur: nam reſpondent dd. illud eſſe conſilij, non præcepti: ſicuti illud Euangelij, Vade & vende vniuerſa quæ habes, & da pauperibus: quod clariſſimè apparet, nam alias nullus

actus,

Digitized by Google

actus, nec contractus ſine ſcriptura celebratus valeret, cum ſoleat ſine tali inuocatione celebrari. Nec obſtãt verba tex. in auth. vt præponatur nomen Imperatoris.
6 ibi, & incohetur mox Deo authore. † nam ſecundũ dd. prædictos, illa ſunt verba ab Imperatore expreſſa, in actu per eum celebrato, in quo dat formam conficiẽdi inſtrumentum, non autem his verbis imperat, quòd in actibus celebrandis per alios apponatur. nam vt tradit Alcia. vbi ſupra, illa verba ad proceſſum indictionis referuntur, vt ex authẽ. Græco apparet, nõ ad inſtrumentum: nec ſi cum iudicio conſideretur, aliter tex. ille intelligi poteſt, cum innuit Imperatoris nomen eſſe præponendum, nam prius eſſet apponenda prædicta inuocatio diuini nominis, cum ordo dignitatum ſeruari debeant. l. 1. & 2. ff. de albo inſcriben. Nec obſtat inſuper arg. quo paſſim in hoc ar. vti ſolent dd. ſi nomen Imperatoris præponendum eſt in inſtrumentis, vt ex d. auth, vt præpona. nam Impe. apparet, fortius dicendum videtur diuinum nomẽ deberi præponi, nam occurri poteſt, de nomine Imperatoris, non de diuino reperitur cautum. Imo diſſimilem caſum eſſe non eſt dubium, cũ in quolibet actu ineſt diuini nominis inuocatio, vt tra-
7 dit Crot. in d. rub. n. 21. per c. obſeruetis. 26. q. 7. † Prætereà cũ nomina Papæ, & Imperatoris ſignificent tempus, ſunt neceſſaria concomitantia actus qui geritur, vt Bald. in proœ. C. ſicut dicitur de loco, vt in c. Abbate de re iudic. lib. 6. inuocatio tamen diuini nominis non ſignificat tempus, ideò non eſt de forma actus,
8 qui geritur. Eſt tamen dubium maximum, † vtrum prædicta diuini nominis inuocatio, ſit de ſubſtantia inſtrumenti, in his locis in quibus apponi ſolet conſuetudine in inſtrumentis. & partem affirmatiuam, debere

apponi,

Digitized by Google

apponi, aliàs eius omiſſionem in hoc caſu vitiare inſtru mentum, tenet Abb. in c. 1. de fide inſtru. Imol. & Rom. in d. rub. de noui ope. vbi Caro. Rui. dicit communem, & Franc. Niconit. nu. 127. & Crot. nu. 21. Felin. in c. in nomine Domini de teſtib. & pro hac parte vrget Abb. conſideratio vbi ſupra dum conſiderat tex. in c. non liceat 26. q. 5. vbi cautum eſt: omnia quæ facitis, aut in verbis, aut in opere, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite: ſed quia dubitari poterat vtrum hoc eſſet conſilij, aut præcepti: conſuetudo interpretatur hoc eſſe neceſſitatis, & non conſilij. vnde per illum tex. iuncta conſuetudine, determinatur inſtrumentum abſque diuini nominis inuocatione non valere. præterea facit tex. in auth. vt præpo. nomen Imperato. §. ſi qua verò, vbi ſcriptum eſt, quòd ſi in aliquibus locis, cuſtodiatur obſeruatio apponendi annos ab vrbe condita, quod præponatur nomen Imperatoris, & poſtea annus ab vrbe condita modis omnibus apponatur: ſicut enim ſi non obſeruatur conſuetudo apponẽdi annos ab vrbe condita actus annullatur, vt ex illo tex. conſtat ibi, modis omnibus (quæ verba formam important ſicut dictio omnimodo ſecundũ Bar. in l. Græce. §. illud. ff. de fideiuſſor.) à ſimili, imo à maioritate rationis videtur dicendum, cõſuetudinem apponendi in inſtrumentis, diuini nominis inuocationem, debere omnino obſeruari, & quòd pro forma requiratur. quod corroborant Abb. & Deci. in d. c. 1. de fide inſtrum. authoritate glo. in auth. vt præp. nom. Imper. in ver. authore, quæ glo. ſi rectè intueatur, vbi agit de conſuetudine, non loquitur de inuocatione diuini nominis, ſed de inſcribẽdis annis domini. in prin. tamen glo. illa tractat de inuocatione, & vt ſupra dictũ eſt, indiſtinctè vult ſiue adſit, ſiue non cõſuetudo, quòd fiat

fiat inſertio diuini nominis, per illum tex. quæ vt ſupra
9 concluſum eſt magis communiter reprobatur. † His tamen non obſtantibus, puto contrariam ſententiam eſſe veriorem, imo quòd etiam in locis in quibus inuocatio diuini nominis apponi ſolet, non requiratur pro forma, & ſubſtantia inſtrumenti, ſine qua non poſſit valere inſtrumentum, quam opinionem in primis obſeruat Bald. in proœ. C. & Alex. in rub. de noui operis nu. 2. vbi Alciat. nu. 7. Deci. in d. c. 1. de fide inſtrum. nu. 6. & in c. in nomine Domini extra de teſt. Mencha. li. 1. ſucce. creat. §. 7. nu. 33. qui refert alios tenentes cõtra communem, & hæc opinio eſt magis æqua ſecũdum Alciatum, & magis mihi placet per fundamenta in præcedenti quæſt. adducta. Cenſeo enim quòd cum ſolemnitas huius inuocationis ſit læuis, eius omiſſio non debet nocere indi-
10 ſtinctè, ſiue ſit inducta conſuetudine († quæ ſtrictam interpretationem recipere ſolet, vt tradit Alciat. vbi ſupra per l. 1. §. ſiquis hoc interdicto. ff. de itine. actuque priuato vbi Bart.) ſiue inducta ſit aliquo iure ſcripto, vt in præcedenti diſputatione cõcluſum eſt, maximè cum ſit faborabile quòd fiat interpretatio vt actus ſuſtineatur, iuxta regulam. l. quoties la ſecunda. ff. de verbo. obliga. imo credendum eſt in hoc caſu quòd iſta conſuetudo inoleuit, ex quadam pia ſcrupoloſitate vt Alciat. vbi ſupra aduertit, qua de cauſa non eſt interpratandum, verba tex. in d. c. non liceat eſſe de præcepto, & non de conſilio, non obſtante conſuetudine. Vlterius non ob-
11 ſtat auth. vt præp. nom. Imp. §. ſiqua vbi habetur, † quòd obſeruatio apponendi annos ab vrbe condita debet cuſtodiri: nam vt ſupra dictum eſt caſus diſſimilis eſt, cum in quolibet actu ineſt ſemper diuini nominis inuocatio. præterea anni ab vrbe condita ſignificant tempus: rurſus

ſus intelligi poteſt aliter vltra.dd.tex.ille inquantũ in nuit,ſi qua uerò apud orientis habitatores, aut alios homines,obſeruatio cuſtodiatur in ciuitatum temporibus; nec huic inuidemus,ſed præſcribatur Imperium,& tũc inſeratur etiam ciuitatibus omnibus modis annus,quod loquatur de obſeruatione cõſtitutionis ſcriptæ, qua ita cautum erat, non autem de conſtitutione conſuetudinis ſine prouiſione legis ſcriptæ. adde tamen prædictis,
12 quòd † clauſula quæ in inſtrumentis conſuetudine apponi ſolet, & ſi non ſit appoſita, pro adiecta habetur: Alcia.in d.rub.de no.op.Petrus Anch.in c.cũ M.Ferrarieſis de cõſti.n.47.vbi Fel.n.17.Iaſ.in l.quod ſi nolit.§. quia aſſidua ff.de ædi.edi. per.l. fi.in fi. C. de fideiuſſor.
13 †Notarius autẽ aut tabellio Chriſtianus, conficiens inſtrumentum inter unũ Chriſtianum, & alterum Iudæũ, domini noſtri Ieſu Chriſti nomen in eo inuocabit: docet.Bart.in d.rub. de noui ope. & ibi Alex.& Alcia.nu. 18.& Franc.Niconitius num.139. idem Bart. in proœ. conſti. vbi Roma.& Iaſ.in rub.ff.de iuſti.& iu. poſt prin ci.& hac inuocatione vſus eſt Imperator Iuſtin. Chriſtianus, dirigendo reſponſa Iureconſultorum,quos con ſtat paganos,& a noſtra fide alienos fuiſſe, in proœ.ff.veteris: eam denique inuocationem obſeruauit in rub. de nou.ope.nun.ut ex aliquibus libris apparet, & dd.ibi no
14 tant quos ſuprà citaui.†Quæ autem requirantur ad ſubſtantiam,& ad eſſe inſtrumentum publicum,vide Bart. in l.ſiquis ex argentarijs.§.ſi initium nu.6.ff.de edendo, vbi citat gl.in l.generali in uer.ſeruituti.C. de tabu.lib. 10.quæ enumerat octo requiſita: licet aduertat aliqua ex his non ſeruari de conſuetudine. citat inſuper glo.in c.inter dilectos extra de fide inſtrum. & Specula. in tt. de inſtrum.æditi. vbi apponunt nouem.concludit tamẽ

art.

Bart.ſtandum eſſe conſuetudini prouinciæ & locorum, vt illa ſint de ſubſtantia inſtrumenti, quæ ſunt conſueta apponi in contractibus:poſt glo.in authen. vt præpona. nom.Impera.in verbo authore, & in d.l.generali,quod intellige per ſupradicta:& de materia vide Barb.in rub.
15 extra de fide inſtrumentorum. † In noſtra Hiſpania in regnis Caſtellæ, publicum inſtrumentum quæ debeat continere,vide l.1. & 3.tt.9. lib.2. fori. & l. 54. tt.18. parte 3. & ibi gloſatores declarant, videlicet quòd in inſtrumento apponi debẽt dies, menſis, & annus: hora verò licet cautum ſit prædictis legibus quòd apponatur,hoc tamen non eſt in vſu,vt tradit Monta. gloſator in d.l.3.& experientia docet: qui tradit etiam, quãdo locus ſit apponendus, locus verò loci non inſcribitur:debẽt inſuper interuenire duo tabelliones, aut tres teſtes, quod nota pro ſtatutis loquentibus de inſtrumento publico. & adde ad ſtatutum noſtri illuſtriſs. Collegij Hiſpanorũ,in forma cõmuni,ver. debeant præterea Scholaſtici prædicti fidẽ facere per publicum inſtrumentũ.

SVMMARIVM.

1 *Licentiatus quòd gaudeat priuilegio doctoris, & veniat appellatione doctoris in fauorabilibus.*

2 *Quæ requiruntur in doctore.*

3 *Doctores excuſantur à muneribus & tributis, & ſimiliter licentiatus.*

4 *Licentiatus non continetur, ſi Epiſcopus excommunicat omnes doctores non diſputantes.*

5 *Licentiatum etiam in fauorabilibus appellatione doctoris non venire.*

6 *Licentiatus eſt in ſpe fallibili ad doctoratum conſequendum, cum requiratur nouum examen in quo poterit reprobari.*

7 *Doctor habet priuilegia per receptionem inſignarum, inſignia*

ſunt de forma. & nu. 9.

8 *Proximò accingendus habetur pro accincto, quando potentia eſt actui propinqua.*

10 *Perfectio actus quando deſideratur, non principium ſed finis attenditur. et nu. 14.*

11 *Quæ requirantur ad hoc vt licentiatus habeatur pro doctore in fauorabilibus.*

12 *Licentiatum poſtea doctoratum, an debeat præcedere doctorem medio tempore factum.*

13 *Intellectus varij ad tex. in l. 1. C. de conſul.*

14 *Finis quando habet relationem ad principium & neceſſariam conſequentiam attenditur. nu. 10.*

15 *Concordia inter has duas opiniones contrarias reijcitur.*

Licentiatus, an gaudeat priuilegio Doctoribus conceſſo, veniatq́; appellatione Doctoris. Item, an prior licentiatus qui poſteà recepit Doctoratum, præferatur Doctoribus medio tempore factis. Cap. 11.

1 VENIENDO ad primam quæſtionē, partem affirmatiuam, quòd † gaudeat licētiatus priuilegio doctoris in fauorabilibus, veniatque appellatione doctoris, tenet Bald. in l. 1. n. 9. ff. ſolu. matr. quam opinionem ibi ſequūtur moderni, teſte Decio in l. cum quid ff. ſi certum peta. & ibi Iaſ. Bart. in l. 1. C. de dignitati. lib. 12. num. 25. (quæ lectura procul dubio non eſt Bart. ſed alicuius moderni) dicit magis communē Alex. in l. mulier. §. non eſt dubitandum. ff. ad trebell. Ioan. de Imola, & Domi. in proœ. 6. & iſta eſt magis communis ſecundum Pala. Rub. in repe. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 38. nu. 11. qui ad hoc citat Raph. & Alex. in d. §. non eſt dubitandum: ſed Raph. nihil dicit, & Alex. non pro cōſtanti hoc firmat, ſed dicit ſibi videri magis communem

munem eſſe: eam tenet Bart. Soci. in l. cum quid nu. 19. ff. ſi certum petatur, & in conſilio 70. volu. 4. Bologni. in repe. Authen. habita. C. ne filius pro patre nu. 129. vbi ipſe & alij moderni dicũt communem, & citant ad hoc Alex. vbi ſupra, & ante eos iſtam opinio. amplexus eſt Petrus Antiboli doctor antiquus in ſuo tractatu de muneribus charta. 19. quem refert Pala. Rub. vbi ſupra: tenet etiam Nico. Boer. in tractatu magni con. num. 97. Et pro hac parte, quòd conceſſum doctori, concedatur licentiato in fauorabilibus, & quòd appellatione doctoris contineatur licentiatus: primò induci ſolet l. penul. ff. de teſtamento mili. vbi habetur, quòd ſicut filius fam. miles iam creatus, iure militari poteſt teſtari de peculio, ſimiliter quando nõ eſt miles, poſtquam eſt iuſſus confeſtim cingi: cum de proximo accingendus habeatur pro accincto. ex quo adnotauit ibi Bald. paria eſſe, aliquid factum eſſe, vel in proximo faciẽdum, & quod potentia actui propinqua pro actu reputatur. Cum autem licentiatus propter licentiam aſcendendi ad doctoratũ, & propter approbationẽ examinis ſit propinquus doctoratui, reputabitur doctor, eiusque priuilegijs, ſaltem in fauorabilibus potietur. Secundò vrget l. 2. C. vt digni tatũ ordo ſeruetur lib. 12. vbi habetur, quòd ille qui habet codicillos, & ita non habet dignitatem in actu, ſed in habitu, præfertur habenti inſignia dignitatis. Tertiò adducitur Baldi doctrina in l. qui indignus in fine. ff. de ſenato. vbi dicit, quòd per traditionem inſigniorũ ſcholari doctorando, non confertur noua dignitas, ſed adminiſtratio dignitatis, per l. 2. C. de conſuli. lib. 12. Quartò vrget tex. cum Bart. ibi in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. vbi appellatione artificum veniunt addiſcentes: vnde ſimiliter appellatione doctorum, non ſolum licen

tiati,ſed etiam ſcholares debent venire. Quintò vrget ratio, nam quando finis habet relationem,& neceſſariã conſequentiam ad principium,attenditur principium.l. 3.§.ſcio.ff.de mino.l.damni infecti in §.ſabinus.ff.de dã-no infecto,tradit Deci. in l.cum quid num.10.ff. ſi certum peta.poſt Bart.Soci.ibi,& in conſi.70.volu.4. Sed doctoratus habet relationem ad licentiam, vnde licentia attenditur vt habeat priuilegia doctoratus,precipuè in fauorabilibus. Vltimò facit, nam quando multa eſſentialia in aliquo actu requiruntur,ſi omnia illa in actu concurrant, ex tali actu quis priuilegium conſequitur & actus tenet,arg.tex. in authen. de mand. Principum §.pen.& l.pen.ff.ex quibus cauſis maio.vnde dicendum eſt,licentiatum cõſequi priuilegium doctoris:cum in eo
2 ſint obſeruata oĩa illa quæ in doctore requirũtur.†quæ enumerat Pala.Rub. vbi ſupra in d.rub.§.38. verſi. ſed propter iſta: nam fuit præſentatus ſcholaſtico Rectori, & Doctor. arg.l.1.C.qui mili.poſ.vel non.& in l.1.C. de officio magiſ.offici.& l.veri.C.de aduoca.diuer.iudi.præterea examinatio ſuper moribus fuit facta, cum oporteat ipſum eſſe probati moris,& ſciẽtia præditum, arg.d.l.1.C.de officio magiſ. offi.l.magiſtros.C.de profeſ.& medi.1.reſpon.Rurſus ſuper genere,cum ſpurius ad honores aſcendere non valeat.l.generaliter. §.ſpurius.ff.de Decurio.l.ſpurij eod.tt.iũcta l.j.C.de profeſ. qui in vrbe Conſtantino. item ſuper ſcientia fuit facta examinatio,arg.d.l.magiſtros.vltimo data fuit poteſtas per ſcholaſticum ad quem ſpectat, cum ſit res ſpiritualis:in authent.quomodo oporteat Epiſcopos in prin.l. fin.C.de longi tempo.præſcri.c.ſolitæ de maio.& obid. nec obſtat Birreti appoſitio,& alia quæ ſunt de ſolemnitate: nam illa ad exornãdum,& ad honorem iam indu-

ctum

ctum deſignandum apponuntur: vnde ſubſtantia actus attendi debet, & non nomen l. fin. ff. pro donato. l. inſulam. ff. de præſcriptis verbis. Nec ſimiliter prædictis refragatur, quòd appellatione doctorum non veniunt licentiati vt infra dicetur & receptum eſt, nam reſpondet Pala. Rub. vbi ſupra, nu. 11. poſt Alex. in d. §. non eſt dubitãdum, illud eſſe verum in odioſis & pœnalibus, in quibus ſermones ſunt ſtrictè interpretandi, ſecus tamen in fauorabilibus: & hanc opinionem videtur ſequendã eſſe, cum modificationibus tamen de quibus infra. Ex

3 hac opinione inferas primò, quòd ſicut † docto. excuſantur à muneribus, iuxta l. medicos, & l. fi. C. de profeſſ. & medi. lib. 10. nam doctor eſt immunis à tributis, ut docet Bart. in d. l. medicos. Io. Fab. in §. ſunt multi Inſtitu. de excuſatio. tu. l. regia incipiẽte, las ſciẽtias tt. de los ſtudios par. 2. ſimiliter & licentiatus: & idem eſt in alijs priuilegijs Doctoribus conceſſis, de quibus per Andream Siculum in Cle. 1. de Magiſtris, & ita tradit Pala. Rub. vbi ſupra, nu. 6. vbi addit, donationem factam à licẽtiato concubinæ ſuæ, tanquam ſi facta eſſet à doctore in-

4 ualidam eſſe. Secundò infertur † quòd ſi Epiſcopus excommunicat omnes doctores non diſputantes, non includuntur licentiati, quod tradit Iaſ. in l. filiæ licet nu. 8. C. de collat. poſt Bald. in l. 1. in fine nu. 9. verſic. quid ſi filius non eſt doctor ſed licentiatus. ff. ſoluto matri. quia in odioſis non comprehenditur. Et licet hæc opinio cõ-

5 munis ſit, quòd † in fauorabilibus licentiatus habeatur pro doctore, vt ſupra probatum eſt: tamen opin. contraria, quòd indiſtinctè non habeatur licentiatus pro doctore, nec appellatione doctoris ueniat, mihi verior, & etiã cõmunis eſt: quam ſentit Bald. in l. pen. ff. de teſta. mil. vbi amplius vult, quòd habet locũ etiam ſi de breui

ſit

ſit doctorandus: idem Bald.in l. athletæ in principio. ff. de excuſatio.tutorum,qui ſimpliciter dicit, eũ non haberi pro doctore,& ſic ſentire videtur indiſtinctè,quòd nec in odioſis,nec in fauorabilibus:& ſimiliter Felin. in proœ.Grego.& in Rub.extra de maio. & obi.nu.4.& in c. eam te extra de reſcriptis nu. 2.& ante eos expreſsè Simon Brigi. Cardi. Mediola.in proœ. Clemen. & expreſsè,quòd appellatione doctoris nec infauorabilibus, nec inodioſis veniat licẽtiatus, tenet Viglius in §.ſed & ſi quis nu.3.Inſtitu.de mili. teſtam. & hanc cõem teſtatur Alex.in l.ſi cui.§.purè.ff.ad Trebellian.Ioã.de Imol. eam videtur ſequi in l.1.in fine.ff.ſolu.matri.Et pro hac
6 parte vrget,nam† licentiatus eſt in ſpe fallibili ad doctoratum conſequendum,nam poteſt non effici doctor,vt paſſim in Hiſpania, maximè Salmanticæ vidimus, vbi rariſſimè accipiunt doctoratus gradum: vel quia eum nollunt, vel quia non poſſunt habere: cum in eo, Salmanticæ, annis præteritis, vltra mille aureos expendebatur,& ſunt licentiati in potentia remota ad conſequẽdum doctoratum, cum requiratur nouum examen, in quo poterit reprobari: Alex.in d.l. ſi cui.ff.ad Trebellia. nu.2.Bald.in d.l.athletæ,& in d.l.pe.Pala. Rub.vbi ſup. verſi.quòd tamen,per l.medicos ſupra citatã. Præterea
7 †Doctor habet priuilegia per receptiones inſigniorum & Birreti appoſitionem,Bald.in dict.l.athletæ arg.illius tex.nam inſignia ſunt de forma doctoratus, vt latè oſtẽdit Pala.Rub.vbi ſupra:& quando aliquid requiritur à lege pro forma,debet forma ſpecificè impleri, etiam in his quæ ſunt notoria & euidentia, dato quòd illud impleri ſit ſuperfluum:vt notatur in l.diligenter.ff. manda. c. cum dilecta de reſcrip. Pala. Rub. vbi ſupra nu. 12. Rurſus nam finis & perfectio actus conſiderandus eſt,

non

non principium, arg. l. ſi quis à multis. ff. de noxa. action. Et tenendo iſtam opinionem quæ in puncto iuris verior videtur, non obſtat arg. l. pen. ff. de teſtam. mili. vbi
8 † de proximò accingendus habetur pro accincto, & potentia propinqua actui pro actu reputatur, nam in d. l. pen. potẽtia erat propinqua actui, ibi etenim filius fam. in æqueſtri militia erat exornatus, & in commitatu Principum retentus, & cingi confeſtim iuſſus: itaque non ſolum erat iuſſus confeſtim cingi, ſed iam erat æqueſtri militia exornatus, & comitatu Principum retentus. ſed in noſtra ſpecie, licentiatus non eſt in propinqua potentia ad doctoratum conſequendum, cum ſit in ſpe fallibili; & ſit neceſſarium aliud examen, in quo poterit reprobari vt ſupradictum eſt. Item non obſtat l. 2. C. vt dignitatũ ordo ſeruetur, nam ibi ideò poſtponitur habens inſignia dignitatis, quia non habebat dignitatem actu, & alij erant propinquiores: ſecus eſt in noſtra ſpecie, vbi cui conceſſæ ſunt inſignia doctoratus habet dignitatem: nam per appoſitionem eorum, confertur & imprimitur dignitas. Non obſtat Baldi doctrina in l. qui indignus in fine. ff. de ſenat. nam reſponde per Deci. in d. l. cum quid, non eſſe veram Baldi illam ſententiam,
9 † nam per traditionem inſigniorum, noua confertur dignitas: nec licentiatus vllam habet dignitatẽ, quòd communiter vel ferè omnes dd. agnoſcunt in d. l. cum quid, & alijs locis: imò vt aduertit Deci. ibi Bald. non firmat contrarium, ſed diſputando illud adduxit in quæſt. in qua in contrariã partẽ inclinat. Rurſus non obſtat Bart. doctrina in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legatis 3. nam Bart. doctrina, non eſt admittenda pro fundamento in diſputationibus, maximè cum multi dd. teneant contrariam: licet eius authoritas maxima ſit, & meritò iuris lu-

cerna

cerna appellatur. Nec obſtat fundamentum & ratiõ
quòd quando finis habet relationem ad principium,at-
tenditur principium,& ita licentia debet attendi, cum
ad eam habeat relationem & conſequentiam neceſſa-
riam doctoratus: nam ad hoc reſpondetur per Decium
in l.cum quid.ff.ſi certum pet.& in c.Clerici extra de iu
10 di.quòd † vbi cõſideratur conſummatio actus,non prin
cipium,ſed finis attendi debet.l.cum in multis.ff.de no-
xali.action. pro quo vrget, nam fruſtra quis velociter
currit, niſi ad finem ad quem deſtinat ire attingit. Nec
obſtat vltimum fundamentum,quòd ſi multa ſpecialia
in aliquo actu requirũtur,ſi omnia illa in actu cõcurrũt,
ex tali actu quis priuilegium cõſequitur & actus tenet:
nam reſpondeo negando, quòd in licentia concurrunt
omnia illa quæ in doctoratu requiruntur, cum deficiat
nouum examen,in quo poterit reprobari, vt ſupra di-
ctum eſt:& requiruntur inſuper inſignia,quæ ſunt ſigna
collationis dignitatis: nec valet dicere quod inſignia &
Birreti appoſitio ſunt de ſolemnitate,nã ſunt etiã de for
ma,& quæ ſunt de forma debent ſpecificè impleri,vt ſu
pra dictũ eſt. Et hæc opi. vltima,quòd nec in fauorabili
bus,nec in odioſis habeatur licentiatus pro doctore ma
gis quam ſimplex ſcholaris, in puncto iuris mihi verior
videtur,cõtraria tamẽ æquior, & cũ ſequentibus decla
rationibus amplectenda. Prima modificatio ſit, quòd
11 † licentiatus habeatur pro doctore, veniatque appella-
tione doctoris in fauorabilibus, non autem in odioſis:
nam in odioſis nulla eſt dubitatio, ſecundum prædictos
doctores. Secunda declaratio & modificatio ſit,proce-
dere ſine præiudicio tertij,quòd licet habeatur pro do-
ctore,non in præiudicium tertij, vt præferatur doctori,
propter prioritatem licentiæ, vt in ſeq. quæſt.dicetur.

Tertia

Tertia declaratio ſit, habere locum quando licentiatus eſt de proximo doctorandus: veluti quando eſt præſentatus ad doctoratum ſuſcipiendum, dum præparat expenſas & alia: habebit priuilegia doctoris in fauorabilibus: quòd voluit Pala. Rub. vbi ſupra argu. text. in l. qui mittuntur §. fi. ff. ex quibus cauſis maio. pro quo vrget etiã l. legato. ff. de legatio. vbi qui ſe præparat videtur abeſſe cauſa Reipublicæ. quam concordiam etiam voluit ſentire Alcia. in d. tract. præſum. 1. regula præſumptione 45. Expeditus à primo dubio reſtat examinare
12 ſecundum: vtrum † prior licentiatus poſtea doctoratus, debeat præcedere doctorẽ medio tempore factũ: videlicet, an poſterior Doctor ſit priori Doctori qui fuit in licentia poſterior præferendus. Et quod prior licẽtiatus ſit præferendus tenet Ange. in §. quædã Inſtit. de actio. nu. 16. vbi dicit ſe vidiſſe ſemel de facto, & eam videtur ſequi Alex. in addi. ad Bart. in l. 1. ff. de obſequijs à liberis & liber. paren. vel patro. eam amplectitur expreſsè Bart. Soci. in l. cum quid. ff. ſi certum peta. num. 19. & in conſil. 70. volu. 4. Felin. in rub. extra de maiori, & obid. nu. 4. Deci. c. Clerici extra de iudi. n. 4. & in dicta l. cum quid eam ſequitur, licet dubitando: eã expreſsè firmat Nico. Boer. in tract. de autho. magni Conci. num. 97. & Pala. Rub. in rub. de donat. inter vi. & vxo. §. 38. & Bar. in l. 1. nu. 25. C. de dignit. lib. 12. Et ad hoc etiam citat doctores Andr. de Baru. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. & Calde. in c. capitulum ſanctæ crucis extra de reſcriptis, & Maria. Soci. in c. quãto de Magiſ. (quæ lectura nondũ eſt impreſſa, & ipſe vidi eam in libro manu ſcripto, qui eſt in hoc noſtro Collegio Hiſpanorum, & non inueni, quòd aliquid dicat.) Et pro hac parte ſolet adduci tex. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. vbi habetur, quòd inter Cõ-

Digitized by Google

ſules,& pares habẽtes dignitates,ille debet ante ire, qui prius adeptus eſt dignitatem : deinde in verſic. quòd ſi quis, ſubiungit, quòd ſi ille qui fuit prior in Cõſulatu, poſtea fuerit conſequutus dignitatem Patriciatus (quæ maior eſt,iuxta tex.in l.nemini. C.eodem tt.de Cõſul.) præfertur medio tempore habenti & Conſolatus,& Patriciatus dignitatem:nam qui prius meruit Patriciatum, vincitur ab eo qui prius habuit Cõſulatum, cuius ratio colligi poteſt ex prædicta l.nemini, vbi Conſulatus eſt medium & porta ad conſequendum Patriciatum: vndè præferendus eſt qui prius habuit medium & portam. ſimiliter videtur dicendum, quòd prior licẽtiatus poſtea doctor factus,ſit præferendus medio tempore doctoribus, cum per examen, & approbationem, & licentiam prius meruit doctoratum. Secundò ſolent dd.adducere fundamentum duorum Iurium videlicet l. 2. C.vt dignitatũ ordo ſer.lib. 12.iuncta l.penul. C.de conſul.in l. etenim 2. ponuntur ordines dignitatum,& diſponitur, quòd qui habet dignitatem cum adminiſtratione dignitatis,præfertur habenti dignitatem ſine adminiſtratione:& in l.pen. dicitur, quòd habens Cõſulatum ſine adminiſtratione,ſi habet tamen licentiam adminiſtrandi, vel impetrandi à Principe, præfertur habentibus iam dignitatem cum adminiſtratione: quia nihil de nouo videntur conſequi,cum meruerint iam adminiſtrationẽ. ex quibus Iuribus colligitur, quòd qui habet dignitatẽ in habitu prius,licet non habeat in actu, præfertur habenti poſtea dignitatem in actu : vndè cum licentiatus per licentiam habeat doctoratum prius in habitu,debet ante ire alios doctores medio tempore factos. Tertiò Vrget illa l.2.nam dicitur ibi,quòd habens codicillos dignitatis, debet præcedere eum qui habet inſignia : vndè vi-

dè vi-

dè videtur dicendum, licentiatum debere præcedere doctorem, quia doctor habet inſignia. Quartò & vltimò facit, nam quando finis habet relationem, & neceſſariam conſequentiam ad principium, finis retrotrahitur ad principium, & principium attenditur, nec ea quæ medio tempore fiunt nocent. l.3. §.ſcio.ff.de mino.l.damni facti.§.Sabini.ff.de damno infe. vndè Doctoratus qui ſequitur poſt licentiam trahitur ad tempus licentiæ,quòd corroborat Deci.in d.l.cũ. quid nu.10. poſt Bald.in l.qui indignus in fine.ff.de Senato.quòd licentiatus in vno loco, in alio non poteſt doctoratum accipere:ex quo colligit, quòd doctoratus refertur ad licentiam. Sed non obſtantibus his, & alijs læuiſſimis conſiderationibus quas adducit Pala.Rub.in d.rub.§.39.& Bart. Soci.conſi.prædicto 70.volu.4.contrariam ſententiam puto veriorem,& non minus receptam eſſe: imò,quòd prior doctor ſit omnino præferendus poſteriori,licet poſterior ſit prior in licentia : quam originaliter tenuit Simon de Brug. Cardinalis Mediolanenſis doctor antiquus in proœ. Cle. Rom.conſ.333. incipienti,quo ad primum articulum,ſentit Iaſ.in l.cum quid, prima lectura,nu.16.ff.ſi certum peta.& in l. filiæ licet.C.de collation.nu.8.Alcia.in tracta.præſumpt.regula prima præſump.45.tomo 6.Iacob.Rabuf.in l.1.C. de Conſul.lib.12. Ancara. in c.1. de parroch. Felin.in proœ.Grego.num. 21.& in c.Clerici extra de Iudicijs, vbi ſibi contrarius eam firmat, & dicit pridie ſe vidiſſe de facto Ferrariæ, eã omninò ſequitur Bellam. ĩ proœ. Decretali. nu.54. & eam ſequitur Paul. Picus in d.l.cũ quid,& Hiero.Gigans in addi.ad Philip.Deci.in c.Clerici extra de Iudi.vbi infortioribus terminis tenet cõtra Deci.inter pares dignitatibus,non præferri anteriorem

Digitized by Google

in minori dignitate, ſed priorē in maiori, licet alius prius habuerit minorem dignitatem. & pro hac opinione ſolent adducere dd. Ioan. de Ligna. in c. capitulum ſanctæ crucis extra de reſcriptis. Et pro hac parte urget regula tex. in d. l. 1. in prin. C. de Cōſul. lib. 12. vbi inter habentes pares dignitates, prioritas tantùm conſideratur, vt præferatur qui prius meruit dignitatem conſequendo eam: quod probatur in l. 1. ff. de Albo inſcri. vrget c. ſtatuimus de maiori. & obidi. nam abſurdum eſt vt noui antiquis præferantur. c. ſtatuimus 61. diſt. glo. in l. cum quid. ff. ſi certum pet. Declarat Deci. in c. Clerici extra de iudicijs nu. 9. aliàs eſt nu. 3. in alijs libris, vbi ampliat verum eſſe, etiam ſi poſterior in tēpore ſit nobilior ſanguine, vel ditior priori, nam adhuc prior præferendus eſt, & anteire debet poſteriorem, quoniam prædictæ qualitates non tollunt prærogatiuam temporis, vt docet Innocen. in dicto c. ſtatuimus, & voluit Decius in dicto c. Clerici nu. 9. extra de Iud. prædictæ enim qualitates conſiderantur data paritate, cæteriſq; paribus, vt voluit Bald. in l. nemini. C. de aduoca. diuerſo. Iudi. in ſi. & Felin. in rub. de maio. & obedi. nu. 3. et imparitas etiam intelligitur in tempore, nam alias quando quis eſt maior tempore non deuenitur ad alias qualitates, vt tradit ſecurè Bart. in l. 1. ff. de obſe. à lib. uel liber. Pare. vel Pa. pro quo conſidero ipſe tex. in d. l. 1. C. de Conſul. lib. 12. vbi dicitur, quòd inter habentes pares dignitates tantum tempus conſideratur, vnde cauendum eſt à Feli. in c. Clerici nu. 6. vbi malè concludit, doctorē qui eſt de meliori ſanguine præferri doctori priori tēpore, qui citat ad hoc inaduertenter Bald. in d. l. nemini. in fi. verbis. C. de aduo. diuerſo. Iudi. Secundò pro hac parte conſidero tex. in d. l. 1. C. de Conſul. li. 12. in fine,

ſecun-

13 ſecundum vnum intellectum: † nam eſt aduertendum, quod tex.ille in fine habet duas lecturas:verba autem illius tex.ſunt,quòd ſi quis prior Conſul,poſteriori Cõſuli eidemq; Patritio,poſt habitus Patriciatũ:poſtea cõſequatur,vinci eũ oportet qui prior meruit Patriciatum: poſtquã iſte honore Patritiæ dignitatis decoratus eſt. prior ĩtellectus eſt,quòd prior Cõſulatu,licet poſterior in Patriciatu, medio tẽpore eũ qui factus eſt Conſul & Patricius præcedit, vndè vincitur qui prior meruit Patriciatũ.& hoc expreſsè dicit in ver. vinci eum oportet qui prior meruit Patriciatum: vndè verſ.ille,vinci eum oportet, paſſiuè legitur,non autem actiuè: & ſenſus eſt, quòd ille qui prior meruit Patriciatum vincitur,& non vincit: quod aliqui dd.vt Deci. in dictis locis non rectè aduertunt: melius intellexit illum glo.ibi. Et ſecundum iſtum intellectum,argumentum pro prima parte colligitur:ſed contra iſtum intellectum multa ipſe conſiderabam: primò quia non videtur veriſimile, vt tex. vellit dicere,quòd ille qui prius meruit vincatur, nec debeat anteire:maximè cum ibi in verſi. vinci eum oportet qui prius meruit,intelligi debet qui meruit prius ſuſcipiendo & conſequendo Patriciatum: quod apertè colligitur ex principio,vbi dicitur,quòd inter pares habentes dignitates, ille debet anteire qui prius meruit dignitatem, vndè meruiſſe intelligitur accipiendo dignitatem. Et ideò non videtur bonus ſenſus, quod ex eo quòd prior meruit dignitatem, vincatur ab alio, & ei præferatur, imò totum appoſitum videtur dicendum: vt colligitur ex d.l.1.C.de Cõſul. in principio, niſi dicamus,quòd ibi ideò prior Cõſul præfertur, qui prius habuit & meruit dignitatem, licet minorem: & alius vincitur qui prius meruit Patriciatum,quia alter prius meruit

ruit Cõſulatum, quam ipſe patriciatum. Præterea videtur ſecundum dictum intellectum iniqua illa l.1. nã Cõſul prior, agit de lucro captando, cum iam alius acquiſiuit per Patriciatum ius prælationis: Patritius enim prior, agit de dãno euitando: vndè ſuccedit regula l.fi. C.de iure codici.quòd non eſt par ratio amittere, & lucrũ nõ capere: nec obſtat dicere, quòd imò prior pro cõſul agit de damno euitando, cum ipſe prius habebat per Conſulatum ius prælationis: nam reſpondeo, quòd poſt quam alius fuit Patricius acquiſiuit ius prælationis, & alterius ius iam fuit extinctum, & ita non eſt in conſideratione. Item contra iſtum intellectum, & lecturam, vrget meo iudicio ratio: nam ſicut habemus, quòd habens maiorem dignitatem ſemper præfertur, nec eſt in conſideratione prioritas temporis, vt tradunt Felin. & Deci. poſt alios dd. in c. Clerici de Iudic. & probatur in d.l.1. C.de Cõſul. vndè doctor in Theologia poſterior, præfertur doctori in Iure anteriori, & Iuriſta Medico, Medicus Artiſtæ, vt ibi per prædictos dd. & in l.cũ quid ff.ſi certum peta. ſimiliter eſt dicendum, quòd qui habet prioritatis qualitatem in maiori dignitate ſit præferendus, licet habens minorem dignitatem habeat priorem prioritatem, maximè cum acceſſoria debeant ſequi naturam principalis, per vulgarem regulã. Vnde ſecundus intellectus eſt ad illũ tex. quod in verſi. vinci eum oportet qui prius meruit Patritiatum, debeat ſupleri, ab eo, vt dicat tex. vinci eum oportet, ab eo qui prius meruit Patriciatum: & per iſtũ intellectum corroboratur hæc vltima pars: nam ſicut ibi præfertur medio tempore factus Conſul & Patricius, ſimiliter in noſtra ſpecie, & à fortiori, quia ibi erant duæ dignitates: & nihilominus ſecundum iſtum intellectum, non conſideratur prioritas

in mi-

in minori dignitate:& iſte tex. ſecundum hunc intellectum vrget pro opinione Paul. Pic.in l. cum quid.ff.ſi certum petatur, vbi tradit, quòd ſi aliquis prius recepit doctoratum in Iure ciuili, poſtea ex interuallo in iure Cano. & medio tempore alius recepit doctoratum in vtroque, quòd præfertur qui recepit gradus medio tempore: quòd etiam voluit Hierony. Gigans in additio. ad Deci. in c. Clerici extra de Iudic.qui reprobant Deci.in d.c.Clerici,& in d.l.cum quid,vbi tradit,quòd prior doctor ĩ Artibus,ſi poſtea doctoratur in Medicina;præfertur medio tempore doctorato: quem videtur ſequi Alci.in tracta. præſum.regu. 1.præſumptio. 45.ſed contrarium videtur per ſupradicta,& licet prima lectura illius tex.ſit vera, tamen ibi concurrebat, quòd prior & minor dignitas, erat medium ad conſequendum maiorem dignitatem, & ita non ſufficit vt quis habuerit dignitatem minorem prius, niſi illa eſſet medium ad maiorem, vt dicatur meruiſſe maiorem:vndè his duobus concurrentibus, quòd eſſent duæ dignitates,& minor eſſet medium & porta ad maiorem,poſſet opinio Decij ſuſtineri: licet in puncto iuris dubito, aliàs autem contrariam eſſe veriorem cenſeo. Sed redeundo ad propoſitum, contra iſtum vltimum intellectum conſiderat glo.in d.l.1.C.de Conſul. quòd ibi ſecundum hunc vltimum intellectum, malè aduerſatur quis, nam dicit, quòd ſi quis prior &c. nam ſupradictũ eſt in principio,quòd inter habentes pares dignitates, qui prius meruit præfertur:vndè ſi in verſ.quòd ſi quis, dicitur, quòd qui prius meruit præfertur, non aduerſatur: ſed poteſt reſponderi regulæ illius.l.in princi. aduerſatur in hoc:nam ſupradictum erat,quòd inter Cõſules,quòd ille præfertur qui prius habuit Cõſulatum:

ſed

ſed in verſi.quòd ſi quis,ponit exceptionem,locum non habere hoc,quando alius conſequutus fuerit Patriciatum vltra Conſulatum: nam cum ſit prior in maiori dignitate, licet alius prior Cōſul poſtea conſequatur Patritiatū,& ſint pares in dignitatibus,prioritas in maiori dignitate eſt magis conſideranda: et iſte vltimus intellectus videtur rationabilis & veriſimilis, ſi contra eū non obſtaret,quòd leges debēt intelligi planè & ſine ſubauditione:ſed eſt à verbis alienus.Nec obſtat primū fundamentū de præd.l.1.C.de Conſul.li.12. nā vltra reſponſionem quæ ex prædictis,& ex glo.fi.ibi colligi poteſt,videlicet,quòd.l.illa habet varios intellectus,vndè ſuccedit regula.l.in ambiguis.ff.de regu.iuris.Iaſ. in l.cū quid aſſignat aliam reſponſionem, quòd ibi vtraque erat dignitas,tàm Patriciatus quàm Cōſulatus,vndè nimirum ſi prioritas conſideretur. Nec obſtat ratio doctorum videlicet,quòd cum conſulatus ſit medium & porta,ad dignitatem patriciatus iuxta l. pe. C.de Conſul. lib.12. & ſimiliter per licentiam, quæ eſt mediū ad conſequendum doctoratum,prius meruit doctoratum,& illa ratio militat in licentiato:vndè cum ſit eadem ratio, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.l.à Titio.ff.de verbo.oblig.l.illud.ff.ad l.Falci.nam reſpondeo,quòd ibi meruit Patriciatum per Cōſulatum,qui eſt dignitas,& multum cōſideratur in prælationibus: ſed in noſtra ſpecie licentia non eſt dignitas, vt prædicti doctores, maximè Deci. in l.cum quid.ff.ſi certum peta.concludunt: vel aliter reſpondeo, negando per licentiam mereri doctoratum, cum per licentiam ſit in potentia remota, deſideratur etenim aliud examē,in quo poterit reprobari,quæ ratio ceſſat in Conſulatu & Patriciatu. Non obſtant illa duo iura, videlicet.l.2. C.vt digni. ordo ſeruc. lib.12.iuncta

l.pe.

l.pe.C. de Cóſul.ex quibus colligitur, quòd qui habet dignitatem in habitu prius,licet non habeat in actu,præfertur habenti poſtea in actu: nam reſpondeo, quòd ibi ideò præfertur qui habet dignitatem in habitu prius, quia ibi erat in potentia adeò propinqua quòd nihil de nouo videtur acquirere, ſed ius ſuum accipere: ſed in noſtra ſpecie, licentiatus non habet doctoratum in potentia & habitu propinquo,cum habeat in ſpe fallibili, & requiratur nouum examen.nec poteſt in noſtra ſpecie habere locum prædicta regula, nam aliàs eſſet dicendum,quòd prior licentiatus licet non ſit doctor,præferatur doctori: quòd omnes doctores negant. Non obſtat tertium fundamentum de prædicta l.2.vbi habēs codicillos dignitatis præfertur habenti inſignia: nam reſpondeo,quòd ibi nullus habebat dignitatem,ſed ille præferebatur qui erat propinquior:ſed in noſtra ſpecie qui habet inſignia, habet dignitatem doctoratus, cum per ea conferatur dignitas:ſecus eſt in dignitate,de qua in d.l.2.aliàs autem ſimiliter diceremus attenta hac cōſideratione, quod licentiatus præcederet doctorem, quia licentiatus habet licentiam, & codicillos, doctor inſignia,quòd omnes doctores negant: nec valet dicere,quòd in d.l.2.omnes erāt dignitates, vt patet in rub. vt digni.ordo.ſetue.nam reſpondeo, quòd hec non cōcludit,quòd eſſent dignitates,nam ibi apponuntur quia habebant medium ad dignitatem. Non obſtat vltimò
14 ratio videlicet, † quòd quando finis habet relationem ad principium,& neceſſariam conſequentiam, principium attenditur, nec ea quæ medio tempore fiunt nocent,nam reſpondet ad hoc Deci.in d.l.cū quid, quòd vbi conſideratur conſummatio actus, non principium, ſed finis attenditur,l.cum in multis.ff.de noxali. action.

D pro

quo vrget, nam fruſtra quis velociter currit, niſi finem quem deſtinat ire attingit. Vel vltra doctores reſpondeo, negando doctoratum habere neceſſariam cõſequentiam ad licentiam, quòd docet experientia, nam doctores qui creantur ab Imperatore, vel Rege, abſque licentia fiunt doctores. Præterea Bononiæ his temporibus non video quòd ſit examen licentiæ, ſed ſine tali examine licentiæ aſcendũt ad doctoratus gradũ, quòd non eſt ſine ratione: nam omnia illa quæ conceduntur ad aliquem finem conſequendum, dicuntur præambula, & acceſſoria ad illum finem principalem, & de ipſis acceſſorijs ad illum finem principalem non infertur, ſed bene è contra, quod patet ex l.oratio.ff.de ſponſal. nã ſponſalia ſunt præambula ad finem matrimonij, & prohibitis ſponſalibus, non prohibetur matrimonium, ſed bene econtrà: de acceſſorijs etenim nõ infertur ad principalem diſpoſitionem. l.quod per manus.ff.de iure codici.l.in pupilari.ff.de vulga. vndè in noſtra ſpecie cum licẽtia ſit acceſſorium & præambulum ad doctoratum, magis conueniens eſt, quòd tempus ipſius licentiæ trahatur ad tempus doctoratus, quam econtrà arg. c. in dubijs de conſecrat. Eccle. vel Alta.l.cum in diuerſis.ff. de religi.& ſum.fu. Vel aliter reſpondeo, quòd licet verum eſſet, quòd tempus doctoratus haberet neceſſariã conſequentiam ad licentiam, tamen non oberit regula l.3.§.ſcio.ff.de mino. nam regula illius tex. limitatur locum non habere, vbi infertur alicui præiudicium, pro quo eſt tex. in c.quàmuis de reſcrip. in 6. vbi ſi ego habeo gratiam, & Summus Pontifex concedit ſecundo loco alicui gratiam ſimilem, & reuocat meam, deinde reſtituit me ad eam, dubitatur in tex. nunquid ex quo reſtitutio dicitur, primi ſtatus reparatio. l.1. C.ſentent.

paſſis,

paſſis, dicatur præferri illi medio tempore obtinenti, dicitur ibi in tex. quòd non, nè medio tempore obtinenti fiat præiudicium: ſed in noſtra ſpecie fieret præiudiciũ doctori medio tempore facto, nè dum reſpectu honoris, ſed etiam lucri: vbi de lucro prius obtinendo certaret, propter præheminentiam. licet enim reſtitutio de ſui natura deberet habere neceſſariam conſequentiam ad principium. l. 1. C. ſenten. Pa. c. qui à diligentia de electione, adeò quod eam reſtitutionem non deberet impedire actus medius, arg. l. 1. in prin. ff. ex quibus cauſis maio. in præiudicium tertij ceſſat illa neceſſaria conſequentia: pro quo vrget doctrina Bart. in l. 2. ff. de Decurio. à Decio relata in l. cum quid num. 11. ff. ſi certum peta. quòd doctor reſtitutus ad Collegium, non recuperat priorem locum in præiudicium eorum qui medio tempore doctorati ſunt. Sed aduerte, quòd Philip. Dec. in c. Clerici tenet quòd prædicta ratio. l. 3. §. ſcio. ff. de mino. habet locũ & vrget, nec obſtat ſupradicta de præiudicio tertij, quo caſu locum non habet reſtitutio, nam prædicta Bar. doctrina locum habet in reſtitutione quæ eſt contra ius commune, & de iure ſpeciali impetratur, quo caſu non videtur eſſe in conſideratione l. 4. §. 1. & ibi Bart. ff. de fidei comi. liber. notat Bart. in l. fi. col. 2. C. ſentẽ. paſſis: vnde ſtatim, quòd quis fuit priuatus Collegio, alijs ingredientibus ius fuit quæſitum: quia reſtitutio nõ erat in cõſideratione: ſecus eſt in noſtra ſpecie, quia habita licentia expectabatur doctoratus, ſecundũ ordinem iuris & præſens ſtatus, tendebat ad hoc: vndè interim non videtur ius quæſitũ eſſe alteri: vndè rõ illa l. 3. §. ſcio procedit ſecũdũ regulas iuris cõis. Sed aduerte, quòd ille tex. ex quo colligitur rõ videlicet. §. ſcio, loquitur ſimiliter ĩ reſtitutione: & nõ obſtat, quòd habita

licentia expectetur doctoratus, nã nõ expectatur infallibiliter, potuit etenim illum gradum non recipere, vt frequentius ſit: vndè nõ eſt verum, quòd expectabatur infallibiliter, maximè cum aliud examen eſſet neceſſarium: in quo poterat reprobari & ita nõ debebatur doctoratus ſecundum regulas iuris communis, vt dicatur alium non potuiſſe medio tempore ius prælationis acquiſiuiſſe. & per hoc mihi magis placet hæc vltima pars quæ Salmãticæ obſeruatur. benè verum eſt (ſi rectè memini) quòd quando aliquis vult recipere doctoratus gradũ, & ſe præſentat, ſit proclamatio per Bidellum, quòd ſi alius licentiatus antiquior voluerit illum præcedere, ſe præſentet ad recipiendum doctoratum: & ita nullo comparẽte iſte præcedit alios doctores poſteà factos: licet prius habuit licentiam. Inter has duas opiniones Alci. vbi ſupra in d. tract. præſump. regu. 1. præſumpt. 45. ponit concordiam; videlicet, quòd quando eſt de proximo doctorandus præſentatus ad doctorem, locum habeat prima opinio: & hæc vltima regulariter. quæ concordia etiam ex Pala. Rub. vbi ſupra colligi poteſt. Sed aduerte, quòd adhuc puto, † quòd non ſit
15 tenenda hæc concordia, ſed indiſtinctè prior doctor ſit præferendus, nam regula illa de proximo accingendus locum habet in fauorabillibus, vt ibi tradunt doctores: ſed cum tolleretur ius iam quæſitum prælationis, eſſet odioſum, & in præiudicium tertij. Prædictum autem dubium ſibi locum vendicat, quando licentiatus recepit doctoratum in eadem facultate, & vniuerſitate in qua licentiam habuit: aliàs autem nullum dubium eſſet, priorem in doctoratu anteire debere, cum omnia fundamenta doctorum ceſſent in hoc caſu: nam licentia in alia facultate, vel vniuerſitate, non eſt porta, nec

medium

medium ad couſequendum doctoratus gradum, cum ſit alia licentia neceſſaria, nec doctoratus ad illã licentiã habet relationem. quod nota quia nullus aduertit. Et tradit Bal. in l. qui indignus in fi. ff. de Sena. quem refert & ſequitur Deci. in l. cum quid n. 1 0. ff. ſi cer. pet. quòd licentiatus in vno loco, non poteſt in alio doctorari.

SVMMARIVM.

1 *Incertum & certum quid appelletur.*

2 *Incerta dotis promiſsio, an valeat iure & priuilegio dotis.*

3 *Dotis incertam promiſsionem non aliquo priuilegio, ſed communi iure verius eſſe, valere.*

4 *Incerta promiſsio quando poteſt certificari ex cauſa adiuncta, bene ſuſtinetur.*

5 *Dos promiſſa, intelligitur promiſſa pro modo facultatum propromittentis, & dignitate natalium viri.*

6 *Incertum legatum viæ publicæ valet.*

7 *Legatũ pro ædificãda vel reficiẽda domo incertũ valet, et n. 22*

8 *Annuum legatum ſine adiectione ſummæ valet.*

9 *Legatum incertum pro artificio addiſcendo, aut relictum cauſa ſtudij valet. & nu. 24.*

10 *Legatum pro monumento fiendo valet incertum, & pro anima. & nume. 23.*

11 *Promiſsio operarum à liberto patrono, arbitrio ipſius patroni facta valet. & nume. 27.*

12 *Arbitrio boni viri quãdo aliquid debetur, non dicitur incertũ.*

13 *Quod intelligi non poteſt, pro non ſcripto, vel adiecto habetur.*

14 *Incerta diſpoſitio non valet, etiam fauore cauſæ piæ, quando ex cauſa adiuncta non poteſt certificari.*

15 *Libertas eſt cauſa pia, ſed dos regulariter non.*

16 *Legatum hominis incerti valet.*

17 *Prætium debet eſſe certum in emptione & venditione, locatione & conductione.*

18 *Legata fiant propter benemerita, & an ſit uerum.*

19 *Incerta dotis promiſsio ualet, etiam ſi ab ipſa muliere dos ſit promiſſa: contra aliquos doctores.*

20 *Incerta dotis promiſsio ualet, etiamſi promittens dotem non teneatur dotare.*

21 *Incerta dotis promiſsio in alterius arbitrio collata ua'et, & quando hoc procedat.*

26 *An ex omni promiſsione incerta de iure canonico poſsit agi.*

An incerta dotis promiſsio ſpeciali priuilegio, & non communi iure ſuſtineatur Cap. III.

1 PRO cuius declaratione præmittendum breuiter duxi, quid † appelletur in noſtro iure certum, & quid in certum: videbimus etenim quid dicatur certum, & ita intelligemus quid ſit incertum: cum cognito vno de contrarijs cognoſcitur & reliquum, per regu. quam tradit Imperator in prin. Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris in prin. Inſtitu. de tutel. & dicitur in noſtro iure certum, illud cuius ſpecies vel quantitas quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut demonſtratione oſtẽditur: iſtam regulam ponit. Iu. Conſ. in l. certum. ff. ſi certum petat. vnde neceſſariò dicemus illud eſſe incertum, cuius ſpecies vel quantitas quæ in obligatione verſatur, nec ſuo nomine, nec demonſtratione oſtenditur. His præhabitis, accendendo ad noſtrũ
2 propoſitum communis opin. eſt, † incertam dotis promiſſionem iure ſpeciali, & priuilegio valere: quam opinionem originaliter tenet glo. in l. 1. ff. ſolu. mat. in uerſ. ſemper: hac videlicet occaſione: nam innuit tex. ille, dotis cauſa ſemper & vbiq; præcipua eſt, vnde glo. exponit in effectu, præcipua. i. priuilegiata, & enumerat quã plura priuilegia dotis & inter ea ponit: nam cum in iure ſit verũ, quòd regulariter incertitudo vitiat promiſſionem, & dotis promiſſio non vitietur incertitudine, neceſſariò

ceſſario hoc debet prouenire ex priuilegio: totum probatur in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure do. vbi licet legatum fundi, vel promiſſio, non demonſtrato fundo non ualet, tamen promiſſio dotis nō demōſtrata re, vel quantitate valida eſt: & per iſtam rationem eandem opinionem tenet ſimilis glo. in d. §. genere & ſimilis in l. quidā teſtamēto. ff. de leg. 2. quas glo. ſequūtur vtrobiq; Bart. & Paul. in l. ita ſtipulatus, la magna. ff. de verb. oblig. vbi Rapha. Cuma. dicit communem, & tenendam nu. 7. & Iaſ. ibi nu. 13. dicit magis communem: dicit etiam eam eſſe communem opinionem Alcia. in d. l. 1. ff. ſolu. mat. n. 112. vbi Ripa nu. 98. Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem in puncto iuris ueriorem eſſe ſatis cre-
3 do, imò † dotis promiſſionem certam, non aliquo priuilegio, ſed communi iure ſuſtineri & valere: quā tenet Cynus (quem meo quidem iudicio ferè omnes alij dd. immeritò reprobāt) in l. 1. C. de dotis promiſſio. qui hoc tradit, conſtituendo regulam iuris in eo videri veriſſi-
4 mam, quòd † quoties promiſſio incerta poteſt certificari ex cauſa adiuncta, bene ſuſtinetur, ſed promiſſio dotis ratione adiuncti poteſt certificari, cum intelligatur
5 † promiſſa pro modo facultatem promittentis, & dignitate natalium viri, vt probat tex. in l. quæro & in l. ſiue generalis. ff. de iure do. in l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. in l. fi. de dotis promiſ. Et pro iſta parte primò induci ſolet à doctoribus tex. in contrarium allegatus in l. cū poteſt. §. gener ff. de iure dotium, vbi habetur, quòd licèt legatū vel ſtipulatio fundi, non demonſtrato fundo non ualeat, tamen dotis promiſſio non demonſtrata re uel quantitate, in arbitrium ſoceri collata, bene ualet: & aſignat tex. rationem, nō quia eſt ſpeciale in dote, ſed quia inter modum conſtituendæ dotis, & corpus ignotū dif-

ferentia magna ſit: cum dotis quantitas pro modo facultatum, & dignitate natalium viri cōſtitui debeat. Ec ce qualiter illius tex. deciſio non ſe fundat in aliquo do tis priuilegio, ſed ex communi ratione, videlicet, quòd ex adiuncta cauſa certificari poteſt. Eſt tamen aduerten dum, quòd deciſio illius tex. intelligi debet, quādo quan titatis declaratio fuit commiſſa arbitrio alterius, ſecus tamen eſſet, ſi commiſſa in arbitrium ſubſtantia eſſet: nā in iſto caſu non compelleretur promiſſor dare dotem, niſi eſſet perſona quæ alias de iure eſſet obligata, vt infra dicetur. Secundò pro iſta parte citari ſolet tex. in l. quidam in teſtamēto. ff. de leg. 2. vbi habetur, quòd qui

6 dam in ſuo teſtamento † legauit in tutelam uiæ Aureliæ Rei publicæ gallicanorum: quæſitum fuit, an tale legatum valeret: & reſpondit Iubentius Celſus iure con ſult. quòd licet eſſet imperfecta illa ſcriptura, quia certā ſummam non continebat, tamen quod poteſt dici, tantam ſummam videri legatam quanta ei rei ſufficeret: ſi modo non appareat aliam fuiſſe defuncti voluntatem, vel ex magnitudine eius pecuniæ, vel ex mediocritate facultatum quas teſtator reliquit: nam tunc officio iudicis ſecundum extimationē patrimonij, & legati quan titas diffiniri pōt. ex quo textu ſatis apparet, quòd quando incertum poteſt certificari ex adiuncta cauſa, non uitiat diſpoſitionem de iure communi: & per arg. à ſimili idem poſſumus dicere in dote, cum ex cauſa, & ratione adiuncta certificari poſſit. nec tex. ille, vt aliqui volunt, ſe fundat in aliqua ſpecialitate, videlicet quia lega tum erat viæ reficiendæ, quòd in iure fauorabile eſt iux ta tex. in l. ad refectionem. C. de ſacro. Eccleſ. nam ſi optimè conſideratur illius tex. deciſio, non ſe fundat in ali qua ſpecialitate, ſed communi ratione, videlicet, quia

tanta ſumma intelligitur legata quanta ei rei ſufficeret: & ita certificatur ex cauſa adiuncta. vnde dd.ibi tenẽt,
7 idem eſſe dicendum † ſi legatum eſſet relictum pro ædificanda, vel reficienda domo, nam intelligitur relicta quantitas neceſſaria, ita determinat Cuma. quem ſequitur ibi Iaſ. nu. 11. in l. ita ſtipulatus la magna. ff. de uerb.obli. Tertio pro hac parte expendi ſolet.tex.capi-
8 talis in l.ſi cui annuum.ff.de annu.lega.vbi † annuũ legatũ alicui fuit relictũ ſine adiectione ſummæ, & Pegaſus I.C.dicebat, nullum eſſe legatum: ſed obtinuit Neruæ I.C.ſententia dicentis: tantum videri legatum quãtum teſtator ſolitus fuerat præſtare, quòd ſi non appareat, ex dignitate perſonæ quantitas conſtituitur. ex quo tex. ſatis apparet, quòd incertitudo non vitiat quando poteſt certificari ex adiunctis: Item conſtat, quòd illius tex. deciſio non procedit propter aliquam ſpecialitatem relicti alimentorum, ſed communi ratione. Quarto addu-
9 citur tex. in l.Stichus ff.de legat. 3. † vbi teſtator condidit teſtamentum, & ita in eo cauit: Stichus liber eſto, & ut eum hæres artificium doceat vnde ſe tueri poſſit peto: & Pegaſus inutile eſſe legatum aiebat, quia genus artificij non cõtinebat: ſed obtinuit, quòd Prætor aut arbiter ex voluntate defuncti, ætate, conditione, natura, ingenioq; eius cui relictum erit, ſtatuat: quòd potiſſimum artificium hæres docere eum ſumptibus ſuis, debeat. vnde patet, quòd ibi legatum incertũ certificatur ex adiunctis, & vallet: licet ſit magna differẽtia inter artifices iuxta. l.inter artifices. ff. de ſolution. nec ibi eſt ſpecialitas aliqua pro artificio addiſcẽdo, ſed communis regula: & idem eſſet dicendum, ſi cauſa ſtudij aliquid relinqueretur, ut dd.ibi concludunt, & Iaſ.in l.ita ſtipulatus nu. 13. ff.de verb.obl.poſt glo.in dicto §.gener, non tamen pro

E pter

Digitized by Google

ferentia magna ſit: cum dotis quantitas pro modo facultatum, & dignitate natalium viri cōſtitui debeat. Ecce qualiter illius tex. deciſio non ſe fundat in aliquo dotis priuilegio, ſed ex communi ratione, videlicet, quòd ex adiuncta cauſa certificari poteſt. Eſt tamen aduertendum, quòd deciſio illius tex. intelligi debet, quādo quantitatis declaratio fuit commiſſa arbitrio alterius, ſecus tamen eſſet, ſi commiſſa in arbitrium ſubſtantia eſſet: nā in iſto caſu non compelleretur promiſſor dare dotem; niſi eſſet perſona quæ alias de iure eſſet obligata, vt infra dicetur. Secundò pro iſta parte citari ſolet tex. in l. quidam in teſtamēto. ff. de leg. 2. vbi habetur, quòd qui
6 dam in ſuo teſtamento † legauit in tutelam uiæ Aureliæ Rei publicæ gallicanorum: quæſitum fuit, an tale legatum valeret: & reſpondit Iubentius Celſus iure con ſult. quòd licet eſſet imperfecta illa ſcriptura, quia certā ſummam non continebat, tamen quod poteſt dici, tantam ſummam videri legatam quanta ei rei ſufficeret: ſi modo non appareat aliam fuiſſe defuncti voluntatem, vel ex magnitudine eius pecuniæ, vel ex mediocritate facultatum quas teſtator reliquit: nam tunc officio iudicis ſecundum extimationē patrimonij, & legati quantitas diffiniri pōt. ex quo textu ſatis apparet, quòd quando incertum poteſt certificari ex adiuncta cauſa, non uitiat diſpoſitionem de iure communi: & per arg. à ſimili idem poſſumus dicere in dote, cum ex cauſa, & ratione adiuncta certificari poſſit. nec tex. ille, vt aliqui volunt, ſe fundat in aliqua ſpecialitate, videlicet quia legatum erat viæ reficiendæ, quòd in iure fauorabile eſt iuxta tex. in l. ad refectionem. C. de ſacro. Eccleſ. nam ſi optimè conſideratur illius tex. deciſio, non ſe fundat in aliqua ſpecialitate, ſed communi ratione, videlicet, quia

tanta

tanta ſumma intelligitur legata quanta ei rei ſufficeret: & ita certificatur ex cauſa adiuncta. vnde dd.ibi tenẽt,
7 idem eſſe dicendum † ſi legatum eſſet relictum pro ædi ficanda, vel reficienda domo, nam intelligitur relicta quantitas neceſſaria, ita determinat Cuma. quem ſequitur ibi Iaſ. nu. 11. in l. ita ſtipulatus la magna. ff. de uerb.obli. Tertio pro hac parte expendi ſolet.tex.capi-
8 talis in l.ſi cui annuum.ff. de annu.lega. vbi † annuũ lega tũ alicui fuit relictũ ſine adiectione ſummæ, & Pegaſus I.C. dicebat, nullum eſſe legatum: ſed obtinuit Neruæ I.C. ſententia dicentis: tantum videri legatum quãtum teſtator ſolitus fuerat præſtare, quòd ſi non appareat, ex dignitate perſonæ quantitas conſtituitur. ex quo tex. ſatis apparet, quòd incertitudo non vitiat quando poteſt certificari ex adiunctis: Item conſtat, quòd illius tex. deciſio non procedit propter aliquam ſpecialitatem relicti alimentorum, ſed communi ratione. Quarto addu-
9 citur tex. in l. Stichus ff. de legat. 3. † vbi teſtator condidit teſtamentum, & ita in eo cauit: Stichus liber eſto, & ut eum hæres artificium doceat vnde ſe tueri poſſit peto: & Pegaſus inutile eſſe legatum aiebat, quia genus artificij non cõtinebat: ſed obtinuit, quòd Prætor aut arbiter ex voluntate defuncti, ætate, conditione, natura, ingenioq; eius cui relictum erit, ſtatuat: quòd potiſſimum artificium hæres docere eum ſumptibus ſuis, debeat. vnde patet, quòd ibi legatum incertũ certificatur ex adiunctis, & vallet: licet ſit magna differẽtia inter artifices iuxta. l. inter artifices. ff. de ſolution. nec ibi eſt ſpecialitas aliqua pro artificio addiſcẽdo, ſed communis regula: & idem eſſet dicendum, ſi cauſa ſtudij aliquid relinqueretur, ut dd. ibi concludunt, & Iaſ. in l. ita ſtipulatus nu. 13. ff. de verb. obl. poſt glo. in dicto §. gener, non tamen pro

E pter

pter ſpecialitatem, & ſtudij fauorem ut dd.putant, ſed ex ratione illius tex.in d. l. Stichus, quia ex conditione eius cui relictum eſt quantitas poteſt diffiniri. Quintò vltra ea quæ vidi, facit optimus tex. in noſtra materia in l. 3.C.de dotis promiſ.vbi tex.īnuit,quòd aliquis pro miſit dotem Bertæ cùm nubebat,non addita quantitate, ſed quantum ipſe arbitratus fuerit:ſi poſtea iſte promiſſor fidem nō exhibet ſtipulationi, poſſe maritum aduer ſus cùm competentibus uti actionibus, videtur enim bo ni viri arbitrium ſtipulationi eſſe inſertum: ecce qualiter incertitudo dotis promiſſionem non vitiat,non priui legio, ſed cōmuni ratione,quia videlicet certificari pōt arbitrio boni viri,quòd videtur in promiſſione inſertū. Sextò pro iſta parte vrget tex.in l.in teſtamēto.ff.de cō
10 ditio.& demonſtratio. vbi habetur,†quòd legatum, ſeu mandatum teſtatoris circa monumentum fiendum pro ſua ſepultura, licet modus vel locus non ſit declaratus, & ſic ſit incertum,nihilominus valet legatum, & hæres eſt aſtrictus ad conſtructionem dicti monumenti,ſecundum arbitrium boni viri,& qualitatem perſonæ teſtantis:ecce qualiter valet ibi legatum, nec incertitudo vitiat,cum poſsit certificari arbitrio boni viri, ſecundum qualitatem perſonæ teſtatoris, non autem aliquo fauore.Ex quo infero per illum textum veram eſſe Iaſonis ſententiam in l.ita ſtipulatus la magna.ff.de verb.oblig. nu.13.vbi tenet, quòd legatum pro anima ſimpliciter relictum,cùm ex adiuncta cauſa, ſecundum qualitatem teſtantis,poſſit certificari, validum eſt. Septimò expen do tex. in l. ſi libertus ita.ff. de operi. libe. vbi habetur,
11 †quòd libertus poteſt operas promittere patrono,ipſius patroni arbitrio,nec operarum incertitudo vitiat promiſſionem:cum taxatio operarum ſit facta legis diſpoſitione,

ſitione, vt probatur in l. libertus cum duabus ſeq.ff.de ope.lib.ergo & in dote ſimiliter debemus dicere, quòd promiſſio incerta valet,nō fauore dotis, ſed quia taxatio eius ſit certa legis diſpoſitione. Octauò facit talis cō
12 ſideratio,nam quando † aliquid debetur arbitrio boni viri,nō dicitur incertum, ſed pro certo habetur, tex.eſt in l.1. ff. de lega. 2.ibi, velut certam quantitatem, exprimit pro viribus videlicet, patrimonij, ſed cum dotis incerta promiſſio debeatur arbitrio boni viri,vt probatur in l.3.C.de dotis promiſ.non dicitur incerta, ſed certa,& ideò non vitiatur: nam cum debeatur ſecundum facultates, & dignitatem mariti, & iſtæ ſunt certæ quo ad l.& in rerum natura, licet penes nos ſint incertæ, dicuntur tamen certæ:& ſic dicitur certa dotis promiſſio, & valet. Nonò corroboratur tali conſideratione, nam vltra cauſas & rationes quare incertitudo vitiat promiſſionem, quas adducit Alcia. in l.triticum.ff.de verb.
13 oblig.potiſſima ratio eſt, † quia illud quòd intelligi non poteſt,pro non ſcripto,vel expreſſo habetur: iuxtà tex. in l.ita fidei 40.ff.de iure fiſ.cum paria ſint non eſſe,vel non apparere.l. nihil.ff.de contrah.emptio.l. cum res.ff. de leg.1.ſed hæc ratio ceſſat in dote promiſſa, cum poſſit certificari pro modo facultatum, & dignitate natalıū viri,vt in d.§.gener.ceſſante ergo ratione incertitudinis, incertitudo nō debet vitiare, iuxtà iura vulgaria. Decimò vrget talis conſideratio habemus enim, quòd
14 †quando incertitudo nō poteſt certificari ex cauſa adiuncta,non valet diſpoſitio incerta, etiam fauore cauſæ piæ:ita probat tex.in l.ſi fuerit relictum.ff. de rebus dub. vbi libertatem reliquit teſtator ſeruo ſuo Sticho, & habebat duos ſeruos hoc nomine, & propter incertitudinem legatum fuit nullum: ſed nulli dubium eſt, liberta-

tem eſſe cauſam piam, de quo Iaſ. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. nu. 7. ergo cum non valeat fauo
15 re libertatis quando diſpoſitio eſt incerta, cum † ſit cauſa pia, l. 1. C. de communi ſeruo man. ibi. ad hanc pietatis rationem. l. contra voluntatē. C. de teſta. manu. ibi, ne videaris iura pietatis violare, à fortiori debemus dicere non valere iure ſpeciali fauore dotis, cū dos nō ſemper ſit cauſa pia, ſed aliquādo vt puta, quando dos eſt mulie ris pauperis, vt notant doctores in l. 1. ff. ſoluto matri.
16 Vndecimò pro hac † parte conſidero l. 2. ff. de optione lega. vbi habetur, quòd legatum hominis incerti va let, nec in certitudo vitiat diſpoſitionem: cuius ratio eſt, quia homo habet certos fines à natura iuxtà l. inter ſtipulantē §. ſacram ibi, homo certa ſpecie continetur. ff. de verb. obli. Simili modo debemus dicere, quòd promiſſio incerta dotis valeat, nec vitietur incertitudine, cùm habeat ſuos fines, diſpoſitione l. quæro. ff. de iure doti. videlicet, quòd debeatur pro modo facultatum, & dignitate natalium viri: & ex hoc infero rationem differentiæ inter fundum incertum legatum, & hominem: nā in fundo incertitudo eſt in ſubſtantia, & in qualitate, cū fundus deſtinatione patris fam. conſtituitur, iuxtà tex. in l. locus. ff. de verb. obli. ſed in homine incerto, eſt incertitudo ſolum in qualitate, non in ſubſtantia, cum in ſubſtātia ſuos fines habeat à natura certos, iuxtà illud verſ. homo liber certa ſpecie continetur, & tenendo iſtam opinionem contra communem, quam puto in puncto iuris veriſſimam eſſe, reſtat reſpondere fundamētis pro cōmuni & contraria opinione à dd. adductis. Et primo nō obſtat tex. capitalis in materia in l. cum poſt in §. gener. vbi habetur, quòd licet legatum vel ſtipulatio fundi, non demonſtrato fundo ſit nullum, dotis tamen promiſſio,

miſſio, non demonſtrata re uel quantitate, eſt valida: & ita neceſſario videtur dicendum, quòd hoc procedat ex ſpecialitate, & priuilegio dotis: nam ſi rectè intueatur deciſio illius tex. non ſe fundat ex aliquo priuilegio ad inducendum, quòd talis promiſſio dotis incertæ valeat, imò tex. apertè aſſignando rationē vult, quòd hoc non proueniat à iure ſingulari, ſed ex iuris communis ratione: videlicet quia dotis quātitas ex communi iure, pro modo facultatum, & dignitate natalium viri conſtitui poteſt: quod etiam expreſſum erat per alia iura, vt probat tex. in l. quæro. ff. eod. tt. in l. qui liberos. ff. de ritu nup. et quia hæc dos poteſt certificari ex adiuncto, & quando incertum poteſt ex adiunctis certificari non vitiat, vt in illo tex. probatur, vbi dos certificatur ex modo facultatū, & mariti nataliū dignitate. Nec obſtat ſi dicatur, quòd hac attenta ratione, omnis ſtipulatio quæ fit ex cauſa, licet incerta, valeret: vndè ſi promitteretur mihi ex cauſa emptionis, certificaretur ex qualitate rei, quòd eſt contra diſpoſitionem text. in dicto §. gener, quod conſiderauit Bartolus dum dicit, quòd ſi vera eſſet opinio Cini, quælibet ſtipulatio valeret: & idem diceremus in locatione, & alijs contractibus, idem etiā in legatis, maximè cum legatū fiat ob merita, iuxtà tex.
17 in l. nec adiecit. ff. pro ſocio: nam † in emptione & venditione, item in locatione & conductione, pretium eſſe debet certum, tex. eſt in §. pretium inſtitu. de emptio. & venditio. in l. ſi merces in princi. ff. locati, & ſine pretio certo non valet, quia pretiū in venditione & locatione ſolet taxari, ſecundum voluntatem contrahentium, nō autem ſecundum ualorem rerum, tex. in l. ſi uoluntate C. de reſcin. uenditio. in alia autem cauſa bene poteſt pretium certificari, habita ad rem relatione, uel ad

valorem

ualorem rei, per l. fundum Cornelianum. ff. de nouatio. uel melius & clarius huic difficultati poteſt occurri per Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus nu. 12. quòd in emptione & locatione requiritur pro forma, quòd pretium à principio ſit certum, in quantitate ideò niſi exprimatur pretium certum, quia actus peccat in forma, & non ualet tanquam emptio, ſed quia poteſt certificari ex adiuncta cauſa, ualet tanquam contractus innominatus, & quantitas poſtea declaratur arbitrio boni uiri, ut eſt tex. expreſſus in §. qua de cauſa inſtitu. locati. per quem tex. ita declarat Bald. in l. contractus. C. de fide inſtru. & facit tex. & ibi Barto. in l. ſi merces in princi. ff. locat. Nec
18 obſtat fundamentum Bart. quòd † legata fiunt propter merita l. nec adiecit. ff. pro ſocio, ergo nullum legatum poteſt cenſeri incertum, cum ex bene meritis legatarij ſemper poſſit certificari, quod eſt contra tex. in d. §. gener: nam ad hoc reſpondeo, quia talia bene merita poſſunt eſſe incerta, & unum incertum per alium non poteſt declarari: præterea eſt in arbitrio cuiuſque remunerare benemerita in qua uellit quantitate, uel parua, uel magna l. ſi non ſortem. §. libertus de condict. inde. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hæredi. ideò non poteſt haberi notitia, in qua quantitate uoluerit promiſſor, uel teſtator remunerare: & licet hæc reſponſio non ſit omnino tuta, pro ut aduertit Maria. Soci. in l. ita ſtipulatus nu. 10. quia in noſtra ſpecie loquimur in dubio, nam in dicta l. quidam teſtamento, & in d. l. ſi cui, poterat teſtator quantum uoluerat legare, tamen in dubio fit declaratio ab illis adiunctis: undè huic difficultati melius reſpōdet Maria. Soc. in d. l. ita ſtipulatus nu. 100. ubi reſpōdet, quòd licet ut plurimum fiāt inſtitutiones, & legata ob merita, per dictā l. nec adiecit, tamen quandoque

doq; fiunt nullis meritis præcedentibus ut probatur, in l. extraneum etiã penitus ignotum. C. de hære. inſtitu. & probatur, nam legatum eſt donatio &c. & eſt tex. in §. 1 Inſti. de lega. ſed donatio eſt liberalitas quæ nullo iure debetur iuxtà tex. in l. donari de donation. & in l. donari ff. de regu. iu. cum in legato appareat, quòd merita poſſunt eſſe, & non eſſe, & ubi ſunt potuit teſtator ea benemerita non conſiderare, ideoq; ab eis non cõuenit ut incertum legatum declaretur, ſed erit inualidum ut in d. §. gener. Non obſtat deciſio tex. in l. ita ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. incertitudo uitiat ſtipulationem: nam ad illũ tex. reſpondeo, quòd ex eo uitiat ibi incertitudo, quia ibi erat maxima incertitudo, cum non poſſit certificari ex cauſa adiuncta, ut in noſtra ſpecie, cum dotis quantitas. l. diſpoſitione ſit taxata. per l. quæro, & l. ſiue generalis, & ibi erat maxima incertitudo, cum eſſet actum de certo die exprimẽdo quo ſiſteret, qui dies nõ fuit poſtea in ſtipulatione per errorem expreſſus. Non obſtat deciſio tex. in l. triticum. ff. de uerbor. oblig. ubi incertitudo uitiat in his quæ pondere, numero, uel menſurã cõ ſiſtunt: & ſic uidetur, quòd in dote, & in relicto annuo, & in reflectione uitiaret, niſi ex priuilegio eſſet conceſſum, quòd non uitiaret: cui reſpondeo, quòd regulã illius tex. in l. triticum, cum qua concordat etiam l. ita ſtipulatus la magna. ff. de uerb. oblig. locum habet, quãdo non poteſt incertitudo certificari ex adiunctis, in noſtra uerò ſpecie iſta incertitudo poteſt ex adiunctis certificari, cum debeatur dos arbitrio boni uiri, & ſecundum qualitatem &c. Vltimò non obſtant innumerabiles caſus qui in iure reperiuntur in quibus incertitudo uitiat, nã illis occurritur, quòd licet ſit regula generalis, quòd incertitudo uitiat, tamen eſt alia regula in iure eam limitans,

mitans,quòd hoc procedit niſi ex adiuncta cauſa poſſit incertitudo certificari. Non obſtat l.ſalarium. C.mandati, ubi ſalarium incerta pollicitatione promiſſum peti non poteſt,nam ideò ibi non ex adiuncta cauſa certificatur,quia ſalarium debetur ex mãdato, cuius natura eſt, quòd fiat gratis,iuxtà tex.in l.1.ff.mandati: & ita ſi non eſt certum ſalarium non poteſt peti,qui aliàs gratis erat facturus:ſi autem eſt certum promiſſum dic ut in l.1.C. manda.ubi Petrus de Bella. optimè declarat: ubi uide gloſam. Non obſtat l.cum duo.ff.de iudiciem adiectione, ubi non ex adiuncta cauſa certificatur: nam ibi in uenditione quæ eſt omnino incerta, cum pretium conſtituatur uoluntate partium, non ualore rei,iuxtà tex.in l. ſi uoluntate.C.de reſcin. uẽdi.& ita reſpõ. ad illã legẽ. Ad vltimam partem accedendo,& ſic ad illationes, primò ex noſtra concluſione infero,falſam eſſe Alcia. limitationem quam tradit in l.1.nu.114.ff.ſolu. matri.ubi limitat diſpoſitionem.l.cum poſt.§.gener.ff.de iur. doti.
19 locum non habere,† quando dos eſſet promiſſa ab ipſa muliere,nam tunc non ſuſtinetur in certa dotis promiſſio,& ita intelligit tex.in l.1.C.de dotis promiſſione,cuius ratio ea potiſſima eſt,nam cum dotis promiſſio incerta,ſpeciali fauore ſuſtineatur, & introductum ſit hoc in fauorem mulieris,in eius odium retorqueri non debet, arg.regu. quòd fauore. C. de legi.l.1.§. accedit uerſic. neque mulieribus. C.de rei uxo.action.& ita euitant cõtrarium l.1.C.de dotis promiſſione,quòd ex eo ibi dos incerta incertitudine uitiatur, quia ab ipſa muliere fuit promiſſa,qui intellectus & limitatio cõfunditur per noſtram concluſionem: nam cum dotis incerta promiſſio non ſpeciali fauore, ſed ex iuris communis diſpoſitione ſuſtineatur,ut plenè probatum eſt,iam ceſſat ſuum fundamentum.

damentum. Con funditur tamen hoc fundamentum; nam ratio tex.in l.1.ff.ſolu.matri.quæ induxit dotis priuilegia,non ſolum eſt ut dotes mulieribus conſeruētur, ſed etiam nè uxor indotata à marito expellatur: undè licet eſſet uerum, quòd ex priuilegio dotis promiſſio incerta ſuſtineretur & ualeret,non tamen poſſumus dicere, quòd retorquatur in odium mulieris, quòd incerta dotis promiſſio ualeat: imò eſt fauor,licet ipſa eam promiſit ut ualeat,nè ſequatur inconueniens,quòd expellatur ipſa mulier à marito,cū ſit indotata. Secundò cōtra intellectū iſtū facit,nā dotis priuilegia introducta ſunt non ſolum mulieris fauore,ſed etiam Reipublicæ, & hoc patet ex tex. in l.1.ff.ſolu.matri. ſed illa regula l. quod fauore,ſolum locū habet,quando fauore alicuius ſolummodo introductum eſt, illud non poteſt in eius odium retorqueri: ſecus tamen ſi etiam aliorum fauore ſit introductum,licet ſecundariò,ut in noſtro propoſito. Item cum tex. dicat,nam dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam,replendamq; liberis Ciuitatem maximè ſit neceſſariū, illud inconueniens eſt, nè expellatur, & ſic expellendo eam non repletur liberis Ciuitas. Secundò infero,falſum eſſe Socini intellectum in l.1.n. 53.ff.ſolut.matr.qui tenet §. gener. l.cum poſt ff.de iure
20 do.ſolum locum habere, quando † promittens dotē tenebatur de iure dotare mulierem cui dotem promittebat,aliàs autem in certam dotis promiſſionem ab alio uitiari,per.l.1.C.de dotis promiſ. nam cum nulla ſit obligatio dotandi,non intelligitur declarata quantitas à lege:nec procedit regu.l.quæro ff.de iure dotium cum ſimi.quem intellectum,neminem referens, ſcripſit Duare.in lib.1.diſpu.cap.56.& in tractatu ſol.matr. ti.de dotibus,& dotium iure cap.2.& in hunc intellectum incli-

nat Corra. in l. qui liberos nu. 180. ff. de ritu nupt. nam il lius intellectus cõfunditur per tex. in l. 3. C. de dotis pro miſ. vbi tex. loquitur etiam in extraneo, & facit generalitas rationis tex. in d. §. gener à ſocero, uidelicet quia do tis quantitas &c. quem intellectum reprobat Crotus in l. ſi is qui pro emptore nu. 186. per. l. pen. ff. de alimen. & ciba. lega. Sed bene uerum eſt, quòd ſupra dicta iura di-
21 centia, † dotis incertã promiſſionem in alterius arbitriũ collatam valere, procedere quando taxatio dotis quan titatis cõmittitur arbitrio dotantis, ſecus tamen quando ſubſtantia dotis confertur in eius arbitriũ: nam tunc non compellitur ſoluere dotem, niſi promittẽs erat perſona quæ de iure tenebatur dotare eam cui erat promiſſa: ita tenet Alcia. poſt Soci. & mo. in l. 1. ff. ſol. mat. n. 107. arg. l. creditor. §. Lutius. ff. man. & facit l. qui liberos. ff. de ri. nup. longa. n. differentia eſt, vtrũ committatur alterius arbitrio ſubſtantia, vel declaratio quãtitatis, tenet Pau. in l. 1. ff. de leg. 2. per tex. in l. utrum §. cum quidam. ff. de reb. dub. & hoc procedit in contractibus: in ultimis verò uoluntatibus bene confertur ſubſtantia in alterius ar bitriũ fauore earum, probat. l. 1. ff. de lega. 2. in fine, ibi, cum placeat in ultimis uoluntatibus legatum in alterius arbitrium collatum, pro boni uiri arbitrio accipi l. fidei commiſ. §. quãquã. ff. de legatis. 3. l. ſi ſic legatũ cũ ſim. ff. de legatis. j. vbi licet legatum, ſi volueris, nõ debeatur, tñ debetur, ſi putaueris, ſi fueris arbitratus, ſi exiſtimaueris, ſi vtile tibi fuerit: nã per hæc verba nõ datur plenũ arbi trium hæredi in ultimis voluntatibus, ſecus in cõtractibus, ut ſupra dictum eſt. Ex quo infero cũ Bal. de Bar. in rep. l. 1. ff. ſo. ma. n. 119. rationẽ, quare emptio & vẽditio non ualeat quando taxatio precij committitur arbitrio contrahentiũ, vt probatur in l. quod ſæpe §. 1. ff. de con tra. em-

tra.emptio.l. in vendentis.C.de contrahē.emptio. quia pretium in his contractibus eſt de ſubſtantia, vt probat tex.in §.pretium inſtit.de empt.& venditio. vndè in his contractibus, quando taxatio pretij cõmittitur, ſubſtantia committitur, & ſic non valet: ſecus tamen eſſet ſi accidentalia contractus cõmitterentur à contrahentibus, nam tunc bene valeret: tex.in l. hæc venditio in prin. ff. de contrahen.emp.declarat Iaſ.in l. ſi ſic legatū num.3. ff.de legat. 1.& in l. ſi quis arbitratu ff. de verbor. oblig. Tertiò infero, veram eſſe Cumani ſententiam in l. ita ſtipulatus la magna.ff.de verb. obl. quem ſequitur ibi Iaſ.
22 in nu.11.† quòd ſi alicui fuiſſet legatū relictum pro ædificanda, vel reficienda domo, licet certa quantitas non fuiſſet expreſſa, nihilominus legatum ualeret, hac videlicet ratione, nā militat eadem ratio ac ſi eſſet relictum pro via reficienda, vt in d. l.quidam teſtamento,& per nóſtram rationem, quia videlicet pōt certificari ex cauſa adiuncta. Quartò infero, ueram eſſe Iaſ. opinionem in l.ita ſtipulatus n.13.vbi dicit, † legatū pro anima ſimpliciter relictum, cum ex ratione adiūcti certificatur, debetur & æſtimabitur ſecundū qualitatē perſonæ, & quātitatem facultatum. Quintò infero, veram eſſe glo. deciſionem in d.l.cum poſt.§.gener, quòd ualidum † eſt le-
24 gatum, licet incertum, cauſa ſtudij relictum, non tamen ratione ſpecialitatis, ut glo.ibi tenet, ſed quia certificari poteſt ex cauſa adiuncta, videlicet deberetur ſecundum qualitatem eius, & qualitatem relinquentis: pro quo facit tex.in d.l.Stichus, nam ſi validum eſt legatū pro artificio addiſcēdo, multo fortius pro ſtudio, cū magis certum ſit legatum pro ſtudio quam pro artificio. Sextò infero, ueram eſſe glo. pe. in c.nos quidem extra. de teſta. ubi tenet, legatū pro ædificanda Eccleſia ualere, neq;

25 incertitudine uitiari loco nõ demõſtrato: † quã gl.ibi ſequũtur dd.teſte Iaſ.in l.ita ſtipulatus nu.13.nõ tamẽ ſpecialitate aliqua,ſed iuris cõis rõne, ut aduertit ibi Ant. licet cæteri dd.cõcludunt ex fauore loci pij prouenire, quod nõ puto uerũ: nã cũ in iſto caſu incertitudo hẽat ſpeciẽ certitudinis,à diſpõne iuris,quæ hanc declaratiõnẽ loci Epiſcopo tribuit,ut ex illo tex.apparet,cõſtat manifeſtè nõ prouenire ex aliquo priuilegio:maximè quòd ratio quare hoc legatum debetur eſt, quia cenſetur, illud reliquiſſe,contemplatione cauſæ piæ,& ut uoluntas teſtatoris adimpleatur, & nè lucro hæredi contra uoluntatem defuncti cæderet,conſtitutum eſt, incertitudinẽ reduci ad certitudinem, cum cauſa finalis legati relicti ſit certa: undè idem eſſet ſtatuendum ſi legatũ eſſet relictum in uſum non pium,quod probatur per.l.legatum ff.de uſuf.leg.& per tradita per Bar.in l.pater in §. Tuſculanus ff.de le.3.& per dd.maximè per Barba.& Imo. in d.c.nos quidẽ. Septimò infero,nõ eſſe indiſtinctè ueram Archid.ſententiam in c.ſunt nonnulli. 1.q.1. quẽ refert & ſequitur Alex.in l.ita ſtipulatus colu.3.ubi dicit,quòd apud legiſtas eſt incognitum hoc dictum, vbi Iaſ.nu.3.& 13.ff.de verborum,idem Iaſ.in l.triticum.ff. eo.quem ſequitur Anto. in c. ex parte de cenſi. Bald.in l.qui mutuum §.ſalarium ff.Mandati,vbi dicit, quòd licet hoc dictum rationibus non probetur, tamẽ propter
26 eius authoritatẽ eſt tenendũ,videlicet † quòd de iu.Ca. poteſt agi ex omni promiſſione incerta: nã cõtrariũ puto,ſi eſſet maxima incertitudo, vel in cã fin.tunc enim bene vitiaret de iure Cano. vt infrà dicetur. Fateor tamẽ quòd quãdo incertitudo põt reduci ad certitudinẽ poterit locũ habere prædicta Archidiaconi ſententia,& de æquitate Cano.incertitudo nõ vitiaret diſpoſitionẽ,

ſed

ſed arbitrio boni viri reduceretur ad certitudinē: quod voluit etiā Mar. Soc. iunior nu. 24. poſt Claudium ibi, in l. ita ſtipulatus ff. de ver. obl. vbi teſtatur, quòd ſeruabitur in foro Eccleſiaſtico, & in Seculari in terris Eccleſiæ: ſecus tamē ī terris Imperatoris, vel alterius Principis in foro ſeculari per eā quæ adnotat Abb. in c. 1. & 2. extra de no. oper. nun. Octauò infero rationem ad
27 tex. in l. ſi libertus. ff. de operis liber. vbi habetur, † quòd libertus poteſt operas promittere patrono, ipſius patroni arbitrio, nec in certitudò vitiat, cum taxatio operarū ſit facta legis diſpoſitione, ut probatur per. l. ſi libertus cum duabus ſequen. ff. de operis liber. Nonò infero rationem, quare legatum ſimpliciter relictum pauperibus valet, nec uiciatur incertitudine. l. id quod pauperibus & l. nulli. C. de Epiſcopis. & Cle. & ſimiliter inſtitutio pauperum aut captiuorum. l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcopis & Cle. tex. in auth. de Eccle. tit. §. ſi quis in nomine & §. ſin autem pro redēptione. & l. Regia. 20. ti. 3. partita. 6. nam per. l. ſunt certificati, videlicet quos Epiſcopus elegerit, vt apparet in d. l. ſi quis ad declinandam, & in d. §. ſin autem pro redemptione. Aduerte tamen, quòd inter ius commune, & Regium in hac ſpecie videtur eſſe diſcrimen, cum de iure cōmuni intelligantur inſtituti hæredes, pauperes illius Ciuitatis in qua teſtator habebat domicilium, & colligitur ex prædictis iuribus, & ex gloſ. in c. ſi pater. in uer. pauperes de teſtam. in 6. declarat Couarr. in c. cum tibi n. 14. extra de teſtā. De iure autem Regio per d. l. 20. conſtitutum eſt, inſtitutionem ad pauperes illius loci vbi conditū eſt teſtamentum pertinere: licet non me latet, quòd d. Couarr. vbi ſupra & Gregor. Lupus in d. l. 20. voluerunt interpretari & reſtringere per ius commune l. Regiam, quòd cē-

ſeantur

ſcantur vocati pauperes illius loci in quo conditum eſt teſtamentum, ad inſtitutionem vel legatum, quandò teſtamentum factum eſt in loco domicilij: quæ interpretatio mihi non placet, cum lex adeò aperte diſponat contrarium vt non patiatur vllam interpretationē, & quia eſſet reſtringere nimis diſpoſitionem illius tex. vndè admitti debere non puto. Qualiter autē diuiſio ſit facienda inter pauperes collige ex. d.l. ſi quis ad declinandam & ex. d.l. 20. nec in hoc differentiam vllam eſſe puto inter ius commune, & Regium, licet Lupus ubi ſupra in gl. in verbo aquellos hoſpitales, eam voluerit conſtituere, quæ reijciēda videtur, cum ex d. l. Regia nō poſſit meo iudicio colligi. Quod autem dictum eſt de legato ſimpliciter relicto pauperibus, intelligēdum eſt idem eſſe, ſecundum communem opinionē, in omni legato & promiſſione piæ cauſæ facto, quòd incertitudo non vitiat, vt docet Ripa in l. ita ſtipulatus nu. 25. ff. de verb. oblig. poſt glo. in auth. priuilegia. C. de Sacro. ſ. Eccle. Bart. in d. §. gener l. cum poſt ff. de iure dot. ſequitur & teſtatur cōmuniter teneri Barth. Soc. in l. quidā relegatus n. 12. ff. de reb. dub. argu. d. l. id quod pauperibus, imò quòd plus eſt, legatum relictum incertæ perſonæ incertitudine hodie non vitiatur regulariter: nam tex. in §. in certis Inſtitu. de lega. quo prohibitum erat, legata in certis perſonis relinqui, hodie ſecundum communem & magis verum intellectum correctus eſt, per. §. ſed nec huiuſmodi, eiuſdem tit. vt glo. ibi & Fab. adnotarunt, Bart. in l. quidam relegatus de reb. dub. vbi Barth. Soc. nu. 12. quidquid male, contra communem ſententiam, in contrarium tentauerit Salic. in alleg. l. id quod pauperibus 3. oppo. ſentiens. §. ſed nec huiuſmodi, non corrigere. d. §. incertis, quòd non eſt admittendum, cū ſit contra verba &

ba & mentem.d.§.ſed nec huiuſmodi,vt ex illo tex.colligitur,quem multis in locis ad hoc conſiderauit Soci. vbi ſupra:qui dicit,quòd ſpecialitas in cā pia uertitur in hoc hodie,quòd in nō pijs cauſis lex nō prouidet,quòd perſona incerta declaretur: & hæc erit ſecundum eum hodie differentia inter cauſas pias,& cauſas non pias.Et in propoſito mouet quæſtionem,quid erit quando quis in ſuo teſtamento ita cauit, hæres dato pauperibus ex meis facultatibus,nec ſummā adſcripſit,& ipſe Soc.determinat non ualere huiuſmodi legatum, ex eò quia sūt duæ incertitudines,ſummæ videlicet relictæ,& perſonarum quibus relinquitur: Vndè ſentit,quòd nè cōcurrāt duo ſpecialia vitiatur diſpoſitio,quòd non placet: tum quia ut ſupra dictū eſt regulariter hodie cōceſſum eſt, legata in certis perſonis poſſe relinqui, tum etiam quia fauore piæ cauſæ:& regulariter quādo æquitas ſuadet; duo & plura ſpecialia poſſunt concurrere, nec alicubi probatur contrarium,ut latius in ſequenti capite oſtendemus. Sed ex ſupradictis oritur dubium, cum regulariter legatū relictum in certis perſonis valet hodie per d.§.ſed neq; huiuſmodi,maximè in cauſis pijs,vt uolunt Docto.per.d.l.id quod pauperibus. C. de Epiſcopis & Cleri.quæ ſit ratio,quòd ſi teſtator relinquit libertatem vni ex pluribus ſeruis,ſi non apparet de quo teſtator ſenſit,nulli competit libertas.l.ſi fuerint in fin.& l. ſi quis ex pluribus.ff.de reb.dub.l.cum ex pluribus.ff.de manu.teſtamento,cum libertas ſit cauſa pia.l.1.prope fin. ibi, ad hanc pietatis rationem,vbi Bald.notat. C. de communi ſeruo manu.imò eſt fauorabilior alia cauſa pia, ut docet Iaſ.nu.6. & ibi moderni in l. quidā æſtimauerūt.ff.ſi cer. petat.& licet in ſpecie non vidi tactam iſtam difficultatem,mihi videtur maximam eſſe rationem differentiæ, quando

quãdo legatum relinquitur pauperibus ſimpliciter, aut pro redemptione captiuorum, & quando libertas relicta eſt uni ex pluribus ſeruis, & non apparet de quo teſtator ſenſit: Nam in primo caſu in certitudo non eſt in cauſa finali, cum uoluntas & mens teſtatoris principalis fuerit, facere vel aliquid relinquere pro elemoſyna uel cauſa pia, nec curauit cui eſſet danda elemoſyna: Sed in ſecundo caſu, intentio & uoluntas teſtatoris fuit libertatẽ relinquere uni ex ſeruis, & principaliter illius contẽplatione libertatem reliquit: Vndè ſi alij daretur libertas refragaretur uoluntati teſtatoris: ex quo poteſt inferri declaratio ad ſupradicta, quòd incertitudo non vitiat quando legatum eſt incertæ perſonæ relictum, procedere, quando incertitudo nõ eſſet circa perſonam cuius contemplatione legatum relictum eſt, & ſic in cã finali, pro quo facit l. legatum ff. de uſufr. lega. & quod tradit Bart. in l. pater. §. Tuſculanus ff. de legat. 3. Vndè colligo, quòd ſi legatum relictum eſſet Titio pauperi, uel Eccleſiæ S. Mariæ, eorum & non cauſæ contẽplatione (quod in dubio in cauſis pijs non præſumitur) & eſſent plures eiuſdẽ nominis, nulli deberetur: nã licet ipſo iure ualeret, ĩ effectu nõ debetur, nè fortè legatũ habeat contra uoluntatem defuncti ille cui ſolutum eẽt: Sed vrget cõtra hoc, nã diuerſum eſt in ſumma legata, cuius omnes poſsũt eſſe participes, ut colligitur ex tex. in l. ſi quis Titio §. fi. ff. de le. 2. ex quo tex. colligit Bar. n. 3. & Barth. Soc. nu. 12. in d. l. quidam relegatus, & ante eos Cin. in d. l. id quod pauperibus, quòd ſi incertitudo nec eſt certa de preſenti, nec poteſt uerificari de futuro euentu ualet legatum, ſi modo relictum ſit perſonæ incertæ de certis. Sed aduerte quòd ille tex. non facit contra ſupradicta, nam ibi hæres decem damnatus fuit uni ex libertis dare

lare, ſecundum explicationem gl. ibi, quem hæres elegerit, & dicitur quòd hæres omnibus eadem decem præſtare cogendus eſt, nec illa decem relicta fuerũt contemplatione alicuius ex libertis præcipuè, vndè ſoluendo omnibus non uenit contra uoluntatem defuncti hæres. Adde tamen ſupradictis, quòd ſi teſtator in teſtamẽto ſuo ita cauit, hæres dato Titio, aut Seio, aut Sticho libertis meis decem, quod in hac ſpecie hæres nullã habet electionem, ſed tres oẽs illi liberti ad fideicõmiſſum admittũtur, alternatiuãin coniunctã cõuerſa. l. pe. C. de uer. ſig. declarat Cum. in l. ſi Titio aut Seio. ff. de leg. 2. Decimò infero, incertam pœnã in lege, vel ſtatuto contentam valere, quia arbitrio iudicis declaratur: tradit glo. ſingu. in l. nemo martires. C. de Sacroſan. Eccl. per l. ſanctio legum. ff. de pœn. quam dicit ibi ſingularem, & non eſſe alibi Bald. ad hoc, quòd quando lex uel ſtatutũ prohibet aliquid adijciendo pœnam in cõtra uenientẽ, quòd contra ueniens poteſt puniri arbitrio iudicis. Vndecimò ex ſupradictis infero, quòd licet regulariter ſententia incerta non ualet, valebit tamen ſi per relationẽ ad acta poteſt reduci ad certitudinem, iuxta tex. in l. pẽ. C. de ſenten. quæ ſine cert. quantit. nam paria ſunt aliquid eſſe certum per ſe, uel per relationem ad aliud. l. ſi. C. de falſa cauſa adiecta. lega. Duodecimò infero, quòd quando diſpoſitio, aut actus eſt omnimodè incertus, nul. o fauore ſuſtineri poteſt, nec in effectu debetur, quãdo omnino incertum eſt, quòd legatum vel promiſſum eſt: nam illud quod intelligi non poteſt pro non ſcripto vel dicto habetur. l. ita fidei. 40. ff. de iure fiſci, paria enim ſunt nõ eſſe, uel non apparere. l. nihil. ff. de cõtrah. emp. l. cum res. ff. de le. 1. quod optime probatur per. d. l. Paulus. 2. ff. de reb. dub. vrget l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam.

tutel.l.ſi fuerit in fi.& l.ſi quis ex pluribus.ff.de reb. dub. quæ ultima iura loquuntur in cauſa pia:vndè quod cõmuniter tenetur per Doćto. quòd aliquãdo fauore piæ cauſæ incertitudo non uitiat, debet declarari non procedere, quando eſſet omnino incerta promiſſio vel diſpoſitio. Vel etiam ſi nõ eſſent omnino incerta, vt ſi incertæ perſonæ de certis legatum eſſet relićtum, vt in his ultimis iuribus:nam ſi incertitudo eſſet in perſona cuius contemplatione relićtum eſt non debebitur, etiam fauore cauſæ piæ, declarat. Bar. in d.§. Tuſcula. vbi adiungit, quòd quãdo exprimitur cauſa & perſona, in cauſis pijs, præſumitur contemplatione cauſæ, in dubio eſſe relićtũ arg. l. ſunt perſonæ in fi.ff.de relig.

SVMMARIVM.

1 *Speciale quid dicatur in iure.*
2 *Specialia duo circa idem an poſsint concurrere. & nume.7.*
3 *Concordia inter l.1.C.de dotis promiſſ. & §.gener. & nume.8.*
4 *Specialia quare reſtringuntur, & non generalia, apponit differentiæ rationem.*
5 *Diſpoſitio l.1.C.de dotis promiſsio. an locum habeat de iure Cano. & nume.12.*
6 *Diſpoſitio l.1.C.de dotis promiſſ. an locum habeat in Regnis Caſtellæ. & nu.12.*
7 *Fićtiones duæ circa idem, ex eodem fonte, & ad eundem effećtum de iure concurrunt. & nu.8.*
9 *Intellećtus plures ad l.1.C.de dotis promiſsione. & nume.10. intellećtus nouus.*
11 *Verba enuntiatiua non propter ſe, ſed propter aliud emiſſa, non inducunt obligationem, & quid in ultimis voluntatibus, aut fauore dotis.*
13 *Maritus ſi iurauit aliquam accipere vxorem, an poſsit ab ea petere dotem.*
14 *Mulier habens bona, ſi ſimpliciter contrahat matrimonium, nõ videtur illa in dotẽ dare, nec etiã attenta dignitate mariti.*

Duo

Duo ſpecialia, quòd nedum in dote, ſed & in omnibus aliis ex eodem fonte, & ad eundem effectum poſſunt concurrere. Cap. IIII.

ET pro huius concluſionis declaratione præmittendum duxi, † quòd in iure noſtro dicitur ſpeciale, ſeu ſingulare illud, quòd contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem authoritate conſtituẽtium introductũ eſt, tex. in l. ius ſingulare. ff. de legi.
1 Hoc præhabito, contrariã opinionem, † quòd duo ſpecialia de iure circa idem non poſſunt concurrere, tenet glo. & ibi dd. omnes in l. 1. per tex. ibi. C. de dotis promiſſione, vbĩ Sali. dicit, quòd totus mundus allegat illam l. ad hoc, & iſtam regulã ſequitur Soci. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. licet ipſe teneat, quòd fauore dotis poſſint concurrere nu. 27. & ibi Alcia. nu. 112. & quamplures doctores in diuerſis locis, maximè Iaſ. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. Bart. & dd. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. Maria. Soci. in repe. l. ita ſtipulatus num. 104. ff. de verb. oblig. & dd. in l. 1. ff. ſolu. matri. ponunt iſtam regu-
3 lam, † concordando duo iura contraria, tex. videlicet in l. cum poſt. §. gener. ff. de iure doti. cum l. 1. C. de dotis promiſſione: Nam in tex. in §. gener dicitur, quòd gener ſtipulatus eſt dotem arbitratu ſoceri, non demonſtrata re uel quãtitate: dubitabatur apud I.C. vtrum valeat talis promiſſio, & reſpon. quòd etiam arbitrio detracto valet: ex quo tex. ſatis apparet, quòd incerta dotis promiſſio valet, ſiuè hoc procedat ex priuilegio dotis, ſiuè ex communi diſpoſitione. Tex. tamen in l. 1. C. de dotis promiſſione probat totum oppoſitum, quòd

Digitized by Google

nec communi iure, nec priuilegio dotis, incerta promiſſio valeat: nam mulier promiſit in inſtrumento nuptiali dotem marito ſimpliciter, ſinè expreſſione quantitatis, nec re demonſtrata, poſtea autem maritus petebat dotem: dubitabatur apud Imperatorem, vtrum teneatur iſta mulier ſoluere prædictam dotem, & dicit ibi tex. quòd cum nec ſpecies vlla, nec quantitas promiſſa ſit, nõ tenetur ad dotẽ: vndè pro concordia iſtorũ Iuriũ gl. in d. l. 1. & in d. §. gener dicũt, quòd ex eo in d. l. 1. non datur actio de dote marito, quia ĩ caſu illius tex. duo ſpãlia concurrunt, vndè ex illo tex. gl. ibi, & poſtea dd. colligunt regulam: quòd duo ſpecialia circa idem non poſſunt de iure concurrere. Primũ ſpeciale eſt, quòd licet ſit verum, quòd incertitudo regulariter vitiat promiſſionẽ, vt in d. §. gener, & ĩ l. triticũ, & in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obl. fauore dotis non vitiat vt in d. §. gener. Secũdum ſpãle eſt, quòd licet regulariter ex pacto nudo nõ oriatur actio, iuxtà l. iuris gentiũ. §. igitur nuda pactio ff. de pact. in dote, fauore dotis eſt ſpãle, quòd oriatur actio per l. ad exactionẽ. C. de do. promi. & in hoc intellectu reſidet gl. in d. l. 1. ſimilis in d. §. gener, quas gl. dicit cões, & vtrobiq; ſequitur Bart. eas ſequitur Sal. in d. l. 1. vbi Pau. & dicit cõem Soci. ĩ d. l. j. ff. ſol. ma. n. 27. vbi Alci. n. 112. Mari. Soc. n. 104. in rep. l. ita ſtipulatus, Bar. in l. 1. ff. ſol. ma. Fortun. aũt Gar. in repe. c. 1. extra de pactis col. 24. verſ. quare autem ſpecialia, ponit rationem
4 † quare ſpecialia reſtringuntur potius quàm generalia, videlicet, quia omnis pars ordinatur ad totum, ſicuti imperfectum ad perfectum: & ſic leges & ſi patricurlariter diſponant diriguntur ad totum, hoc eſt, ad bonum commune, quod eſt finis legum. l. ius pluribus. ff. de Iuſti. & Iure. hinc eſt, quòd in c. erit. 4. diſt. dicitur, quòd lex debet

Digitized by Google

bet eſſe communis: unde maior ratio militat in genera-
libus, quia magis participant de legis ratione & fine,
quàm ſpecialia: licet etiam ſingularia utilia ſint. l. ius ſin
gulare. ff. de legibus, quia ex ſingularibus communitas
conſeruatur, ideò ſpecialia non extenduntur, Fortu. ubi
ſupra: nec etiam multiplicantur, cum regulæ inherendũ
ſit Philip. Deci. in l. ſi quis aſſerat. C. de manda. Princi.
per l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamẽ. l. penul. C. de inoffi.
doti. c. cum dilectus de conſuetudi. Secundum autem
5 illum communem intellectum, † deciſio illius text.
non poteſt habere locum de iure Canonico, cum in eo
ex pacto nudo oriatur actio, iuxta tex. & quòd commu-
niter notant ibi dd. in c. 1. de pact. quòd an ſit verum in-
6 fra dicetur. Infero inſuper, quòd de iure regio in † Re
gnis Caſtellæ nõ poteſt habere locum, cum ſimiliter ex
pacto nudo oriatur actio per l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. & ſic
non erit ſpecialitas pacti nudi: de cuius ueritate infra
agemus. Sed ſatis credo, quòd iſta communis opinio &
omnium regula, quòd duo ſpecialia non poſſunt con-
currere ſit falſa, quòd ſentire uidetur Maria. Soci. iun.
in d. l. ita ſtipulatus n. 104. ff. de ver. obl. ubi affirmat ali-
cubi nõ probari, & Franciſcus Cona. in Cõmẽt. iur. ciu.
lib. 8. c. 8. nu. 5. Et quòd illa cõcordia non ſit uera ad il
la iura, & quòd fauore dotis duo ſpecialia poſſunt con
currere, aduertit Soci. in l. 1. ff. ſolu. matri. nu. 28. & Ma-
ria. Soci. in repeti. l. ita ſtipulatus nu. 106. qui reſpondẽt
ad tex. in l. 1. C. de dotis promiſſione, quòd in illo tex.
nullum ſpeciale erat: nam primum ſpeciale, quòd incer
ta dotis promiſſio ſuſtineatur fauore dotis non eſt verũ,
quia non fauore dotis, ſed quia non eſt in promiſſione
dotis incertitudo, cum facillimè poſſit reduci ad certi-
tudinem, ut ſupra latè in ſuperiori capite probatũ eſt,
contra

Digitized by Google

contra communem ſententiam. Item nec ibi erat ſpeciale pacti nudi, nam ex dicta l. 1. apparet, quòd in inſtrumento nuptiali erat appoſitum, quòd mulier promiſit dotem, & verbum promiſit in inſtrumentoq; publico relatum, probat ſtipulationem interueniſſe, tex. in §. ſi ita ſcriptum Inſti. de inuti. ſti. in §. fi. inſti. de fideiuſ. in l. ſciendum. ff. de uerbo. oblig. Sed ultra prædictos docto. ipſe conſidero, quòd ſi eſſet uerum, quòd in dicta l. 1, duo ſpecialia concurrebant, quòd ſimiliter alia duo ſpecialia in dicto §. gener continebantur, & ſic non erat bona concordia: nam ibi promiſſio incerta erat, & ualet: item fuit arbitrio ſoceri promiſſa; & dicit quòd ualet; & tenet arbitrio de tracto, contra regulam quam tradunt doctor. in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerbo. obliga. ubi promiſſio in contractibus arbitrio alterius commiſſa, cenſetur conditionalis, uidelicet ſub hac conditione facta, ſi arbitratus fuerit, nec receditur à perſona per tex. in l. ſi coita. ff. pro ſo. & ſic ualet fauore dotis, licet non arbitretur ſocer. Et pro noſtra cõcluſione, quòd duo ſpecialia in dote poſſint cõcurrere allegat Soc. tex. in l. fi. C. ad Velle. ubi habetur, quòd ſi mulier promiſit, vel interceſſit pro dote pacto nudo, valet promiſſio uel interceſſio, nec iuuatur Velleiano: undè clare apparet, quòd ibi concurrunt duo ſpecialia, & etiam ex eodem fonte, ex eodem contractu & lege, & ad eundem effectum, hoc eſt, ad ualidandam dotis promiſſionem: nam interceſſio ualet facta pacto nudo. Præterea non iuuatur exceptione Velleiani, nec obſtat ſi dicatur, quòd ideò ibi non iuuatur Velleiano, quia non loquitur in muliere intercedente, ſed promittente, nam tex. ille loquitur etiam in muliere intercedente, nam aliàs non eſſet rectè poſita illa l. in illo tt. & eſſet inutile ſpeciale quod ibi exclamat

Im-

Imperator inducere de nouo:& ita tenet ibi Paul.& hodie eius opinio comprobata eſt per l. 3. tt. 12.par. 5.in Caſtellæ Regnis. Præterea pro iſta parte inducit Maria.Soci. in d.l.ita ſtipulatus.tex. in l.unica. §. & ut plenius.C.de rei uxo.actio.ubi cautum eſt,quòd ad effectū adiuuandi dotis cauſam, hypothecha, & ſtipulatio interueniſſe intelliguntur, licet non interuenerint, uel minus legitimè: Ecce qualiter ad eundem effectum,& ex eodem fonte duo ſpecialia concurrunt. Rurſus ultra prædictos doctores, quòd in dote concurrant duo ſpecialia expendo tex.in d.l.unica. §.& cum lex. C. de rei uxo.actione, ubi dicitur, quòd licet mulier habeat remedium ſpeciale tacitæ hypothecæ,quòd eſt ſufficiēs ad hoc, quòd maritus res dotales non poſſit alienare: tamen etiam aliud priuilegium ſpeciale ei conceditur ibi ad eundem effectum, uidelicet, quòd alienatio facta à marito,etiam conſentiente uxore non ualet,licet regulariter ſcienti,& cōſentienti non fiat fraus, nec iniuria, iuxtà tritam regulam:ecce qualiter ibi duo ſpecialia cōcurrunt ad euitandam dotis alienationem ex eodē fonte. Nec obſtat ſi dicatur, quòd illa ſpecialia non ſunt ex eodem fonte,cum ex alia lege ſupra erat prouiſum, nam in d.§.& ut plenius, erat unum iam prouiſum, ſcilicet hypothecæ:nam ad hoc reſpondeo, quòd in terminis doctorum iam hoc erat prouiſum in l. 1. ſpecialiter de illis priuilegijs: quòd enim ex pacto nudo oriatur actio,deciſum erat antea per l.ad exactionem. C.de dotis promiſſione, & quòd incerta dotis promiſſio ualet per d.§.gener. Imò tu melius reſponde,quòd ineptum eſt dicere,quòd duo ſpecialia non concurrunt ex eodē fonte,quando diuerſis legibus conceduntur: cum habeamus, quòd omnia iura quaſi uno ore profuſa pro

una

una & eadem diſpoſitione habeātur, ut tradit Imperator in l. 1. §. ſed nec, & in l. 2. §. tanta. C. de uete. iure enucle. Deinde, quòd duo ſpecialia nè dum dotis fauore, ſed in alijs poſſint concurrere, pro hoc pondero tex. in l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pactis, ubi I. C. contra iuris ciuilis regulas concedit pupillo duo ſpecialia, ad effectum faciendi meliorem conditionem ſuam: quòd ſi pactus ſit, nè à debitore ſuo peteret, non ualet pactum: & ex diuerſo ſi paciſcatur, nè quòd debet à ſe petatur, ratũ habeatur: ecce qualiter ad eundē effectũ, & ex eodē fonte, in pupillo duo cōcurrũt ſpecialia. Sed hoc fund. pōt facilè euitari. Inſuper pro hac parte induco tex. ĩ l. fi. C. de ſacro. Eccl. ubi quatuor cōcurrũt priuilegia & ſpālia fauore Eccleſiæ, uel Ciuitatis: nã ibi decisũ eſt, quòd in relictis & uēditis Eccleſiæ, uel Ciuitati transferatur dominiũ ſine traditione, contra regulã tex. in l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. in l. traditionibus C. de pactis, in §. per traditionem inſtitu. de rerũ diuiſi. Item quòd non currat præſcriptio ordinaria in his rebus uenditis, ſed centum annorum. Tertium, quòd licet ad petendam rem uenditam ante traditionem, non detur rei uendicatio iuxtà tex. in l. ſi ager de rei uendi. quòd detur rei uendicatio, licet res nō ſit tradita. Quartum, quòd datur etiam actio hypothecaria non intercedente hypotheca: ecce qualiter ex eodem fonte, hoc eſt ex eadem. l. ex eodem contractu, ad eundem effectum ualidandæ, & conſeruandæ Eccleſiæ rem uenditam, conceduntur hæc quatuor ſpecialia. Adduco etiam tex. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. ubi dicitur, quòd in contractu mutui plura ſingularia, ſeu ſpecialia

7 concurrunt. Item facit nam ipſe habeo, † quòd duæ fictiones circa idem, ex eodem fonte, & ad eundem effectum

fectum de iure concurrunt, ut eſt tex. in l. ſpecies. §. fi. ff. de accepti. ubi ſeruus rogauit acceptum quod dominus qui apud hoſtes erat promiſerat, & dicit ibi. I. C. poſt liminij iure confirmari acceptilationem: unde clarè apparet, quòd ius poſtliminij concurrit cum acceptilatione quæ eſt ficta, & imaginaria ſolutio, iuxta tex. in §. acceptilatio in ſti. quibus mo. tolli. obli. pro quo facit, nã ſi ego mandaui tibi ut cõmitteres maleficium, tu Titio, & Titius commiſit, Titius tenetur quia fecit, tu quia uideris facere, & ego eadem fictione, quia uideor facere: iuxta tex. in l. aut qui aliter. §. ſimiliter & ibi glo. & l. ſi ego. ff. quod vi aut clam. Pro iſta parte allego etiam tex. in c. de multa extra de præbendis, ubi licet regulariter prohibitum ſit, quòd quis habeat plures perſonatus, uel beneficia curam animarũ habentia, tamen Papa diſpenſat circa ſublimes & literatas perſonas ſuper pluralitate beneficiorum: ecce qualiter ex eodẽ fonte, & ad effectum eundem plura concurrunt priuilegia, id eſt, ad ſuſtinendas perſonas ſublimes, & literatas. Facit etiam talis conſideratio, prouiſio. l. ſpecialis eſt iuſta, aliàs autẽ ſi. l. ſpecialis non eſſet iuſta, nõ eſſet lex, per tex. in c. erit lex iuſta. 1. diſtinctione: nam lex ſpecialis conſtituitur propter aliquam utilitatem, iuxta tex. in l. ius ſingulare ff. de legi. ergo ſi ſpeciales prouiſiones ſunt iuſtæ, iniquũ erit non poſſe concurrere duæ iuſtæ prouiſiones. Nam ſi uerum eſſet, quòd duo ſpecialia non poſſent concurrere, ſequeretur inconueniens, quòd poteſtas conſtituentium coarctaretur, quòd propter aliquam utilitatem hoc inducere non poſſent, quòd eſt maximum abſurdũ, cum poteſtas conſtituendi ſit de iure diuino, iuxta illud: Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: & ad ſequendum bonum & æquum leges condi-

tæ ſunt,ut probatur in l.1.in prin.ff.de iuſti.& iure: nam lex etiam ciuilis nihil aliud eſt,quam recta ratio quæ dirigit ad debitum finem,ut latè Fortunius in tractatu de ulti.fi.Iur.Ciui.in principio. Vltimo urget nam habemus,quòd erubeſcimus cum ſine lege loquimur, in l.illam.C.de collati.& licet ille tex.non probet ſecundum Iaſ.ibi nu.3.eſt tamen tex.apertus in authen. de triente & ſe miſſe.§.conſideremus,ſed ſic eſt,quòd dd. ad probandam regulam contrariam, quòd duo ſpecialia non poſſunt concurrere,non allegāt niſi.l.1.C.de dotis pro miſſio.qui tex.hoc non probat,ergo eorum regula non poteſt ſuſtineri. Et ex prædictis concludo,quòd per legis diſpoſitionem introduci poteſt, quòd duo & centū ſpecialia concurrant, ſi bonū & æquum erit, ſicuti in dote uidimus,ex uno fonte & ratione, & ad eundem effectum, quam plurima concurrere ſpecialia: & in fiſco, & in alijs. Non obſtat tex. capitalis in l. 1. C. de dotis promiſſione,nam ibi ut ſupra dictum eſt nullum concurrit ſpeciale. Non obſtat tex.in l.quod Labeo.ff.de com penſatio.ubi una pecunia,non poſſunt fieri plures compenſationes,& ſic uidetur,quòd etiam duo ſpecialia nō poſſint concurrere:nam ad hoc reſpondeo,quòd eſt diuerſa ratio in compenſatione,nam illa pecunia quæ ſemel eſt recepta in compenſationem, cum compenſatio ſit uera ſolutio,amplius non poteſt circa aliam ſummā, uel cum alio debito compenſari: Nā ſi ipſe tibi debebā decem ex mutuo,& decem ex locato, & tu decem mihi ex uendito,ſi ſemel compenſaui ego nón potero eadem compenſare,cum iam per primam compēſationem decem illa fuere ſoluta: ſecus tamen eſt in ſpecialibus, nā legislator plura ſpecialia poteſt concedere, & licet con cedantur contra tenorem rationis,& regulas generales,

concceduntur

conceduntur tamen propter aliquam utilitatem,ut probat tex. in l.ius ſingulare eſt, quòd contra rationis tenorem propter aliquam utilitatem, authoritate conſtituentium introductum eſt: & ita probatur in l. 1.ff.ſolu. matri.ibi,nam & reipublicæ intereſt. Item in l.fi. C.ad uelle.ubi priuilegia conceduntur dotibus, propter publicam utilitatem: Idem in minoribus, nè decipiantur: idem in mulieribus,in ruſticis,in Eccleſijs,in vniuerſitatibus,in fiſco,propter aliquam cauſam iuſtam: nam cũ hæc ſpecialia proueniant ex.l.diſpoſitione,ſemper intelliguntur iuſta.arg.c.erit 1.diſtinctione. Non obſtat arg. de.l.fi.C.de ſacro.Eccl.ubi ſi aliqua res uenditur Eccleſiæ, uel Ciuitati, propter eorum priuilegium transfertur dominium ſinè traditione,contra regu.tex. in l.traditionibus.C.de pactis.in §. per traditionem inſti.de rerum diui.in l.traditio.ff.de acqui.rerum domi. item ſola pollicitatione quis obligatur, ſed dicit tex. in l.ſi quis rẽ. ff.de pollicita. quòd ſi pollicitus eſt, non transfertur dominium in Rem publicam: quod dicunt prouenire, nè duo ſpecialia concurrant, quòd ex pollicitatione teneatur,& trãsferatur dominiũ ſinè traditione: ſed huic obiectioni multipliciter occurri poteſt. Primo quòd non ſit uerũ,quòd ex ſola pollicitatione obligatur quis Reipublicæ,nã non obligatur niſi ob honorem, ut ſi pollicitus eſt aliquod opus ſe facturum Reipublicæ, uel ſi cœpit facere,ut per totum illũ titu.probatur. Itẽ quòd tempore illius.l.ſi quis,non erat cõceſſum priuilegium, quòd ſinè traditione transferatur dominium, nam hoc eſt introductum per.l.fi.C.de ſacro.Eccl. poſtea per Iuſtini.quod non conſiderant dd. Non obſtat tex. difficilis in l.ſi uerò.§.Marcellus.ff.mãdati,ubi licet uerum ſit, quòd ſi aliquis donaturus fidei iuſſori, per eo ſoluerit

Digitized by Google

creditori,habebit fideiuſſor actionem mãdati aduerſus principalem debitorẽ:tamen ſi filius fam.uel ſeruus fuerint fideiuſſores,& pro his ſoluero,donaturus eis mandati,patrem,uel dominum non acturos, quia non donare patri uoluit qui ſoluit: nam ſi bene conſideratur ibi, nõ ex eo negatur actio mandati, nè duo fictiones concurrant,ſed quia qui donauit uoluit donare filio, & non patri: undè patri non acquiritur, cum de hoc non habuit uoluntatem: & actus agentium.&c. & idem in ſeruo di
8 cendum eſt, quod nota contra Bart.† nam duæ fictiones bene concurrunt, ut probatur in l. ſingularia. ff. ſi cert.peta.maximè quòd ibi vna fictio ueniebat in conſequentiam alterius,quo caſu omnes dd. concludũt, duas fictiones poſſe cõcurrere per.l.ſpecies.§. fi.ff.de accepti. in §. qui ab hoſtibus Inſti. quibus mod. ius patriæ pote. ſol. Non obſtat tex.in c.2. de filijs presbi. ubi habetur, quòd ſi per Sedem Apoſtolicam fuit diſpenſatum cum aliquo,quòd non obſtante defectu natalium quem patiebatur poſſet tenere beneficium, etiam curam animarum habens,ſi poſtea diſpenſationem à Sede Apoſtolica obtineat,ut duo uel plura beneficia ſimilem curã habentia obtineat, ſi non fecit mentionem de prædicto defectu,talis diſpenſatio nullius momenti,& ſurreptitia eſt:cùm ſit uerìſimilè,quòd ſi ille defectus fuiſſet expreſſus,non obtineret diſpenſationem prædictam. vndè notant ibi Docto.quòd in reſcripto non præſumuntur duo ſpecialia,& ita nec in legis diſpoſitione: ſed reſpondeo, quòd ipſe non nego,quòd duo ſpecialia,nec unum non debeant præſumi,nec priuilegia, cũ ſint contra ius commune,nec in dubio ſint interpretanda per.l. ſi quando. C.de inoffi.teſtamento,ſed tàm in reſcripto quàm in l.ſi exprimantur & concedantur expreſsè, bene concurrũt

circa

circa idē,& ita in illo tex.probatur:nā non negant Do-
ćto. & ex tex.colligitur, quòd ſi hoc exprimeretur ex-
preſsè in reſcripto,quòd concurrerent,ſed non præſu-
mitur,quia hoc poterat negari. Non obſtat.c.non pôt.
§.fi.de præbe.lib.6.vbi ſi mihi obtinenti beneficium, nō
obſtante quòd aliud beneficium habeam,Sedes Apoſt.
prouidet de aliquo beneficio,non intelligitur diſpenſa-
tum, ut cum ſecundo illud retinere poſſim: & operatur
illa clauſula,non obſtante, quòd aliud &c. quòd gratia
de ſecundo non ſit ſurreptitia:undè uidetur dicendum,
quòd hoc prouenit,nè duo ſpecialia,& diſpēſationes cir
ca idem concurrant: nam reſpondeo ſicut in proximo.
Item quòd ibi duo ſpecialia erāt circa diuerſos effećtus,
quo caſu omnes Doćt. concludunt,quòd poſſunt in iſto
caſu concurrere. Reiećto igitur communi intellećtu,
9 † quòd in dićta.l.1.C. de dotis promiſſ. incertitudo ui-
tiat dotis promiſſionem,quia duo erāt ſpecialia, qui in-
tellećtus proculdubio uerus non eſt, ut non pauci mo-
derni aduertunt,nè tex.ille in d.l.1. C. de dotis promiſ-
ſione remaneat ſinè intellećtu,ad alios procedemus. Et
ſecundum intellećtum ad illum tex.adijciunt aliqui Do
ćto.ut teſtatur Crotus in repetit.l.1.n.97.ff.ſolu. mat.&
in l.ſi is qui pro emptore n.186.ff. de uſuçap. quem am
plećtitur Zaſius in l.ita ſtipulatus.ff.de uerborum oblig.
nu.15.in fine,uidelicet quòd dićta.l.1. C. de dotis pro-
miſſio. corrigit dićtum. §. gener. l. cum poſt, qui in-
tellećtus multis de cauſis reijciendus eſt: nam legum
correćtio euitanda eſt.l.1.C.de inoffi.dona. cum uulga.
Prætèrea cum.l.1.ſupra citata facta ſit ſuper cōſultatio
ne,non dicitur nouum ius inducere, nec antiquum mu-
tare,ſed declarare glo.in c. fi. in uerbo reſpondemus de
uerbo.ſigni.& in c.conſuluit de temp.ordin. Crotus ubi
ſupra

Digitized by Google

ſupra in d.l.ſi is qui pro emptore. Tertium intellectum ſcriptum reliquit Barth. Soci.in l.1.nu.28.ff.ſolu.Matri. quòd dicta.l.1.loquitur & procedit in muliere ſe ipſam dotante, vel alia perſona quæ non tenebatur dotare.§. verò gener loquitur in perſona promittente dotẽ quæ tenetur mulierem dotare, cuius differentiæ rationem aſſignat, quia quando nulla eſt obligatio dotandi, non intelligitur declarata quantitas à lege, vndè non procedit doctrina I. C. in l.quæro.ff.de Iure dotium, in vltimo verò caſu bene procedit: quem intellectum amplectitur Duare.lib.1.*Diſpu*.cap.56. & in tracta. ſolu.matri. titu. de dotibus, & dotium iur. c. 2. & videtur placere Corraſio in l.qui liberos nu. 180. ff. de ritu nupt. Sed hic intellectus ſimiliter non eſt admittendus, & merito eum re probat Crotus loco ſupra citato: nam etiã quando perſona quæ dotem dat non eſt obligata dotare, conſiderantur facultates dotantis, ſicut ſi pater dotaſſet, quòd probatur argumento.l.penu. ff. de alimen. & cib. leg. Imò vltra prædictum argumẽtum expreſſius in ſpecie probatur in l.3.C.de dotis promiſſione, qui intelligi debet in perſona extranea dotante: & urget, nam aliàs nimis reſtringeretur reſponſum.§.gener, quod generaliter loquitur, & generaliter intelligi debet, iuxta iura vulgaria. Quartum intellectum aſſignauit Bald.nouellus in tract. de dote 6. parte priuile. 11. uidelicet, quòd ideò in l. 1.non valuit promiſſio, quia non apparebat facta de præſenti, ſed notarius ex aſſertione partium ſcripſit promiſſionem factam de præterito, ideò non habuit locum regula.l.ſciendum.ff. de verborum obliga. & §. ſi ſcriptum inſtitu.de Inuti.ſtipu. Sed iſte intellectus confunditur ex eo quod diuinatorium eſt. Quintum intellectum poſuit Crotus in l. 1.nu.97.ff.ſolu. Matrim.& in

l. ſi is

l. ſi is qui pro emptore nu. 1 8 7. ff. de vſucap. quòd in l. 1. ſupracitata non negatur competere actionem marito ad petendam ipſam dotem principalem: ſed dubiũ erat an ſibi competeret actio ad petendas vſuras, & intereſſe propter moram, quod tex. ille negat: ſed iſte intellectus omnino reijciendus eſt, & confunditur per verba illius tex. cum nec ſpecies vlla, nec quantitas promiſſa ſit: ex quibus colligitur, quòd agitur etiam ibi de neganda dote principali, nec vllum uerbum ibi de vſuris, & intereſſe, ſed de dote principali inuenitur; vt ibi quaſi dos tibi promiſſa nec ſoluta ſit.. Sextum intellectum & concordiam ſcripſit Alciat. in l. 1. nu. 1 1 4. ff. ſolu. matri. & Franc. Cona. lib. 8. comment. iur. ciui. c. 8. nu. 4. & 5. quòd ideò ibi dotis promiſſio propter incertitudinẽ vitiatur, quia in caſu illius legis. 1. ceſſat ratio, quare per l. quæro. & l. cum poſt §. gener. ff. de iu. do. conceditur, quòd ualeat incerta dotis promiſſio, videlicet fauore mulieris. l. 1. ff. ſolu. matri. l. fin. C. ad Velleia. qui fauor uerſatur, quando ipſa mulier debet habere dotem ab alia perſona, tunc etenim eius intereſt ſummam arbitrio boni viri taxari: At verò cum ipſa pro ſe dotem promiſit, ſua magis intereſt nullam, aut minimam eſſe dotem, vt reliqua ſua bona habeat propria, argu. l. fi. C. de repudi. Vndè nè priuilegium quod inductum eſt fauore mulieris redundet in eius incommodum, ibi incertitudo vitiat dotis promiſſionem: pro quo vrget. l. ſi ex ea. §. in dotis. ff. de minor. vbi mulier quæ ultra vires patrimonij, vel totum patrimonium pro ſe in dotem conſtituit, tanquam læſa reſtituitur; & ideò cum non uerſatur eius fauor, ſed incommodum, ſi promittit incertã dotem, liberabitur dando minimam terræ glebulã, aut unũ denarium, aut muſcam, ſicuti in legato rei, vel anima

lis in

lis in genere dicitur: vt docet gloſſ. in l.legato generaliter.ff.de lega.1. Et iſtum intellectum tanquam veriſſimum vidi Salmanticæ in ſcholis celebrari: qui intellectus pluribus de cauſis mihi non ſatisfacit, licet nõ reperio quòd ullus doctor eum reprobet. Primò nam ut alio loco latius ſupra oſtendi, incertam dotis promiſſionem priuilegio dotis, & non iuris communis regulis valere, certũ nõ eſt: prouenit fortè, non ex priuilegio, ſed quia ex ipſius rei natura, & ex legis diſpoſitione colligitur aliquid certitudinis, ex quo poterit iudex ex bono, & æquo certum conſtituere, vt colligitur ex d. §. gener. Præterea licet vtile ſit mulieri aliqua bona extra dotem habere, tamen quòd omnia bona habeat extra dotem, & nõn maritus ad ſuſtinenda onera matrimonij, non puto quòd ſit omnino vtile, & proculdubio eſt Reipnblicæ damnoſum, cum maritus nolit forſam cum ea habitare, ne ſuſtineat ſine dote onera matrimonij, argumento legis. fin. C. ad Velleia. Vndè licet ceſſet vna ratio. l. quæro ſupra citata, uidelicet ut dos mulieri cõſeruetur, non ceſſat alia ratio, quare oportet mulieres eſſe dotatas, ſcilicet nè mulier cum ſit indotata expellatur à marito, & diſtrahatur matrimonium, quam aſſignat tex. in l. fin. C. ad Velleia. & quando. l. habet duas rationes licet vna ceſſet, ſi remanet alia non ceſſat eius diſpoſitio, tex. in §. affinitates. Inſtit. de nupt. nam licet verum ſit, quòd mulier conſtãte matrimonio non poteſt compelli à marito, vt ſibi dotem conſtituat, nec propter hoc poteſt maritus eam expellere, per l. fin. C. de repud. ſatis puto hoc ſibi locum vendicare, quando mulier à principio dotem non promiſit: nam cum fuit recepta ſine dote mulier non eſt in culpa, ſecus tamen erit meo iudicio, quando dotem pro ſe promiſit, nam ſi poſtea non vult adimplere

adimplere quod promiſit, non videtur ſine culpa, vnde ceſſat diſpoſitio l. fin. C. de repud. & poterit maritus eã expellere, argumẽto illius l. fin. C. ad Velleia. per quem tex. hoc concludit ibi Pa. Caſ. nu. 2. ita limitans l. fi. C. de repud. Rurſus vltra docto. cõſidero, & retorqueo contra hunc intellectum tex. pro eo adductum in l. quæro. ff. de iure dot. qui ſi rectè conſideretur, ex eo confunditur dictus intellectus; nam ibi mulier promiſit dotem, & nihilominus arbitrio boni viri ſecundum facultates, & dignitatem debetur, cuius verba ſunt: quæro quantæ pecuniæ dotem promittenti adultæ mulieri curator conſenſum accommodare debeat, Reſpondi: Modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritiq; ſtatuendus eſt, quouſq; ratio patiatur. Ex quo infero rectè conſuluiſſe Rom. conſ. 44. nu. 4. quòd ſi dos incerta per ſtipulationem promittatur ab ipſa muliere quæ nupſit, non debet uitiari, ſed debet taxari: pro quo eſt tex. expreſſus in d. l. quæro. Contra iſtum intellectum vrget inſuper tex. in l. 1. C. de dot. promiſſ. ſecundum vnam lecturã, quòd in tex. illo Imperator loquitur cum muliere quæ petebat dotem à parentibus, ſeu cognatis: nam ut apparet ex libris correctis, in inſcriptione ſupra appoſita, Imperator Alexander loquitur cum Claudia, licet in alijs libris antiquis inſcriptio dicit, Alexander Claudio: quæ vltima lectura, quòd Imperator loquatur cum Claudio marito, & non cum Claudia muliere communiter tenetur, & iuuatur per illa uerba tex. quòd ea quæ nubebat dotem dare promiſit. Ex quibus videtur colligi poſſe, quòd Imperator cum tertia perſona loquitur, quamuis huic obiectioni occurri poteſt, Imperatorem ibi recitare uerba inſtrumenti. Septimum intellectum, & concordiam aſſignat Mari. Soci. iun. in rep. l. ita ſtipulatus

nu.106.ff.de verb.oblig.quòd §.gener.l.cum poſt.ff.de iure do.& l.3.C.de dot.promiſſ.locum habent, quando dos non fuit ſimpliciter promiſſa, ſed committendo eã arbitrio, & declarationi promittentis: & tunc ſiue promittens ſit perſona de iure obligata dotare, ſiue nõ, fauore dotis debetur, & à perſona receditur, contra deciſionem l.fin.C.de contrahen.emp.lex autem pri.C.de dot.prom.procedit, quãdo dos incerta ſimpliciter ſine relatione arbitrij alicuius promittitur, quo caſu, ratione omnimodæ in certitudinis nõ valet. Et iſtum intellectũ tenuerunt antiqui, nam reperio quòd Alber.de Roſa.in d.l.1.C.de dot. promiſſ. eum teſtatur communem, & eum ſequitur Cuma.ibi. & antequã vidiſſem prædictos doctores, mihi placebat: Nam conſiderabam, quòd leges diſponentes, quòd incerta dotis promiſſio valeat, loquuntur quando promiſſio eſt collata in arbitriũ promittentis, ut apparet ex d.§.gener.& ex d.l.3.& vrget.l.ſi filiæ.ff.de leg.3.& l.1.in fine ff.de leg.2. Sed poſtea melius conſiderando iura, mihi non ſatisfacit, nam licet prædicta iura loquantur, quando taxatio quantitatis fuit collata in arbitrium promittentis, tamen ratio tex.in d.§.gener. eſt generalis, & comprehendit etiam ſecũdam ſpeciem, videlicet quãdo dos incerta eſt ſimpliciter promiſſa, & quãdo ratio legis eſt generalior dicto, deciſio.l.extenditur, & generaliter debet intelligi, gloſ. celeb.in Clem.1.de electio. quam dicit ab omnibus receptã Barb.conſ.43. verſ.cum ergo vol.2.col.3. ra tio enim legis, eſt mens legis Bart. in l. cum mulier in prin.ff.ad Trebell. Præterea in ſpecie.d.l.quæro.ff.de iu re dot. valet dotis promiſſio incerta, licet non fuit in arbitrium promittentis collata. Rurſus cum dos poteſt certificari ex ſui natura, quomodocunq; promittatur vale

bit

bit promiſſio, per ea quæ latè tradita ſunt in ſuperiori
c. aliàs autem eſſet reſtringere nimis, contra mentem ſe
rè omnium doctorum regulam, quòd incerta dotis pro
miſsio ualet. Sed omiſſis alijs pluribus intellectibus à mo
10 dernis diuerſis in locis aſsignatis, placet † concordia ad
prædicta iura, & intellectus ad. l. 1. ſupra citat. C. de dot.
promi. quòd ex eo ibi marito non datur actio de dote,
quia non conſtabat plenè, dotem ſibi promiſſam fuiſſe,
ſed ſolum contra eam adducebat maritus, quòd in in-
ſtrumento nuptiali erat aſcriptum, quòd ea quæ nube-
bat dotem dare promiſit, quibus verbis non plenè appa
rebat, mulierem voluiſſe dotem marito promittere pro
modo facultatum: nam verba illa appoſita fuerunt in
inſtrumento nuptiali, non ad effectum promittendi do-
tem marito principaliter, ſed ut cum ſolemnitate, & in-
ſtrumento nuptiali, ſeu dotali matrimonium celebrare-
tur. Pro cuius declaratione præmitto quod tradit gloſ.
§. quibus Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defer. videlicet,
inſtrumenta nuptialia, ſeu dotalia eſſe quibus contine-
tur inter Titium & Bertam matrimonium contractum,
& dotem datam, ſeu promiſſam eſſe: quæ inſtrumenta
operantur, ut ſolemniter ducta mulier intelligatur, &
filij antea ex concubina habiti, de iure ciuili, ſinè his in-
ſtrumentis non legitimantur, vt apparet ex §. fina. vbi
Silues. declarat Inſti. de nupti. & ex §. quibus Inſti. de hæ
red. quæ ab inteſt. defe. Hoc præmiſſo, tu cōſidera duos
caſus, quòd aut illa verba tex. in d. l. 1. quòd ea quæ nu-
bebat dotem dare promiſit, fuerunt in inſtrumento nu- 11
ptiali à Tabellione aſcripta ſine conſenſu mulieris, ſe-
quendo vſum ſeu notam communem inſtrumentorum
nuptialium, & hoc caſu proculdubio non remanſit obli
gata, cum nullum pactum, nullus conſenſus nec volun

tas interceſſerit, ſine quibus actus non ualet. Aut verba
illa de mandato, aut conſenſu mulieris fuerũt à Tabel-
lione in inſtrumento appoſita, & hoc caſu, duobus ratio
nibus meritò actio de dote marito denegatur. Prima col
ligitur ex traditis à Franciſco Cona. in loco ſupra cita- c 1
to, docente, dotem non deberi pro modo facultatum;
quando ſuſpicio contrariæ voluntatis eius qui dotem
promiſit remanet, nam ſi pater falſo exiſtimans ſe filiæ
ſuæ debitorem eſſe, dotem promiſerit, obligabitur, per l.
quemadmodum in fin. ff. de iur. dot. quod intelligit Co-
na. quòd ſi pater putabat falsò ſe debere centum; tantũ
ad centum obligatur, non pro modo facultatum ſuarũ:
pro quo vrget, nam actus agentium non debent opera-
ri ultra intentionem eorum. l. non omnis. ff. ſi cert. petat.
veriſimilis enim intentio, & voluntas contrahentium,
aut diſponentium conſiderari ſolet; tàm in actibus inter
viuos, quàm in vltimis uoluntatibus: vndè cum in no-
ſtra ſpecie per appoſitionem illorum verborum in in-
ſtrumento, quòd ea quæ nubebat. &c. non fuit inten-
tio mulieris promittere aliquam dotem marito, nec hoc
conuentum fuiſſe apparebat, ſed quòd pro forma in-
ſtrumenti nuptialis principaliter verba promiſſionis do
tis fuerunt inſerta, ideò mulier non obligata marito re
manſit contra eius voluntatem, & intentionem pro mo
do facultatum: itaq; ſoluendo minimam rem liberare-
tur, & ideò actio de dote tanquam in vtilis non cõpetit.
Secunda ratio eſt, nam cum illa verba in inſtrumento
11 nuptiali aſcripta, quòd ea quæ nubebat † dotem dare
promiſit, erant enunciatiua, non principaliter ad conſti
tuendam dotem; ſed propter aliud emiſſa non induce-
bant obligationem, nec plenam probationem; per tex.
& quod ibi notat Bart. in l. Publia. §. fin. ff. Depoſiti per

l. nulli

b.nulli,& l.in epiſtola.C.de probatio. c.ſi pater de priui leg.in 6.notab.Abb.in c.ſi.extra de ſucceſ.ab inteſt. nu. 14.& 19.in §.autem.gener, erant verba conuentionis appoſita ad obligãdum ſocerum ad dotem genero,pro pter hoc principaliter emiſſa. Sed contra iſtum intelle-ctum vrgent tradita per Bald.nouellum in tract. de do-te 6.par.priui.78.docens verba enuntiatiua,nõ propter ſe,ſed propter aliud emiſſa fidem facere,& diſpoſitionẽ inducere, arg.tex.in l.1,C. de dot. promiſſ. intellectus prout glo.ibi in 2.intellectu intelligit, aſſerens dotem ibi non fuiſſe promiſſam,ſed per illa uerba, quòd pro-miſit uſuras dotis obligatur etiam ad dotẽ,licet expreſ-sè non promiſerit dotem:quem tex.ad hoc citauit Bart. in conſ.incipiente, factum ſic ſe habet, & Paul.in conſi. incipiente,iuſta ſentẽtia, Iaſ.in l.ex his.C.de teſtamento mili.verſi.2.ſingulariter fallit. Quod etiam corrobora-tur per.l.ſi voluntate. C.de dot. promiſſ. vbi ſi maritus uoluntate vxoris fecit inſtrumentum, in quo confeſſus eſt ſe recepiſſe centum in dote ab ipſa vxore, ex hoc ſo lo inducitur pactum,quòd ipſa teneatur ſoluere centũ, & maritus poterit petere illa centum ab vxore. Rurſus obſtat tex.in c.fin.de ſucceſ.ab inteſt.vbi ſecundum vnũ intellectum, verba enuntiatiua,fauore cauſæ piæ,diſpo ſitionem inducunt. Obſtat inſuper ratio Imperatoris ap poſita ibi in d.l.1.C.de dot. promi.ibi, cum nec ſpecies vlla nec quantitas promiſſa ſit,vbi uidetur ſe fundare in incertitudine promiſſionis. Sed his non obſtantibus,pu-to verum eſſe iſtum intellectum,quòd ex eo ibi actio de dote marito non competit,quia in illo tex.non cõſtabát plenè de dotis promiſſione, nec maritus aliud fundamẽ tum ad petẽdam dotem habebat,quàm illa verba enun tiatiua in inſtrumento aſcripta, quòd ea quæ nubebat

&c.quæ

Digitized by Google

&c.quæ uerba nec etiam fauore dotis obligationē, nec plenam probationem inducūt, ſiue fuiſſent poſita de uoluntate mulieris, ſiue non. Nec obſtat Bald. nouelli & aliorum dictum, quòd uerba enuntiatiua fauore dotis probant, & inducunt obligationem, cui occurritur multis modis: Primò, quia erubeſcimus cum ſine lege loquimur, vt in authen. de triente & ſemiſ. §. conſideremus, & prædicti doctores non citant niſi. l. 2. C. de dot. promiſſ. ſecundum unum intellectum, qui intellectus verus non eſt, nec enim eſt ueriſimile, quòd in ſpecie illius tex. petebat gener vſuras dotis, ſi dos non eſſet promiſſa expreſsè, imò ex illo tex. conſtat clarè, dotē fuiſſe promiſſam, ibi, ſi pro dote promiſſa ſocer tuus vſuras dare promiſit. &c. Preterea, licet uera eſſet illa. 2. lectu. illius tex. quòd ibi ī ſpecie dos nō fuit promiſſa, ſed ex eo quòd vſuras dotis dare promiſit intelligeretur promiſſa, hoc non proueniret fauore dotis ex verbis enuntiatiuis, ſed quia ibi promiſerat acceſſoria dotis, hoc eſt vſuras quæ præſuponunt principale, nam ut Bald. ibi adnotauit. nu. 1. licet acceſſoria non veſtiant principale, probant tamen illud eſſe verum. Rurſus, licet dictum Doctorū, quòd verba enuntiatiua inducant obligationem fauore dotis, eſſet uerum, in noſtra ſpecie non procedit, cū deffecit ſubſtantia contractus, hoc eſt conſenſus, ſine quo nullo fauore contractus valere debet, iuxta. l. 1. ff. de pact. l. 2. ff. de actio. & obli. in prin. inſti. de oblig. quæ ex conſen. naſcun. ſine conſenſu etenim, & uoluntate obligatio non inducitur, cum actus agentium non extendantur. &c. Non obſtat. l. ſi voluntate, nā reſpōdeo, quòd ibi & conſenſu & tacito pacto obligatur, in noſtro caſu uon fuit conſenſus nec voluntas promittendi dotem niſi pro forma. Nec tex. ille ex fauore dotis, ſed regulariter procedit, ut

dit,ut Bart.ibi uult, Albe. Ang.& Salic. Licet ſunt aliqui doctores qui affirmant illius tex.diſpoſitionem procedere fauore dotis,ut Soci.in l.1.nu.95.ff.ſolu. matri.& B. pta de S. Blaſ.in tractatu de priuilegijs dotalibus. nu.7. Coſta in l.ſi ex cautione.§. decimoquarto fallit in prin. C.de non num.pecu.poſt gloſ.in l.ad exactionem.C.de dot.promi.quod non uidetur uerum cum ex tex. colligi non poteſt.Non obſtat.c.fin. de ſucceſ. ab inteſt.nam reſpondeo cum Abb.ibi nu. 14. quòd ille intellectus non eſt uerus: Secundò reſpõdeo,quòd licet eſſet uerum in ultimis uoluntatibus,fauore cauſæ piæ uerba enũtiatiua inducere diſpoſitionem, nõn tamen hoc concludit, quòd debeant inducere obligationem in contractibus, contra diſpoſitionem.l.Publia.§.fin.ſupra citato,cum in teſtamentis plenius uoluntates teſtantium interpretamur quàm in contractibus, iuxta regul. in teſtamẽtis.ff. de reg.iur.Tertiò,quia regulariter dos nõ eſt cauſa pia Bald. de Bartulinis in rep.l.1.ff.ſolu.matri.nu. 117. vbi Crot.nu.35.qui tenet poſt Bald.nouellum, quòd de legato dotis hac de cauſa falcidia detrahetur, licet fatetur, quòd largo modo, & impropriè dicitur cauſa pia per.l.cum his.§.ſi mulier.ff.de cond.ind. & ita intelligit Alex.in l.ſi cum dote.§.eo tempore.ff.ſolu. matri. Non obſtat verſi. cum ſpecies nulla nec quantitas &c.d.l.1. C.de dot. promi. Nam reſpondeo, quòd ibi non ſolum negat Imperator actionẽ de dote,quia nulla ſpecies nec quantitas promiſſa fuit,ſed etiã quia non erat aliud fundamentum ad petendam dotem quam uerba illa, quòd ea quæ nubebat dotem dare promiſit, ut cõſtat ex verſ. ſed hactenus,in inſtrumento aſcriptum: Et iſte intellectus iuuatur optimè per illum tex.in d.l.1.ibi, quaſi promiſſa dos tibi.Ex quo colligitur, cõſiderando naturam

dictionis

dictionis quaſi, quòd non conſtabat dotē fuiſſe promiſſam, & ideò glo. ibi, & Petrus de Bella. poſt Azon. voluerunt tenere, quòd conſtabat dotem non fuiſſe promiſſam: quem intellectum tanquam diuinatorium reprobant dd. Ipſe tamen teneo, quòd non erat neceſſe probare dotem non fuiſſe promiſſam, ſed ſufficit quòd non cōſtet de promiſſione, legitima probatione: Imò in ſpecie illius tex. cū promiſſio dotis nō fuit facta animo conſtituendi dotem pro modo facultatum, ſed ſolum ad effectum, ut matrimoniū cum ſolemnitate celebraretur, etiamſi conſtet de promiſſione dotis, non deberetur pro modo facultatum, ſed ſoluendo minimam rem liberaretur: ſicut quādo in genere res vel animal legata ſunt, quo caſu legatum non ualet, vel ſoluendo muſcam hæres liberaretur, vt tradit glo. in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & ideò reſpondit Imperator, fruſtra exiſtimas actionem tibi competere &c. Et iſte intellectus procedit ſiue in caſu illius l. 1. C. de dotis promiſſ. maritus dotem petebat, ſiue mulier, ſiue dotis promiſſio fuit aſcripta voluntate promittentis ſiue non: prædicta conſideraui pro cōcordia horum iurium. Et ex iſto intellectu primò infero, nō eſſe ſecuram Bald. nouelli doctri. in tract. de dote. 6. parte priuil. 78. aſſerentis, fauore dotis verba enuntiatiua, non propter ſe principaliter, ſed propter aliud emiſſa, diſpoſitionem inducere, & probationem. Nam vt ſupra probatum eſt. l. 2. C. de doti. promi. hoc nō probat, nec uideo tex. ullum hoc probantem, vnde inhærendum eſt regulæ cum exceptio non bene probatur. glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. & ſaltem non erit verum, quando defecit voluntas aut cōſenſus: imò tex. in d. l. 1. ita intellecta contrarium probat. Secundò infertur
12 locum habere † deciſionem tex. in d. l. 1. C. de dot. promi.

mi.non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure Canonico:quo attento,ex pacto nudo datur actio.c. 1. extra de pact.& de iure Regio Hiſpanorum,quo ſimiliter ex pacto nudo datur actio,per.l.3.tit.8.li.3.ordina.nam plura ſpecialia poſſunt concurrere, & ibi non negatur actio propter hoc, ſed quia effectualiter marito non erat dos promiſſa,quod omni iure locũ habebit. Tertiò ex hoc intellectu infero,non eſſe ſecuram Bald.opini.in c.iurauit.2.col.de probatio.docentis,
13 uit.2.col.de probatio.docentis, † quòd ſiquis iurauit aliquam accipere uxorem poteſt ab ea petere dotem, nec eam tenetur ducere abſque dote: cuius ſententiam ſequuntur repentes in auth.præterea.C.vnde vir.& vxo. Pala.Rub.in repeti.c. per ueſtras de donatio. inter vir. & vxo.3.nota.§.2.nam contra hanc opinio.vrget tex.in d.l.1.C.de dot.prom.& in præſenti ſpecie, quòd vir teneatur adimplere iuramentum, & mulier non teneatur dotem præſtare contra Bald. tenet Paul. de Montepico in repeti.auth.præterea.nu.18.in fine,& de hac opinione dubitat Couarr.in li.4.par.1.c.5.nu.6.contra quam urget,nam mulier ſe ipſam dotare non tenetur,ut Frãc. Cona.vbi ſupra,& de iure Regio eſt.l.8.tit.11.parte 4. nec maritus poterit eam expellere,&ſi dotem non dederit.l.fin.verſi.uerò.C.de repud. quem ad hoc adnotauit Paul.de Caſtr.in l.fin.C.ad Velleia.nu.2. Vltimo infero ex illa.l.1.ita intellecta ad quæſtionem quam mo-
14 uet gl.in l.mulier bona.73.ff.de iur.dot. An † mulier habens magnum patrimonium nubens abſque dote, videatur totum patrimonium in dotem dediſſe:& ibi glo. tenet partem affirmatiuam, ut eam doctores intelligũt: quam opinionem amplectitur Bart.in l.ſi conſtante.nu. 78.ff.ſolu.matr.& Abb.in conſi.44.vol.1.nu. fin.& in c. quemadmodum.nu.10.de iureiuran.Ioann. Fab. l.nulla.C.de

la.C.de iur.doti.Bald.nouell. in tracta. de dote.6.parte. priui.14.ſed cōtraria opinio verior eſt, quòd in hoc ſpecie mulier non uideatur totum patrimonium in dotem conſtituere: quam tenet Bart.in diſputati.7.nu. 15.in fi. & in l.pen.§.uxor.ff.ſolu.matri. ſequuntur Paul. ibi, Iaſ. Curt.iun.nu.10.& Deci.nu.6.cōmunem appellat Alex. conſi.144.nu.2.volu.5.Couarr.ubi ſupra nu. 4.pro qua opinione citat Bar.auth.de nuptijs.§.ſi mulier. iuncto.§. præcedenti. colla.4. & in l.fin.C.de repudi.& urget.l. ſi diuortio.21.iuncta gloſ.2.de uerb.oblig.tu adde. d.l.1. C.de dot.prom.ita intellectā: Nec maritus poteſt eam compellere ad ſibi dotem conſtituendam, Bald.in l.1.in 2.lectu.ſupracita. C. de doti. promiſſ. quod amplia, ut nec attenta dignitate mariti videatur bona ſua in dotē dare mulier, ſi ſimpliciter contrahat matrimonium, ut prædicti Doct.uolunt: de quo uidendus eſt Dec.in conſ. 521.colu.3. qui plures Doctores refert & ſequitur: & Mayne.in reg.in ambiguis pro dote. ff. de regu.iur.nec ulla lege contrarium cauetur prout illa gl.aduertit.

SVMMARIVM.

1 *Concubinæ propriæ poteſt donari.*

2 *Meretrix & quæuis impudica mulier, habet teſtamenti factionem actiuam, & paſsiuam.*

3 *Miles non poteſt in ſuo teſtamento aliquid relinquere propriæ concubinæ.*

4 *Concubina poteſt hæres inſtitui regulariter.*

5 *Clericus non poteſt inſtituere hæredem propriam concubinam.*

6 *Concubina Clerici non dicitur propriè concubina, ſed focaria.*

7 *Argumentum de milite terreſtre, ad militem cœleſtem eſt ualidum.*

8 *Clericus habens acceſſum ad mulierem committere dicitur adulterium, ſecundum aliquorum dd. opin.*

9 *Concubinæ propriæ non poteſt Clericus donare, nec in teſtamento ali-*

to aliquid reliquere, nec iuramento firmatur actus.

10 *Concubina Clerici quando eſt hæres inſtituta, portio hæreditatis cui ſit applicanda.*

11 *Deportatus quando eſt hæres inſtitutus, hæreditas non applicatur fiſco, ſed ad uenientes ab inteſtato pertinet: idem in damnato in metallum.*

12 *Accreſcendi iuri locus eſt in hæreditatibus, etiam inter omnino diſiunctos.*

13 *Indigno quando hæreditas relinquitur palàm, fiſco non applicatur.*

14 *Fiſco eſt applicanda hæreditas, quando concubina Clerici eſt hæres inſtituta.*

15 *Indigni abſq; ſua culpa, uel incapaces quando ſunt hæredes inſtituti, hæreditas non applicatur fiſco.*

16 *Incapacis, & indigni differentia aſsignatur.*

17 *Hæreditas pertinet ad fiſcum ſecularem, ſi hæres inſtitutus indignus erat laicus, ſi Clericus, ad Eccleſiaſticum.*

Clericus an poſsit propriam concubinam hæredē inſtituere, & ſi talis inſtitutio non ualet, cui applicanda eſt portio illa hæreditatis in qua fuit inſtituta, & ſi fiſco applicatur, an ad ſecularem fiſcum, uel ad fiſcū Eccleſiæ pertineat. Cap. v.

PRO parte affirmatiua, quòd Clericus poſſit ſuam concubinam hæredem inſtituere allego tex. in l. affectiones & in l. donationes. ff. de donat. ubi apertè probatur

1 † aliquem poſſe propriæ concubinæ donare, & ita tenent Bar. & Pau. ibi: Doctores in l. 2. C. de dona. int. uir. & uxo. facit tex. in l. qui concubinam, & in l. item legato. §. parui. ff. de leg. 3. ubi eſt expreſſum, ualere legatum concubinæ relictum, & ibi notat Bar. & urget etiam tex. in auth. quib. mo. na. ef. leg. §. 1. uer. quodā

coniunćto. Notat Lod.Rom.con.43.Ancha.con. 247. & corroboratur, nam in iure eſt certũ, quòd concubina
2 † meretrix, & quælibet mulier impudica habet teſtamenti factionem actiuam, itaq; facere teſtamentum ualet, ut aſſerit Bald.in l.1.C.de cond.ob turp.ca.in c.cum decorem extra de uita & hon.Cleri.ergo fortius habere debet teſtamenti factionem paſſiuã, & ita debet poſſe hæredem uniuerſalem inſtitui, arg. in §. teſtamenti autẽ factionem inſti.de hæred.inſti.quod corroboratur, quia ſunt certæ perſonæ incapares, & prohibitæ hæredes inſtitui, enumeratæ per glo.magis.in §.legati inſt.de leg.inter quas enumerata non reperitur concubina Clerici, nec mulier impudica, uel inhoneſtæ uitæ. Neque obſtat tex.in l.mulier ita §.mulier ff.de mi.teſ.cuius uerba ſunt: Mulier in quam turpis ſuſpitio cadere poteſt, neq; ex teſtamento militis aliquid capere poteſt: nam eſt ſpeciale
3 † in milite qui non poteſt aliquid in teſtamento, concubinæ relinquere, ut tenent glo.& Bar.ibi: ſecus tamen in alijs, & hoc etiam tenet idẽ Bar. in l. mulierem ff. de his quib.ut indig.uel melius ſecundum Raph. Cum.ibi tex. ille intelligi debet, quòd loquatur de mulieribus cum quibus commiſſum eſt adulterium, incœſtum, uel ſtuprum, & ſic quarum coitus à lege ciuili eſt improbatus, nam tales mulieres, neq; ex teſtamento pagani, neq; militis aliquid capere poſſunt: ſecus tamen eſt in concubinis quarũ coitus non eſt à lege ciuili prohibitus, & iſtã
4 opinionem, † quòd concubina poſſit hæres inſtitui, tenet Paul.de Caſtr.in l.donationes.ff.de dona.Ancha. in conſi.247.Bar.in l.miles ita ff.de mili.teſ.§.mulier. Sed ſupradictis non obſtantibus, contrarium in noſtro caſu
5 eſt dicendum, imò quòd inſtitutio † à Clerico facta propriæ concubinæ, in effectu nõ ualeat, hoc tenet Pau.Ca. in l.

in l.donationes in concubina ff. de dona. Bar. in l. miles ita in prin.& ibi Iaſ.ff.de re iud.idem Bar.in l.miles ita §. mulier ff.de mil.teſ.idem Bar.in l.mulierē ff.de his quib. ut indig. Dida. Caſt.in l.11.Tauri in glo.in uerbo, Podian.Ancha.in conſi.247. Neque obſtant fundamenta in contrarium adducta,quæ intelligi debent,in concubina priuatarum perſonarum,nam cum coitus non ſit de iure ciuili prohibitus,poteſt iſta concubina hæres ab his perſonis inſtitui,ſecus tamen eſt in noſtrocaſu, in Clerici concubina, cuius coitus nedum prohibitus eſt de iure Canonico,ut per totum titu.extra de coha. Cleri. & Sed etiam de iure ciuili,ut eſt tex.in l.eũ qui.C.de Epiſ. & Cleri.ubi Clerico non eſt licitum habere concubinã,
6 neque cum ea poteſt habitare. Et hinc eſt, † quòd Clerici concubina,non dicitur propriè concubina, ſed focaria, cùm Clericus non poſſit habere concubinam cũ matrimonium inter eos eſſe non poſſit, ut in concil. Trid. ſeſ. 24.c.9.neq; cum ea poſſit habitare: & pro hac ſententia allegant dd.in l.mulierem. ff.de his quib. ut in dig.ubi non ualet relictum à milite in teſtamento mulieri quam ſtupro cognouerat,& ibi Bar.dicit, quòd idẽ eſt in Clerico,uel Sacerdote, quòd relictum ab eo in teſtamento concubinæ propriæ,non ualet: Nam Clericus
7 eſt miles cœleſtis, † & ualidũ eſt arg.de milite cœleſti, ad militẽ terreſtrem, ut probat glo. magiſ.in l.miles ita in prin.ff.de re iud.quam in propoſito ad hoc notat ibi Bar.& Iaſ.notat per dd.in l.2.C.de dona.in.ui.& uxo. & pro hac doctorũ ſentẽtia,ego pódero tex. in l. Claudius ff.de his quib.ut indig.ubi ſcribitur,quòd ſi aliquis mulierẽ inſtituit,quam polluit per adulterium, non admit-
8 titur † mulier ad hæreditatem, ergo idem dicendum eſt in noſtro propoſito, Clerici concubinam non admitti

ad

ad hæreditatem ipſius Clerici, cum habeamus, quod ſi Clericus habeat ad mulierem acceſſum committere dicitur adulterium, ſecundum Pau. quem ibi refert Imola in Clem. 1. col. fi. de offi. ord. Abbas in c. ut Clericorum nu. 8. de uita & hon. Cleri. Pala. Rub. in rep. rub. de don. in. ui. & uxo. §. 30. nu. 6. Quamuis Dec. in c. at ſi Clerici nu. 229. dicat hoc non eſſe uerum, nam etiam in presbytero dicitur ſimplex fornicatio. c. quia circa de Bigā. licet caſtitatem promittat. Vlterius autem pro hac opinione facit tex. in l. miles ita §. mulier ff. de mili. teſt. quo quò modo intelligatur, nam tex. innuit, quòd mulier in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, neque ex teſtamento militis aliquid capere poteſt: nā ſi intelligatur, quòd eſt ſpeciale ibi in milite, idem erit dicendum in Clerico, per eā quæ ſupradicta ſunt: ſi autem quòd loquatur in caſu in quo coitus eſt prohibitus per legem ciuilem, ut Cum. ibi tenet, quē refert Iaſ. in l. miles ita in prin. ff. de mil. teſ. etiam in Clerico habet locum, cum eius coitus ſit prohibitus per legem ciuilem, ut ſupra probatum eſt: & iſta ſententia doctorum ab omnibus tenetur nemine
9 diſcrepante, & eſt uera, † quòd Clericus nec donare, neque aliquid in teſtamento relinquere propriæ concubinæ poteſt, & in donatione latè declarat Pala. Rub. ubi ſupra, dominus Coua. in relectione. c. quamuis pactum 2. par. §. 1. nu. 4. in fi. ubi affirmat, non ualere donationem, etiam iuratam, poſt Aymon. in con. 229. & Rip. in d. l. miles. ff. de re iud. nam huius donationis prohibitio, fauore publicæ utilitatis, & honeſtatis facta eſt. Secundum du-
10 bium reſtat examinare, † uidelicet portio hæreditatis in qua Clerici cōcubina fuit hæres iſtituta cui ſit applicanda, utrum fiſco, an cohærendi, uel uenientibus ab inteſtato, uel alijs perſonis: & hoc eſt maximum dubium:

Nam

Nã ut dicit gl. in l. 3. §. ſi.in uerbo.inuicta.ff.de adim. le
ga.quam refert Iaſ.in l. hæreditas nu.5. C.de his quib.
ut in dig.in hac materia leges ſunt adeò contrariæ, ut
uix poſſint concordari. Et quòd iſta hæreditatis pars
non pertineat ad fiſcum, ſed ad cohæredem, uel ad ue-
nientes ab inteſtato, adduco tex. in l. 1. C. de hæred. inſt.
11 ubi ſecundum uerum & communem intellectum, † cũ
deportatus eſt inſtitutus, hæreditas illa uenientibus ab in
teſtato applicatur: & iſta eſt uera & communis opinio
ſecundum Iaſ. ibi nu.3. reprobata glo. opinione ibi, quæ
tenet, quod fiſco applicatur: ergo idem in noſtro caſu di
cendum eſt, non applicari fiſco, ſed cohæredi, uel ue-
nientibus ab inteſtato. Secundò facit tex. in l. ſi in me-
tallum ff.de his quæ pro non ſcri. hab. & in l. in metallũ
ff.de iu. fiſ. ubi ſcribitur, quòd ſi in metallum damnatus
fuerit hæres inſtitutus, cum ſit incapax hæreditatis, hæ-
reditas uenientibus ab inteſtato, non autem fiſco appli-
canda eſt: ergo idem in noſtro caſu dicendum uidetur.
12 Tertiò, facit talis conſideratio, in iure eſt certũ, † quòd
in hæreditatibus locus eſt iuri accreſcendi (etiam inter
omnino diſtinctos) ut eſt tex. in l. uni. §. his igitur. C.de
cadu.tol.cum ſimi. nè ſequatur abſurdum, quòd quis te
ſtatus pro parte decedat, & pro parte inteſtatus, contra
regulã ius noſtrum. ff. de reg. iu. Cum igitur portio hæc
in qua ipſa concubina fuit hæres inſtituta uacat, accre-
ſcere debet cohæredi, non autẽ fiſco. Quartò facit tex.
in l. aufertur iuncta glo. ibi, & communi opi. ff. de iu. fiſ.
ubi quis erat inſtitutus hæres tanquam teſtatoris filius,
quòd in ueritate erat ſuppoſitus partus, aufertur hære-
ditas ab eo quaſi ab indigno, & applicatur legitimis ue-
nientibus ab inteſtato: quod declarat Bar. & alij docto-
res in l. hæreditas C.de his quib. ut indig. Anto. Gomez.

in l. 9.

in l.9.Tauri nu. 21. Quintò, facit tex.in l.1.C.de ſecundis nup.& l.1.C.de nat.lib.ubi non applicatur fiſco, ſed certis perſonis illud quod aufertur ab incapacibus. Sextò, facit tex.in l.non intelligitur in prin.& in §. ſi quis palàm ff.de iu.fiſ.ubi † quando hæreditas relinquitur indigno palàm, nõ applicatur fiſco, ſed pertinet ad ueniẽtes ab inteſtato: ut tenet Bar.ibi, & in l.fi.ff.de his quib.ut indig.n.8 .& idem Bar.in l.hæreditas nu.1. ff.eo.& Iaſ. ibi, hanc dicit eſſe communem opinionem, Ant.Go.in l.9. Tauri nu.21. Cum igitur hæc Clerici concubina ab eo palàm fuiſſet hæres inſtituta, clarè patet hæreditatem uenientibus ab inteſtato, non autem fiſco applicari debere. Septimò, facit tex.in l.pen. C.de leg. ubi probatur, quòd ſi legatarius celauit teſtamentum, priuatur legato, & non fiſco, ſed hæredi applicatur. Sed licet Petrus de Ancha.in ſimili caſu conſulens in conſi. 247. noluit determinare cui hæc hæreditas in qua Clerici concubina eſt inſtituta ſit applicãda, uera opnio eſt, † quòd fiſco: iſtam opinionem tenet Bar.in l.mulierem ff. de his quib.ut indig.magis expreſsè Pau.de Caſt.in l. donationes ff.de don.& pro iſta opinione facit regula iuris quæ habet, quòd illud quod aufertur ab indigno, applicatur fiſco l.Papinia.§.meminiſſe ff.de inof.teſ.tex. in l. Claudius ubi glo.ff.de his quib.ut indig. Neque obſtat quod Bar.ibi dicit, quòd putat, quòd hodie hæc regula eſt correcta, imò quòd aufertur ab indigno, non applicatur fiſco, ſed certis perſonis, per tex.in l.qui cõtra. C.de inceſ. nup.ſed credo, quòd Bar.noluit tex.illũ citare, nã contrarium probat, ſed fortè uoluit allegare tex.in l.ſi quis inceſt.eo.& l.1.C.de ſecun.nup.& l.1. C. de na. lib. ubi applicatur certis perſonis: nam contrarium, imò quòd iſta regula ſit ſeruanda tenent idem Bar.& Bald.Sali.&

Pau.

Margin numbers: 13 (at "làm ff.de iu.fiſ.ubi †"), 14 (at "cubina eſt inſtituta")

Pau.& Iaſ.in l.hæreditas C.de his quib.ut indig.Bar. reſpődet ibi nu.1.ad iura contraria,quòd loquuntur in caſibus ſpecialibus: ſed quia Bar.non aſſignat rationẽ ſpecialitatis Iaſ.ibi num.9.dicit, quòd in dictis iuribus non erat propriè delictum,nam tranſire ad ſecunda uota nő eſt propriè delictum : ſed iſta reſponſio ſolum pertinet ad l.1.C.de ſecun.nu.ſed non eſt dubium, quòd .ll. ſupradictæ loquãtur in caſibus ſpecialibus,& ratio ſpecialitatis eſſe poteſt,nam cum iura illa loquantur de incapacibus ſeu indignis extraordinarijs, nimirum eſt ſi ab Imperatore ibi apponatur applicatio extraordinaria,& non applicatur fiſco: † quia ibi nő erant incapaces propter ſuum delictum,& quando ſunt indigni abſq; ſui defectu,non applicatur fiſco,niſi clam fuerint hæredes inſtituti,per ea quæ inferius dicam. Secundò,facit tex.in l.Claudius ff.de his quib.ut indig. ubi innuit tex. quòd ſi quis inſtituat mulierem quam per adulterium polluit, hæreditas non pertinet ad mulierem,ſed admittitur fiſcus,maximè cum ut ſupra expoſitũ eſt, Clericus ſi acceſſum habet ad mulierem adulterium cőmittit,ſecundum aliquorum opinionem : clarè igitur patet, quòd inſtituta concubina non admittetur ad hæreditatem, ſed fiſcus. Tertiò,facit tex.in l.mulierem ff. de his quib.ut indig.ubi miles mulierem quam ſtupro cognouerat hæredem inſtituit,& fiſco hæreditas applicatur: ergo idem erit dicendum in Sacerdote,& Clerico, ut Bart.ibi expreſsè tenet. Quartò, faciunt ea quæ tradit doctor Pa.la.Rub.in repe.rub.de don.inter ui.& uxo.§.39.ubi tenet,quòd ſi Clericus aliquid donet cőcubinæ, aufertur ab ea,& fiſco applicatur: ergo idem eſt dicendum in relictis in teſtamento,cum ſit ualidum arg. Quintò, facit doctrina Bar.& dd.in l.hæreditas C. de his quib. ut in-

L dig.

dig.ubi Bar.nu.3.Sali.nu.6.Iaſ.n.10.tenent, quòd quan do aliquis non eſt omnino,& ipſo iure incapax, quia habet teſtamenti factionem,ſed eſt indignus ſua culpa,tūc quod ab eo aufertur fiſco applicatur: & quòd tūc uera eſt regula, quod aufertur ab indigno applicatur fiſco: cum uerò concubina Clerici ſua culpa ſit indigna,applicatur hæreditas fiſco: Magis expreſsè facit quod tenet idē Iaſ.in allegata l.hæreditas in fi.uidelicet,nā quando relictum in teſtamento non ualet mixta conſideratione,nempè culpa hæredis & teſtatoris, applicatur fiſco per l.Claudius & l.mulier.ſupra alleg. Et iſta ſententia, quòd ſit applicanda fiſco,credo quòd ſit uera,&tenenda:tum per fundamenta ſupradicta, tū etiā quia Bar. & Pau.ut ſupradictum eſt,eam tenent:& non reperio doctorem ullum qui contrariam dicat. Sed nunc reſtat reſpondere ad oppoſitiones & reſponſiones quæ colliguntur ex dictis dd.in allegata l.hæreditas:& primò non obſtat tex.in l.1.C.de hæred.inſtit.& l.ſi in metallum, quia iura illa loquuntur in deportato,& in metallum damnato,qui ſunt omnino incapaces, neque habent teſtamenti factionem paſſiuam, ut eſt gloſſ.in §.legari inſti.de legatis,& ideò inſtitutio pro non ſcripta haberur, & non fiſco,ſed uenientibus ab inteſtato applicatur. Secus eſt in noſtro caſu in Clerici concubina,nam licet ab ea auferatur hæreditas tanquam ab indigna, non eſt ipſo iure & omnino incapax, cum ut ſupradictum eſt, habeat teſtamenti factionem actiuam,& paſſiuā, & ab alijs poſ
16 ſit hæres inſtitui: † & hæc eſt differentia inter indignū, & omnino incapacem, quia indignus ſemper eſt hæres antequam ab eo hæteditas auferatur, & ſolus fiſcus indigno poteſt opponere in dignitatem: ut eſt tex. in l. his conſequenter ff.fam.hær. & etiam remanet hæres nomi

ne,

ne, indignus, poſtquam ab eo eſt hæredis ablata, ut Bar. & melius Pau. & Iaſ. in l. ex facto §. fi. ff. de uulg. Et ex ſupra dictis infertur ſolutio ad tertium contrarium: nam cum indignus ſit hæres, non eſt locus iuri accreſcendi, cum iam ceſſet inconueniens, quòd pro parte decedat teſtatus, & pro parte inteſtatus: imò quòd magis eſt, etiã ſi indignus noluerit addire hæreditatem, non eſt locus iuri accreſcendi, quia uidetur hoc facere in fraudem fiſci: hoc tenet Pau. in d. §. fi. Et hinc eſt quod dicit Bar. in l. 1. nu. 26. ff. de uulg. & pup. quem ſeq. ibi Iaſ. nu. 51. quòd fiſcus præfertur non ſolum cohæredi, & uenientibus ab inteſtato, ſed & ſubſtituto. Neq; obſtat l. pen. quia ideò ibi hæredi applicatur, quia delictũ reſpicit eius iniuriã. Neque obſtat tex. in l. non intelligitur in prin. & in §. ſi quis palàm, quia ibi loquitur in ſpurijs, & ita in indignis abſque ſui culpa, nam tunc ſi palàm inſtituitur non aplicatur fiſco, in noſtro autem caſu loquimur in concubina quæ ſuo delicto eſt indigna, & ideò indiſtinctè applicatur fiſco: Neq; obſtat l. aufertur, quia ibi eſt indignus abſque delicto, & ideò non pertinet ad fiſcum. Nec obſtat l. 1. C. de ſecun. nup. & l. 1. C. de nat. li. & l. ſi quis inceſti, quia ut ſupradictum eſt, loquuntur in caſibus ſpecialibus. Tertia autem quæſtio eſt facilis, nam communis reſolutio eſt reprobata opinione Abba. in c. 2. de ſuc.
17 ab inteſt. † quòd qnando hæres indignus eſt laicus, ſiuè à Clerico ſiuè à laico ſit inſtitutus, pertinet hæreditas ad fiſcum ſecularem, & ſi fuerit hæres Clericus, ſiuè à laico ſiuè à Clerico, pertinet ad fiſcum Eccleſiæ: quia cũ indignus hæres, ſit hæres, ab eo aufertur à ſuo iudice, & ſua perſona conſideratur & non teſtatoris: ut Bal. ubi Pau. in l. ſi quis presbiter C. de Epiſ. & Cleri. Pal. Rub. in rep. rub. de dona. inter uir. & uxo. §. 39. Ant. Go. in l. 9. Tauri

nu.29.Secura in rep.l.3.in §.ſi.ff.de lib.& poſt. nu. 145 fo.19.ubi & eius additionator,d.Couar. in Epi. 4. Decreta.2.par.c.8.§.5.nu.10.uerſ.ſeptimò ex his, ubi citat ad hoc plures doctores:Felinus in c.quia V.de Iud.Qua aũt pœna debeat puniri Clericus fornicarius, unde Ber. Di.in ſua prac.cri.c.72.& 73.ubi agit de pœna Clerici concubinarij:& Doc. maximè Aret.Feli.& Dec. in c.at ſi Clerici extra de iu.in prin.& Conc.Trid. ſeſ.25.c.14.

SVMMARIVM.

1 *Adoptio quòd ſit nomen generale & quando dicatur arrogatio,quando uerò adoptio.*

2 *Arrogatus et eorũ filij & bona rediguntur in poteſtate arrogantis,& quando adoptatus eſt in poteſtate adoptantis.*

3 *Adoptiuus efficitur de familia adoptantis, & ei ſuccedit,tàm ex teſtamento quàm contra teſtamentum, & ab inteſtato vt ſuus hæres.*

4 *Adoptiui habent iura conſanguinitatis cum his qui ſunt in arrogantis familia impropriè.*

5 *Adoptiuus in familia adoptiua nanciſcitur iura agnationis & cognationis eorum quibus agnaſcitur,in naturali retinet cognationem.*

6 *Adoptiuus filius vel arrogatus ſuccedit cum liberis legitimis & naturalibus,& quid de iure Regio.*

7 *Arrogati quarta quæ debetur ex conſtitutione Diui Pij, an ſit omnium bonorum,an debitæ portionis ab inteſtato.*

8 *Quanta quæ debetur ex reſcripto Diui Pij arrogato,quaſi æs alienum debetur.*

9 *Arrogatus filius emancipatus,cauſa cognita perdit quartam.*

10 *Quarta quæ debetur filio arrogato ex conſtitutione Diui Pij,nõ concurrit cum debita iure naturæ.*

11 *Quarta debita filio arrogato ex Diui Pij conſtitutione,an ſit hodie iure authenticorum aucta.*

12 *Adoptiui filij veniunt appellatione filiorum, & ſunt verè filij legitimi.*

Adoptiuus

13 *Adoptiuus quibus ſuccedit.*
14 *Adoptiuo qualiter alij ſuccedunt.*
15 *Adoptiuos filiorum appellatione non uenire, cum ampliationibus & limitationibus.*

Qualiter adoptiuus ſuccedit, & ei alii ſuccedunt. Cap. VI.

ADOPTIO ſecundum Azon. & Zaſium in ſumma de adoption. eſt actus legitimus per quem qui filius non eſt pro filio habetur, quod electione fit: Et hu-
1 ius adoptionis nomen † generale eſt, & in duas ſpecies diuiditur: quarum una Arrogatio, altera ſimiliter Adoptio appellatur, vt docet. I. C. in l. 1. ff. de adopti. Arrogatio dicitur quando quis principali reſcripto adoptat eos qui ſui iuris ſunt: Adoptio verò in ſpecie appellatur, quando Imperio magiſtratus adoptantur hi qui in poteſtate parentum ſunt, tex. in prin. inſtit.
2 de adopti. in l. 1. & 2. ff. eod. Per arrogationem † arrogatus & eorum liberi & omnia quæ eius fuerũt, tacito iure ad arrogatorem tranſeunt. l. paterfa. ff. de adopt. tex. in prin. inſti. de acquiſi. per arroga. conc. l. Regia. 7. & 8. tit. 16. par. 5. Et adoptiuus filius ſimiliter olim erat in poteſtate patris adoptantis. l. 1. ff. de adoption. in prin. inſti. eo. ſed hodie procedit hoc cum diſtinctione, de qua in §. ſed hodie inſtitu. de adoption. l. pen. C. eod. videlicet, quando ab aſcendente eſt adoptatus, ſecus ſi ab extraneo. Operatur autẽ adoptio, quòd pater adoptiuus ſeu arrogator habeat ius corrigendi & emendandi filios, ſicut pater naturalis, iuxta l. 1. C. de emendatione propinquorum. l. 3. & 4. C. de patria poteſta. Præterea, tenebitur filium ægẽtem alere, ſicut pater naturalis tenetur,

Digitized by Google

ex l.1.C.de alendis libe.l.ſi quis à liberis. per totā. ff. de lib.agnoſ.glo.in l.onera.ff.de adoption.gl. in §. pen.inſtitu.de hære. quæ ab inteſt.deferuntur verbo tantummodo, vbi faber concordat opini. quæ in hoc articulo ſunt contrariæ,ut latè oſtendit Tiraq.in l.ſi vnquam ver bo ſuſceperit liberos nu.8.C.de reuoca.donat.intellige dubium eſſe quando ab extraneo adoptatur: nam non vocat in ius patrem adoptiuum, licet ab extraneo ado ptetur,vt prædicta gl.in dicto §.penul.tenet, quæ in hoc recepta eſt communiter,& notat Silueſt.in §.ſed hodie
3 nu.3.inſti.de adoption.Præterea adoptiuus, † vel arrogatus filius efficitur de familia adoptātis.l.1.§. fi.de ſuis & legitimis hære.l.cum in adoptiuis in princi.ibi, quia mortis tempore in aliena fuerat familia, & in §. fi.ibi familiæ eius aggregetur.C.de adoption.& in §.ſi uerò pa ter ibi,ut in familia & poteſtate inſtitu.de aſtoptiōn.Ex hoc prouenit quòd ſit ſuus & neceſſarius hæres patri adoptanti, tàm ex teſtamento quam cōtra teſtamentū, iuxta tex.in §.adoptiui liberi inſtitu. de exhære. libe. vbi adoptiui liberi quandiu ſunt in poteſtate patris adoptā tis,eiuſdem iuris habentur cuius ſunt iuſtis nuptijs acqui ſiti,in l.certum.ff.de iniuſt.rupt.cuius uerba ſunt,certum eſt adoptione uel arrogatione,filij filiæve,teſtamentum rumpi:quoniam ſui hæredis agnatione ſolet rumpi:quā etiam ab inteſtato iuxta tex.in §. inteſtatorum uerſi. nec intereſt an naturales ſint liberi uel adoptiui, & in §.penul.inſtitu.de hæred.quæ ab inteſt.deſe.& in l.1.§.ſuos. ff.de ſuis & leg.hæredi.in l.ſi te. C.de ſuis & legitim.vbi adoptiui filij pariter, & in capita ſuccedunt cum naturalibus: hinc etiam eſt, quòd ſupradicti adoptiui filij &
4 arrogati, habent etiam iura † conſanguinitatis cum his qui ſunt in arrogantis familia.l.1.§.fi.ff.de ſuis & legiti. hære.

hære. Intellige tamen adoptionem afferre ius cõſangui
nitatis impropriè, ut probat Imperator in §. per adoptio
nem Inſtitu. de legi. agna. ſucc. ibi, nec dubium eſt quin
impropriè cõſanguinei appellentur: Nam propriè iura
ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt iuxta regu. l. iu
ra ſanguinis. ff. de reg. iu. Ex quo inferri poteſt concor-
dia inter dictum Vlpia. in d. §. fi. & reſponſum Pauli. I. C.
in l. qui in adoptione datur. ff. de adoption. ubi affirmat,
adoptionem non afferre iura ſanguinis, quòd intelliga
tur propriè, impropriè tamen quibus agnaſcitur affert
ius conſanguinitatis, ut ſupra probatum eſt. Vnde puto
eſſe reprobãdam gl. expoſitionem in d. l. qui in adoptio
ne, ubi exponit ſanguinis, id eſt, cognationis, nã uult glo.
cognationem non acquiri per adoptionem quod eſt fal
ſum, ut manifeſtè apparet ex illa. l. qui in adoptionem,
ubi tex. innuit, qui in adoptionem datur his quibus agna
ſcitur cognatus fit, & infra dicetur. Et nota concor-
diam illorum iurium nam non uidi tactam iſtam difficul
tatem per dd. Item filij adoptiui per adoptionem, ſeu ar
5 rogationem agnationis iura † conſequũtur, tex. in §. per
adoptionem Inſtitu. de legiti. agna. ſucceſſione, qui ita
debet intelligi, & in l. 2. §. parui. ff. de ſuis. & legit. hæred.
quod optimè ſupra probatum eſt: nã cum efficiatur per
adoptionem de familia, efficitur agnatus: nam idem eſt
ut tradit Bart. in l. qui in adoptione. 2. lectura. ff. de ado
ptio. & hæc agnatio prodeſt ad ſucceſſionẽ, ut in prædi-
ctis iuribus probatur, & traditur per gl. in d. l. qui in ado
ptionẽ. Item adoptiuus uel arrogatus, iura cognationis
nanciſcitur in adoptiua familia. l. qui in adoptionem in
prin. ff. de adoption. l. 1. verſi. cognationem. ff. unde co-
gnati. quod intellige & declara, filium adoptiuum habe
re iura cognationis in adoptiua familia, ſolùm cum his

Digitized by Google

quibus agnaſcitur,ideſt cum agnatis ſeu de familia, non autem cum omnibus cognatis:ita probat apertè text.in d.uerſi.cognationem,& in d.l.qui in adoptionē. In naturali uerò familia omniū retinet cognationem,licet agnationem amittat,ita probatur in d.uerſ.cognationem,vbi dicitur,habere duas cognationes adoptatum, naturalē ſcilicet,& adoptiuam. Sed eſt differentia, quòd in adoptiua familia tantum nanciſcitur cognationem agnatorum,ſed in naturali familia omnium retinet & habet cognationem:neque enim cognatio naturalis per rationē ciuilem facilè poteſt tolli,tex.in §.fi.inſtitut.de legi.agnatute.Amplia omnia ſupra dicta uera eſſe, non ſolum in filio arrogato vel adoptato,ſed etiam in filia, nepote,& deinceps deſcendentibus tex.in l.cum in adoptiuis.§.penul.C.de adoptio. Et limita prædicta hodie non procedere in adoptato ab extranea perſona, nam ĩ eo iura patris naturalis minimè diſſoluuntur: vnde patri naturali ſuccedit,& adoptiuus pater non compellitur ei aliquid relinquere, licet ab inteſtato ei filius adoptiuus ſuccedat iuxta.l.cum in adoptiuis.§.ſed ne articulū. C.de adoption. ſed locum habet,quando ab auo uel proauo, ſiue paterno ſiue materno,fuerit adoptatus: quia concurrūt in unam perſonam naturalia & adoptionis iura:tex.in d.l.cum in adoptiuis in prin.& idē eſt in arrogatis in quibus nihil eſt hodie immutatum,ſed in eis remanent antiqua iura intacta: Nā cum erat ſui iuris cum in arrogationem ſe dedit, nullum diſcrimen erit inter parentes, in l.cum in adoptiuis.§.fi.C.de adoptio. Ex ſupra dictis
6 colligitur, †filium adoptiuum uel arrogatum cum legitimis,& naturalibus ſuccedere. De iure autem Regio, ſi adoptator pater ſuſcepit liberos,euaneſcit adoptio,& liberi legitimi & naturales ſuccedunt, per.l. 1.tit. 22.lib. 4.fori

[illegible] legitimã uerò filiorum adoptiuorum & arrogatorum tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato eſt illa quæ debetur filijs legitimis & naturalibus, nam pariter uocantur tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ut in prædictis iuribus probatur. Sed eſt maximum dubium, an quarta quæ debetur filio impuberi arrogato, ex conſtitutione Diui Pij, ſit omnium bonorũ
7 arrogatoris, an ſit quarta portionis debitæ ab inteſtato: Et quòd ſit quarta omnium bonorum, probatur per tex. in l. ſi arrogator. ff. de adoption. magis expreſsè in §. cum autem verſ. ſed & ſi decedens inſtit. de adoptio. in l. 2. C. de adoptio. in l. fi. ff. ſi quis in fraudem patroni. in l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inofficio. teſtam. in l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonorum in quibus iuribus indiſtinctè cauetur, quartam bonorum arrogatoris deberi arrogato impuberi ſi eum exhæredauerit, uel uiuus ſine iuſta cauſa emancipauerit: Et etiam tenetur in teſtamẽto ei relinquere. l. 2. C. de adoptio. Et per illa iura iſtam opinionem tenet ſolus Guido de Suza in l. ſi arrogator. ff. de adoptio. prout teſtatur ibi Iaſ. num. 52. ſed gl. in d. verſ. ſed etſi decedens in verſi. bonorum, & in d. l. ſi arrogator in verſi. quarta, & in auth. de hæredibus & Fal. §. 2. in verbo quale eſt, dicunt aliquos tenuiſſe hanc opinionem. Item facit, nam aliàs eſſet conſtitutio Diui Pij ſuperflua, nam cum per arrogationem efficiatur filius, ut in princ. inſtitu. de adoption. in l. 1. & 2. eo. iam debebatur de iure quarta prædicta per l. cũ quæritur & l. parentibus. C. de inofficio. teſtam. Sed contrariam opinionem, imò quòd prædicta quarta debita impuberi arrogato ex conſtitutione Diui Pij, ſit portionis debitæ, & non omnium bonorum, tenẽt omnes tres prædictæ glo. quam opinionem probat Bart. in repeti. l. ſi ar-

rogator nu.4.& ibi Bal. oppó.11.vbi Iaſ.nu.52.dicit cõ munem & tenendam. Pro quo facit, nam cum filio legi timo & naturali, nõ debeatur niſi quarta portionis quæ ab inteſtato potuit ad eũ pertinere, iuxta tex.in l.parentibus.C. de inoff.teſta.in l.Papinianus. §.quoniam quarta.ff.eod.ſimiliter, & à fortiori debemus dicere in arrogato, aliàs enim eſſet melioris conditionis quàm filius legitimus & naturalis, quòd eſſe non debet: nam duo iura ciuilia & naturalia plus ſolent operari ſimul iuncta, vt patet in præſenti materia.in §.ſed hodie inſti.de adoption.duo enim uincula plus ſolent ligare quàm vnum, in auth.itaque.C.comunia.de ſucceſſio. imò ſola ratio naturalis ſolet potius attendi, & eſt fortior quàm accidentalis, iuxta l.qui habet.in princ.ff. de tutel. vndè ſi concurrit cum filijs legitimis & naturalibus, non debet eſſe melioris conditionis, cum in eis concurrat ratio naturalis & ciuilis, in arrogato tantũ ciuilis solum. Item aliàs ſequeretur inconueniens, & abſurdum, quòd ſi arrogator pater quinque vel ſex impuberes arrogaſſet, quò ex cauſa poteſt, iuxta l.ſi paterfam. verſ.itẽ non debet quis plures arrogare niſi ex iuſta cauſa.ff. de adoptio.ſi quarta quæ eis debetur eſſet omnium bonorum arrogatoris, quatuor impuberes abſorberent omnia bona, & quintus remaneret ſine legitima, quòd eſſet inconueniens. Et hæc opinio eſt, ſecundum eos æquior, ut ſuccedat ad inſtar naturaliũ, cum adoptio naturã imitetur, in l.adoptio.ff.de adoptio.in §.adoptio inſtit.de adoption. & eã æquiorem appellat, quando concurrit cum alijs filijs, Montal.in l.5.tit.22.lib.4.fori.ne ſequatur abſurdum, vt habeat plus quàm alij naturales & legitimi. Et tenendo iſtam partem, nõ obſtant ſupra dicta iura quæ dicũt, ex conſtitutione Diui Pij deberi quartam bonorum arrogatoris,

rogatoris, filio arrogato: nam iura illa debent intelligi, ei deberi quartã ad ſimilitudinẽ naturaliũ, ar.l. Papin. §. quoniã. ff. de inof. teſ. l. quæritur, & l. parẽtibus. ſupra allegata: nã adoptio naturã imitatur. l. adoptio. ff. de adopt. Nec obſtat ſecũdũ fundamentũ, uidelicet quòd aliàs eſſet ſuperflua Diui Pij conſtitutio, cũ per arrogationẽ, arrogatus efficiatur filius arrogatoris, in l. 1. & 2. ff. de adoptio. in princ. inſti. de adopt. & ita de iure eis debebatur legitima, per alleg. l. quæritur, & l. parentibus, & §. quoniam l. Papinianus ſupra allega. tàm contra teſtamentum & ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ut ſupra latè probatum eſt. Nam occurri poteſt ex traditis per Signorolũ in repetitione. l. ſi arrogator nu. 27. ff. de adoption. ubi tradit, eſſe conſiderandum Diui Pij conſtitutionem duas habere partes: & una eſt, quòd arrogator tenetur ei relinquere in ſuo teſtamento quartam ſuorum bonorum, ut in l. ſi. ff. ſi quid in fraudem patroni, in l. 2. C. de adoption. alia, quò d ſi eum emancipet, uel exhæredet ſine cauſa, ſimiliter iubet ei quartam bonorũ ſuorum relinquere, ut in §. cum autem inſtitu. de adoptio. Quantum ad ultimam partem non eſt dubium quin utilis ſit dicta conſtitutio, nam per emancipationem reperitur extraneus, cum omnia iura per eam diſſoluantur, iuxta. l. in omni ff. de adoption. & ita tẽpore mortis non teneretur aliquid ſibi reliquere, ideò fuit neceſſaria prouiſio: nam ſi eum emancipet pater arrogator ſine cauſa, ſubuenitur ei per conſtitutionem Diui Pij. In prima autem parte dicit Iacob. de are. etiamſi non fuiſſet facta conſtitutio, haberet filius arrogatus quartam, ex iuris diſpoſitione, per allega. Iura. Sed Signo. ubi ſupra tenet, etiam eſſe utilem quando nec emancipatus, nec exhæredatus eſſet ſine cauſa, in hac prima ſpecie: nam ſi pater ei 3

Digitized by Google

relinqueret minus legitima portione, & iſte filius nec agnoſcat nec conqueratur, tranſmittit petitionem integræ quartæ ad ſuos hæredes, cum ſit tanquam æs alienũ, ut in d. iuribus, quod fortè hæres legitimus & naturalis non faceret: qui ſi in minus legitima portione inſtitutus fuiſſet, licet ipſo iure inſit ſuppletio, ſi tamẽ decederet, & nihil diceret, non tranſmitteret petitionem integræ legitimæ ad hæredem ſuum, ut notant dd. in l. ſcimus in principio. C. de inofficioſo teſtamento. His tamen non obſtantibus, licet Iaſ. in d. l. ſi arrogator num. 52. in final. uerbis affirmet, communem opinionem eſſe tenendam, in puncto iuris puro Guidi opinionem ueriorem eſſe, ut doceet arrogati quartam ex Diui Pij conſtitutione debitam eſſe quartam bonorum arrogatoris, non autẽ eius partis quam debebat habere ab inteſtato, pro ut in legitimo & naturali: quod ſatis apertè colligitur ex iuribus ſupra adductis, intelligendo illa ſine ſupletione, ſed prout iacent ut intelligẽda ſunt: & iſta opinio eſt de mente Ioann. Fabri in d. §. cum autem uel ſi. item nõ aliter nu. 9. ubi dicit, quòd ſi ſunt plures filij legitimi & naturales, habebit pluſquam ipſi: & hæc opinio uidetur de mente Fabi. de Giochis in authent. nouiſſima num. 49. C. de inofficioſo teſtamento. Hæc enim quarta † ex reſcripto Diui Pij filio arrogato debetur quaſi æs alienum, iuxta l. Papinianus §. ſi quis impuberi ff. de inofficioſo teſtamento, & adeo filij arrogati oſſibus eſt infixa, quòd licet non ſit agnita nec acceptata, tranſmittitur ad hæredes, iuxta tex. iuncta glo. in l. 1. ff. de collat. bono. tradit Fabi. de Giochis ubi ſupra, & tenet Ang. in l. cum in antiquioribus in final. uerb. C. de iure delibe. reprobando glo. ibi in uerſi. fuiſſe, quæ contrariũ uoluit, & malè, ſecũdum eum. Et hinc eſt, quòd filio arrogato cõpetit actio

8

Galuiſiana, & Fabiana utilis, ad reuocandũ alienata per patrem arrogatorẽ in fraudem prædictæ quartæ, ut probat tex. in l. ſi. ff. ſi quid in fraudem patroni. Hinc etiam dicitur, non competere hanc quartam filio arrogato tanquam hæredi, neque tanquam bonorum poſſeſori, ſed datur ei familiæ hærciſcundæ iudicium utile, ut eſt tex. in l. 2. §. ſi quarta. ff. fam. hærciſ. un. & ex prædictis occurritur ijs quæ adducta ſunt pro contraria parte. Vnde non obſtat abſurdum, quòd ſi ſunt quinque, uel ſex filij legitimi & naturales, iſte filius arrogatus erit melioris conditionis, in quibus duo concurrunt uincula: nam hoc patri arrogatori debet imputari qui uoluit eum arrogare, nec eſt mirum quòd ſit melioris conditionis, in iſto caſu quàm legitimus, nam hoc conceditur ei in recõpenſationem: nam cãdo ſe in arrogationem ſe incidit in poteſtatẽ arrogantis, ipſe & liberi, & omnia bona eius unde percipit fructus in prædictis bonis, tex. iuncta glo. in l. ſi pater famil. & in l. arrogato ff. de adopti. Et in recompenſationem eius datur prædicta quarta, & in ea lex magis fauet ei, quàm legitimo, & naturali: ſicut etiam ſimiliter facit permittendo ei, ut reuocet alienata in fraudẽ prædictæ quartæ, ut ſupra dictũ eſt: licet ſecus uidetur diſpoſitũ in filio legitimo & naturali, ut innuit tex. in l. non uſq; adeo ff. ſi quis à parente fuerit manumi. Iaſ. notat in l. ſi arrogator num. 52. ff. de adoption. vnde in hac quarta, patet quòd eſt melioris conditionis quàm legitimi & naturales filij, iſte filius arrogatus, quod & ſimiliter hoc probat Signo. de homod. ubi ſupra nu. 27. ubi dicit, quòd ſi relinquitur filio arrogato minus legitima, qui licet non agnoſcat, nec conqueratur, tranſmittit petitionem integræ quartæ ad hæredem ſuum: quod non facit filius naturalis & legitimus, ut ſupra dictum eſt. Et

iſtam

iſtam opin.contra communem dicit ueriorem Siluest. in §.item non aliter inſtitu.de adop.nu. 7. & 17. licet ibi Minſing.in §.cum autẽ nu.12. tenet cõmunem, & Fab. in dicto §.item non aliter. Nec eſt uerum quod reſpondent aliqui, quòd in dictis iuribus deſignatur unde quarta detrahatur, non tamen uolunt quòd ſit qnarta illorum, ut in l.fi.ff.ſi quid in fraudem patro. De iure autẽ Regio noſtræ hiſpaniæ declaratum eſt, quòd ſit quarta pars omnium bonorum arrogatoris, cõtra communem opinionem, ut patet ex.l.8.tt.16.par.4.ibi: la quarta parte de todo quanto tubiere. Et tenendo contra communem, quæ in puncto iuris mihi uerior opinio eſt, amplia tur ut locum habeat, non ſolum quando eſt ſolus iſte filius arrogatus, prout uoluit Montal.ubi ſupra, ſed etiam quando ſunt alij filij etiam legitimi & naturales: nam iura ſupra allegata ſimpliciter loquuntur & indiſtinctè, aliàs enim ſi eſſet unus, quarta pars, licet ſit omnium bonorum, eſt etiam eius partis quæ debetur ab inteſtato, & eſſet ſine dubio, ut tradit Signo.ubi ſupra nu.16. De iure tamen Regio quãdo pater adoptiuus, uel arrogator poſt adoptionem, uel arrogationem habuit filios legitimos & naturales, irritatur adoptio uel arrogatio, & ſuccedunt liberi poſtea procreati, per.l.1.tt.22.li.4. fori. Limita tamen dictam concluſionem locum ſolùm habere in quarta ex conſtitutione Diui Pij debita impuberi arrogato, de quo loquitur Diui Pij conſtitutio, ut apparet ex ſupra dictis iuribus: ſecus tamen in quarta arrogato uel filio adoptiuo aliàs debita, quorum legitima & quarta eſt ſicut naturalium, quarta ſcilicet eius partis quæ ab inteſtato debetur: nam prædicti non comprehenduntur reſcripto Diui Pij, ut obſcurè tradit Alber.& ibi clarius Salice.in l.2.C.de adoption.ubi concludit, quòd idem

dicen-

dicendum eſt de pubere arrogato, quòd de adoptiuo. Aduerte tamen, quòd ſi ex cauſa emancipatur filius ar-
9 rogatus, † quod poteſt cauſa cognita, ut in §. cũ autem inſtitu.de adoptionib. perdit quartam, ut ibi, & expreſſius in l.fi.ff. ſi quid in fraudem patroni. Item quòd hæc
10 † quarta non concurrit cum portione debita iure naturæ, ut probat. I.C. in l. Papinianus §. ſi quis impubes ff. de inofficioſo teſtam. Vlterius autem uidendum eſt, utrum hæc quarta debita filio arrogato ex Diui Pij reſcripto, & legitima aliorum adoptiuorum filiorum, ſit hodie de iure nouiſſimo authenticorum aucta, per authen. nouiſſima. C. de inofficioſo teſt. & authen. de triente & ſemiſ. §. 1. uerſi. hoc obſeruando: Et ita ſit dubium, an illorum iurium diſpoſitio procedat, non ſolum in filijs legitimis & naturalibus, ſed etiam in adoptiuis & arrogatis impuberibus. Et quòd locum habeant illa iura in filio arrogato tenet Cinus in l. ſi arrogator ff. de adoption. ubi etiã uidetur de mente Alberi. & Marcus Ant. in rep. §. ex imperfecto l. hac conſultiſſima nu. 87. C. de teſta. Pro quo facit, nam prædicta iura loquũtur de filijs, ſed habemus
11 quòd † appellatione filiorum ueniũt etiam adoptiui & arrogati, ut patet ex §. in teſtatorum inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato defer. l. 1. §. ſuos ff. de ſuis & legit. hæred. & per totum titulum de adoptionibus: & hinc eſt, quòd relictum factum cognatis, debetur cognatis factis per arrogationem. l. ſi cognatis ff. de rebus dubi. facit. l. lege Iulia 44. §. hoc capite ff. de ritu nupt. l. 1. §. certè ff. ad Macedon. l. 1. §. fi. ff. de lega. præſta. l. 1. §. in eo ff. ad Silla. l. nec in ea in prin. ff. ad l. Iul. de adulte. nam prædicti filij uerè ſunt legitimi iuxta glo. in princi. inſtitut. de adopt. in l. qui contra in uerbo errore accerrimo. C. de inceſtis nuptijs. Et hinc etiã eſt, quòd prædicti filij, ut ſupra la-

tius

tius dictum eſt, ſucceſſ iūt patri adoptiuo ex teſtamento, & ab inteſtato. Item patri adoptiuo debetur reuerentia.l. adoptiui nuſſ. de in ius uocando. Item deciſio tex. in l.hac conſultiſſ. in. §.ex in porte. ſo C. de teſt amentis locum habet in adoptiuis filijs, ut tradit ibi Marc. Anton. nu. 8 7. Item urget pro hac parte, nam quando duo procedunt ſub eadem ratione, ſtatutum in uno, in alio intelligitur ſtatutum.l. 1. C. de diuerſ.reſcript. quod fortificatur à doctoribus, nam quando duo caſus ſunt pariſicati à l. antiqua, etiam in correctorijs, lex noua corrigens in uno caſu antiquam, intelligitur etiam corrigere in alio, ut tradit in propoſito Iaſ.in d.l.ſi arrogator, poſt Bartol. in l. 2. ff. de lega. 1. idem Iaſ. in authen. nouiſſima nu. 5 5. uerſi.ſecundo & fortius. C. de inofficioſo teſtamento. Pro quo etiam urget regula.l. adigere. §. quamuis ff. de iure patrona.l. 1. C. de diuer.reſcrip.& maximè hoc procedit, quando æquiparatio erat facta in l.antiqua in eiſdem terminis, ut in noſtra ſpecie in ſucceſſione ab inteſtato, ut in d.§.ſuos, ut Iaſ.aduertit: ſed filij legitimi & naturales, & arrogati æquiparantur, per tex.in prin.inſti. de acqui.per arrogati.ergo &c. Pro quo etiam urget ratio, nã in materia fauorabili appellatione filij uenit filius adoptiuus, tex.ĩ l.ſed ſi hac §.parẽtes ubi Bal.ff. de in ius uocand.dd.in l.ſiquis poſthumos ff. de liber. & poſthu: Sed non eſt dubium quòd illorum iuriũ diſpoſitio ſit fauorabilis, ergo &c. Nec obſtat, quòd impuberi arrogato non datur querela per.l.Papinianus.§.ſiquis impubes ff.de inofficioſo teſtamento, & ſic obſtare uidetur.d.§.hoc obſeruando: nam reſpondeo: cui competit querela uel aliquod remedium quòd ſit loco querelæ ſubrogatum, ut hæc Diui Pij conſtitutio: cum ſubrogatus cenſeatur eiuſdem naturæ eius cuius in locũ ſubrogatur,

rogatur, per regulam. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. Sed huic reſponſioni obijcitur, quòd in correctorijs non admittitur intellectus ſubauditus, iuxta celebrem glo. in c. cupientes §. ſi per uiginti de electio. lib. 6. Contrariam tamen opinionem, imò quod hodie non ſit aucta quarta quæ debetur filio arrogato, ex conſtitutione Diui Pij, per authen. de triente & ſemiſ. ſupracita. tenet glo. ibi in uerſi. oſeruando, Signo. de Hom. in l. ſi arrogator ff. de adop. nu. 33. & Iaſ. nu. 53. communem teſtatur: Minſing. in §. cum autem inſtitu. de adoptio. nu. 13. poſt Ang. ibi nu. ſi. uerſi. aduertas, & Fab. in §. item non aliter eod. Proquo facit nam non reperitur iure cautum quòd ſit augmẽtata, unde ſuccedit regula: l. præcipimus. C. de appellation. Præterea pro hac parte urget etiam, nam tex. in authen. in d. §. 1. per quem legitima filiorum legitimorum & naturalium eſt augmentata, ſolùm admittit eas perſonas quæ quærelam in officioſi teſtamenti inſtituere poſſunt, ut apparet ex illo uerſic. hoc obſeruando: ſed filius arrogatus non admittitur ad quærelam, cum ſibi aliud remedium ordinarium competat, uidelicet ex conſtitutione Diui Pij. l. Papinianu §. ſi quis impubes ff. de inofficioſo teſtamento. Rurſus urget, nam iura prædicta ſunt correctoria, & in correctorijs non fit extenſio, nedum ex idẽtitate rationis, ſed nec ex maioritate, ut tradit Iaſ. in d. l. ſi arrogator nu. 53. dd. in authen. quas actiones. C. de ſacro. Eccleſ. & in l. ſi uerò §. de uiro ff. ſolu. matri. & hæc op. uerior eſt reſtringendo eam per tradita à Salice. in authen. nouiſſima. C. de inofficioſo teſtamento ſecunda quæſtione: uidelicet, hoc uerum eſſe in filiò arrogato impubere, cui competit remedium conſtitutionis Diui Pij, & non põt quærelare: ſecus tamen ſit in adoptato uel arrogato pube-

N re, in

re, in quibus quarta ſeu legitima bene eſt augmentata, cum pariter ſuccedant cum naturalibus & legitimis in capita. l. ſi te, C. de adoption. Et ſimiliter omnes ad quartam eandem uocantur §. ſiquidem inſtitu. de inofficioſo teſtamento, & illis quærela ut naturalibus competit. l. ſi ſuſpecta. 29. §. fi. ff. de inofficioſo teſtamento §. tam autẽ inſtitu. eod. Et præteriti, ita dicunt teſtamentum nullum ſicuti legitimi & naturales, & eod. modo debent inſtitui uel exhæredari §. adoptiui inſtitu. de exhær. libe. & hanc limitationem, ſeu concordiã ſequitur Fabi. de Giochis in rep. auth. nouiſſima ſupracita, nu. 49. ubi Fer. Vaz. li. 2. ſuc. cre. nu. 201. §. 20. par. 4. tradit, eis dari quærelã ſicuti legitimis & naturalibus: ſecus eſſe in arrogatis, quibus datur quarta ex conſtitutione Diui Pij, per. l. ſi arrogator ſupracitatam & l. ſed & ſi plures §. in arrogato ff. de uulga. Adde tamẽ ſupradictis, quòd filius adoptatus ſeu arrogatus, licet ſit in aliena fam. ſuccedit
13 † patri naturali cum cognatis, non tamen cum liberis, Ioann. Fab. in d. prin. inſtitu. de acqui. per arroga. ſuper glo. in uerbo ius ſuccedendi per §. admonendi inſti. de hæredi. quæ ab int. deſe. quia in naturali fam. omnium retinet cognationem l. 1. §. cognationum ff. unde cogna. Imò cum hodie ſublata ſit differentia agnationis & cognationis, & cognati cum agnatis ad ſucceſſionẽ ab inteſtato, ut agnati admittantur, iuxta tex. in auth. de hær. ab inteſt. uenientibus §. 1. & §. nullam, ſuccedit etiam cũ agnatis, ut uoluit (licet dubitando) Ioan. Fab. ubi ſupra. Sed aduerte, quòd licet ſublata ſit differentia emancipationis & patriæ pot. per ſupradicta iura, filius emancipatus ſi poſtea dedit ſe in arrogationem non ſuccedit patri naturali cum liberis, proquo urget. l. meminimus C. de leg. hær. ubi habetur, quòd Iuſti. ad ſimilitudinem iu-

ris

ris Prætorij, emancipatum de iure ciuili, ut ſuum hære-
dē ad ſucceſſionē admiſit: Sed Prætor nō admittit eman
cipatum qui ſe in arrogationem dedit, ut probatur in §.
at hi qui inſt. de hæred. quæ ab inte. def. ergo ſimiliter
dicendum eſt, quòd nec Imperator admittit: quod cor
roboratur per. l. pen. uerſ. ſi uerò pater, ibi, neque patris
naturalis C. de adop. Cum liberis uerò ſuccedit matri
naturali, cum ei ſuccedatur iure cognationis, ut proba-
tur in prin. inſtitu. de legiti. agnat. tute. Et alia rōne, quia
quo ad matris ſucceſſionem non conſideratur, nec in ali
quo derogatur ſi alij ſubiectus ſit, iuxta tex. in prin. inſti-
tu. ad Orficia. Ioan. Fab. in d. prin. Rurſus ſuccedit alijs
cognatis familiæ naturalis, cum retineat cognationem
in §. admonendi, & in d. §. cognationem. Succedit in ſu
per arrogatus, uel adoptatus hodie à nō extraneo, agna
tis coniunctis per adoptionem ſeu arrogationem, tex. in
§. per adoptionē inſtitu. de legiti. agn. ſucceſſio: non aūt
ſuccedit cognatis familiæ adoptiuæ, ſed tantum agnatis,
quia adoptiuus in fam. adoptiua, eorum ſolum cognatio
nem retinet quibus ſit agnatus. l. 1. §. cognationē ff. un-
de cogna. & urget tex. in l. qui in adoptionē ff. de adop.
14 Sed dubium maximum eſt, qualiter † econtrà filio ado-
ptiuo uel arrogato ſuccedatur: quam quæſtionem repe-
rio à pauciſſimis dd. tactam & non rectè declaratam, eā
melius cæteris explicat Ioann. Fab. in §. mortuo inſtitu.
de acqui. per arrogati. Ang. in prin. eo. tit. Raph. Fulgo.
in l. ſi arrogator in fine ff. de adoption. qui non uidetur
clarè decidere, prout aduertit Iaſ. ibi in fine, qui nihil di
cit, ſed ſolum ſe ad Fabrum remittit, Signo. de Homo. in
d. l. ſi arrogator nu. 15. Ex quibus colligi poteſt reſolu
tio, quòd olim de iure antiquo digeſtorum ſi filius ado-
ptiuus moriebatur, aut filius arrogatus pubes, pater ar-
N 2 rogator

rogator occupabat omnia bona iure peculij, argumento l. 2. ff. de caſtrenſi pecul. Nã per arrogationem conſequitur arrogãs ius patriæ poteſtatis, & omnia quæ ad optati fuerunt, pleno iure tranſeunt ad eum qui adoptauit, & liberi & oẽs res corporales, & incorporales eius, eum ſequuntur, per l. ſi pater fam. ff. de adoptio. l. ſi adoptauero ff. de præcar. tex. in prin. inſtitu. de acqui. per arrogati. cum quibus concordat. l. Regia. 7. titu. 16. par. 4. declarat Silue. in §. cum aũt nu. 28. Et hinc eſt, quòd per adoptionem ſeu arrogationem efficitur capite minutus, §. minima inſtitu. de capit. diminut. & teſtamentũ ab eo antea factum irritatur §. alio quoq; modo, & §. nõ tamen inſtitu. quib. mod. teſta. infirme. Quãdo autẽ impubes arrogatus deceſſit, bona eius pertinent ad eos qui ad ſucceſſionem eius eſſent uẽturi, ſi arrogatio facta nõ fuiſſet. l. ſi arrogator ff. de adoption. §. cum autem inſtit. de adoptio. Et eis reſtituitur hæreditas ex ſtipulatione expreſſa, uel tacita, ut docet glo. in d. §. mortuo in uerbo perſonæ, & poſt eam Ioan. Fab. ibi, & Rapha. Fulgo. ubi ſupra per. l. non aliter, & l. his uerbis, & l. hæc autem ff. de adoptio. §. cum autem ſupra citato. Sed cum hodie iure nouo, ad patrem arrogatorem non tranſit niſi uſus fructus, ut probatur in d. prin. inſtitu. de acquiſi. per arrogati. ut ſupradictum eſt, & remaneat proprietas penes filium arrogatum, poteſt habere hæredem, argumento l. fi. C. ad Tertuli. & ita intelligi debet tex. in d. §. mortuo. inſtitu. de acquiſi. per arrogati. quòd tranſit ad arrogatorem tanquam ad hæredem, non tamen occupat arrogator iure peculij: pro quo urget etiam l. fi. C. cõmunia de ſucceſſi. itaque ante ius authenticorum de iure C. habebat filiusfam. hæredem, quod aduertit Ange. in dicto §. mortuo. Et eſt de mente Fabri ibi: Et hoc nota, quia contra-

contrarium uolũt, Ra. Ful. Signo. Iaſ. in d. l. ſi arrogator loco ſuprac ita. & Silue. nu. 28. in d. §. cum autem: Nam dicendo, nouiſſimo authenticorum iure habere ſucceſſorem ab inteſtato, per authen. de hæred. ab inteſta. ueni. §. 1. ſentiunt, quòd ante ius authenticorum hæredem non habebãt, quod eſt falſum, ut in dicta l. fi. probatur: quod nota nam in hoc ferè omnes dd. errore labuntur. Et ex hoc infertur, quòd cum arrogatus filius poſſit habere ſucceſſorem, pater arrogator ſuccedit filio arrogato, ſi decedit pubes ſine liberis aut fratribus: liberi tamẽ & fratres eum excludunt, nam excludit alios penitentes ab inteſtato, ut probatur in d. §. mortuo, ad ſimilitudinẽ patris naturalis, argumento d. l. S. C. communia de ſucceſſion. De qua cõſtitutione loquitur tex. in d. §. mortuo ſecundum glo. à dd. receptã ibi. Secundò infertur, quòd pater arrogator excludit matrem arrogati filij, ut tradit Fab. in d. §. mortuo, contra Placenti. qui errore ductus tenebat contrariam. Nec obſtat. l. patrem adoptiuum ff. ad Tertull. l. 2. §. obijcitur eod. tit. quæ iura intelligantur, quando arrogatus fuerat emancipatus, ut ibi notatur, aliàs autem cum illa iura ſint digeſtorum, quo iure attento filius non habebat hæredem nec ſucceſſorem, aliter non poſſunt intelligi. Tertiò infertur, quòd pater arrogator præfertur in ſucceſſione arrogati filij eius patri naturali, quod uult Fab. ubi ſupra in d. §. mortuo. Et per ſupradicta uerum uidetur, cum ad ſimilitudinem patris naturalis ſuccedat, ut in dictis iuribus, legitimus pater arrogator excludit patrem naturalem: quamuis gl. in d. §. mortuo in uerbo mortuo teneat contrarium, ſed ibi Ang. eam reprobat. Prò qua uidetur urgere dicta l. fi. ubi pater naturalis eſt de perſonis contẽtis in illa conſtitutione quæ per. d. §. mortuo non excluduntur à pa-

tre

tre adoptiuo,ut in eo dicitur. Sed hoc non obſtante cũ ad ſimilitudinem patris naturalis hoc procedat, ut ibi, magis uidetur, quòd non excludatur à patre, ſed à liberis & fratribus, ut ibi. Nec eſt mirum ſi filius poſſit parentes fraudare dãdo ſe in arrogationem, cum ei liceat hoc facere multis modis, ut ſe uendendo. l. 2. ff. ſiquis a parente fuerit manu. mutuum accipiẽdo. l. 1. §. ſi mutuũ ff. ſiquid in fraud. patroni. Sed prædicta omnia declara uno modo, quo ad filiũ arrogatum, ut intelligatur quan do decedit pubes, quãdo uerò mortuus eſt impubes tũc ſeruatur quod ſupradictum eſt. Sed dubium eſt, cũ hodie iure nouiſſimo authenticorum per authen. de hære. ab inteſtato ueni. §. conſequens, & authen. defuncto. C. ad Tertull. pater & mater ſuccedãt ab inteſtato filio cũ alijs filijs uirili portione: an ſimiliter cum fratribus filij arrogati ſuccedat pater arrogatus, & quo modo, an uirili portione pater & mater naturalis, & pater arrogator, & fratres ſuccedant: quod uidetur uelle Rapha. Fulgo. in d. l. ſi arrogator in fine Ang. in d. §. mortuo inſtitu. de acquiſ. per arrogati. uult quod alio modo fiat diuiſio. Sed in hac difficultate contraria eſt Fabri ſententia in d. §. mortuo, quòd in filio arrogato nihil ſit mutatum per ius authen. cum illa iura non loquantur niſi de ſucceſſione parentum, & liberorum naturalium, & legitimorum, aliàs autem corrigeret authen. licet. C. de natura. libe. & alia iura, quod non eſt dicendum: nam cum generalis ſit diſpoſitio non debemus intelligere quòd corrigit caſus ſpeciales: Ita Fab. ubi ſupra, qui concludit illa iura nihil corrigere in adoptiuis nec arrogatis, cogita: & quid de iure Regio, quo attento aſcendentes excludunt fratres defuncti per. l. 6. Tauri. Pro complemento autem quæſtionum huius materiæ, quia

quia ſupra dictum eſt filios adoptiuos aliquando appellatione filiorum uenire, eſt adijciendum: quòd Docto. 15 concludunt generaliter † appellatione filiorum nō contineri filios adoptiuos, uel arrogatos: per l. Fideicōmiſſum. ff. de condit. & demonſt. l. ſi ita quis. §. fi. ff. de lega. 2. per quæ iura iſtam regulam conſtituunt, Barto. in l. ſi cognatis. ff. de rebus dub. ubi Bartho. Soci. nu. 20. Doct. in l. ſiquis poſthumus ubi Areti. Alex. & Iaſ. ff. de libe. & poſthu. idem Alex. in l. adoptiuum. ff. de in ius uocan. nu. 1. Iaſ. in l. 2. §. prætor ait. ff. de ius uoc. nu. 12. Marcus Anto. in rep. §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima C. de teſtam. nu. 84. latè Tiraq. in rep. l. ſi unquam. C. de reuoc. dona. uerbo ſuſceperit liberos. nu. 2. cum pluribus ſequ. Coſta in rep. §. & quid ſi tantum par. 5. nu. 52. verſicu. octauo allegatur: cuius ratio aſſignatur per Docto. ne ſcilicet ſit in poteſtate alterius, iudicium teſtatoris eludere: cum non ſit uerisimilè, quòd de his teſtator ſenſerit: & cum ſit propriū conditionis, pendere ex incerto euentu, non uideatur poteſtati hæredis commiſſum, ut adoptionis commēto fideicommiſſum extinguat, arg. l. nec ei §. 1. ff. de adoption. Et hæc regula, quòd filiorum ſeu liberorum appellatione non ueniant filij arrogati, uel adoptiui ampliatur, non ſolum locum habere in ultimis uoluntatibus, quando appellatio profertur à teſtatore, ut in prædictis iuribus probatur, ſed etiam in contractibus: ut uoluit Alex. in d. l. adoptiuum, Marcus Anton. & Tiraq. nu. 12. ubi ſuprà, ubi poſt Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uerſi. 68. concludunt, quòd ſi quis recepit emphyteuſim, uel feudū pro ſe & filijs ſuis, non ueniunt filij adoptiui, ne intentio loquentis, quæ principaliter reſpexit filios naturæ, eludatur: pro quo urget. c. ita dilige. 30. q. 3. fortius. c. adoptiuus, ſi de feudo fuerit contro-

in

In vſibus Feud. Tertiò locum habet hæc regula, in priui legijs in quibus appellatio filiorum non continet adoptiuos, per eaſdem rationes, ut Marcus Anto. vbi ſuprà, & ante eum Alex. in d. l. adoptiuum nume. 2. per dictum §. adoptiuus, ſi de feudo fuerit controuer. inter dom. & agna. Quartò locum ſibi uendicat hæc regula, quòd nõ contineantur filij adoptiui appellatione filiorum, non ſolùm quando profertur ab homine, uerùm etiam quando à legis diſpoſitione, Tiraq. vbi ſuprà. nu. 7. & eſt de mente dd. maximè Areti. in dicta l. ſiquis poſthumos, & Iaſ. in dicto §. prætor ait, & Marcus Anto. vbi ſupra. pro quo vrgẽt. l. ſextumdecimum. §. adoptiui. ff. de vacat. ex cu. mu. & in prin. verſ. adoptiui inſtitut. de excuſat. tut. & notata per gl. in l. 2. §. 1. verbo legitimos ff. de excu. tutorũ ca. adoptiuus ſupra cita. & hinc eſt, quòd filius adoptiuus poſt donationem ſuceptus, non reuocat donationem patris adoptiui antea factam; itaque diſpoſitio. l. ſi unquam C. de reuoc. donat. locũ non habet in filijs adoptiuis, ut uoluit Iaſ. in l. generaliter. §. cum autem verſi. octauo limita, ubi & Phili. Deci. verſic. ſeptimo iſta lex C. de inſtitu. & ſubſti. poſt Paul. Caſt. in l. 2. in fine. C. ſi quid in frau. patro. & Alex. in conſi. 40. vol. 4. Tiraq. vbi ſupra nu. 1. Quod corroboratur, nam prædicti filij ſunt ficti & imaginarij, & non verè filij, ut colligitur ex l. filiũ quẽ. ff. de liberis & poſthu. ibi, ueri patris adoptiuis filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ veritas obumbretur, & in l. pen. §. ſed ne articulum, ibi, quaſi imaginaria quadam, & nona affectione acquiſita. C. de adoptio. Et idem dicẽdum eſſe in diſpoſitione ſtatutorum, quòd non ueniant filij adoptiui, tenet, Bald. in conſil. 24. lib. 1. Anania in conſi. 27. quos refert & ſequitur Iaſ. in dic. §. ait Prætor num. 13. l. 2. ff. de adoptio. & Tiraq. ubi ſupra nu. 7.

nu.7.& 11.vbi ponunt exemplũ in ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione, ſtãtibus filijs maſculis, quòd non obtineat in adoptiuis: quod voluit etiam idem Iaſ. in d. §.cum autem. Sed hæc regula in diſpoſitione legali non mihi uidetur omnino tuta, licet videatur de mente ferè omnium Docto. de qua infra in limitationibus agam. Primò limita prædictam regulam, quando diſpoſitio legis uel teſtatoris, uel actus inter uiuos nõ poſſet in alijs filijs verificari quam in adoptiuis, tunc enim ut diſpoſitio vel actus ſuſtineatur, appellatione filij veniunt adoptiui: ita concludunt Bald. Ange. Cuma. Paul. Imo. Areti. Alex. & Iaſ. per illum tex. iũcta gl. ibi in l. ſiquis poſthumos ff. de libe. & poſthu. & per l. hæredibus. 77. §. 1. ff. ad Trebelli. Bartho. Soci. in l. ſi cognatis nu. 20. ff. de rebus dub. Ex quo prædicti Docto. inferunt, quòd ſiquis inſtituat Clericum in ſacris ordinibus cõſtitutũ, eumq; de reſtituenda hæreditate ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, grauet, ſi Clericus filios adoptiuos reliquat, excludũt filij adoptiui ſubſtitutum: cum Clericus filios naturales & legitimos habere non poſſit. Et ultra prædictos dd. hoc tenet Ripa in l. ex facto §. ſiquis rogatus ff. ad Trebell. nu. 18. & Dec. in c. in præſentia nu. 38. aliàs eſt 108. extra de probation. Secundò ex hoc inferunt Ang. Cum. & Imol. vbi ſupra, quòd ſi Clericus inſtituat poſthumum aut filium hæredem, quòd intelligitur de adoptiuo, cum naturalem habere minimè ualeat. Ex quibus cõſtat, Clericum poſſe filium adoptare: quod expreſsè docet Areti. ubi ſupra, & ante eum Angel. in l. & qui vxorem ff. de adoption. vbi Horocius teſtatur communem, & eam tenet Alexan. in l. Gallus. §. quid ſi is qui. num. 10. ff. de libe. & poſthu. quia non poſſe habere filios presbiterum non prouenit ex uitio naturali, ſed & ex

O accidenti,

accidenti, quia non poteſt contrahere matrimonium. Imò quod plus eſt, concludit Angel. ubi ſupra in finalib. uerbis, Clericum poſſe proprium filium arrogare, & poſtea eum ſibi hæredem inſtituere: quem ſequitur Horocius ibi. Sed hæc opinio proculdubio falſa eſt, & omnino reiicienda, quam reprobat Coſta in repe. §. & quid ſi tantum. l. Gallus. ff. de libe. & poſthu. 2. parte nu. 103. Nam prohibitum eſt adoptare uel arrogare filium, & ſpurium, & etiam naturalem: iuxta tex. in l. legem Anaſtaſij verſ. in poſterum. C. de naturalibus libe. quod adnotauit Ludo Roma. nota. 621. & Marti. do Laude. in tracta. de legitima núm. 27. verſ. Secundus caſus, quos Coſta refert & ſequitur reprobando Ang. vbi ſupra, & Alex. in d. §. quid ſi is qui, & certè iniuſtè: nam ſolùm dubitat Alex. ſi presbiter habet filium ſpurium, & ex eo nepotem, an poſſit nepotem arrogare: & determinat cum Angelo in d. l. & qui vxores, quòd ſic. Imò quod plus eſt, quòd etiam ſi non arroget, poterit inſtituere hæredem, uel in teſtamento relinquere, ſecundum communẽ opinio. quod nũc nõ examino. Sed de filio Clerici qui prætextu arrogationis non debet ad ſucceſſionẽ patris admitti, quod de iure Regio iuuatur per l. 22. tit. 3. lib. 1. & l. 2. tit. 3. lib. 5. ordina. quæ iura excludunt filios Clericorum à parentum ſucceſſione, non obſtante aliquo Principis reſcripto. Secundò limita prædictam regulam non procedere, quando uerifimiliter ex præſumpta uoluntate defuncti colligitur, eos uoluiſſe teſtatorem ad ſucceſſionem admittere, ut ſi teſtatore conſentiente, uel ad eius inſtantiam grauatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, filium adoptauerit: vel ſi pater poſt quam filiũ grauauit in teſtamento, in locum nepotis ex illo filio hærede adoptaſſet. Nam cum ex facto teſtatoris ſint agna

ti ex præſumpta voluntate teſtatoris, admittuntur, & ex cludunt ſubſtitutum: Et ſimiliter ſi teſtator inſtituat hæ redes filios ſuos qui tempore mortis fuerint, uel eis aliquid reliquerit, quo caſu ueniunt adoptiui: ſecus quan do teſtator facit mentionem, non ſuorum filiorum, ſed alterius, & nõ ſuo facto ſunt adoptati: ita cõcludit Bar. & Barth. Soc. nu. 20. in d. l. ſi cognatis ff. de reb. dub. Iaſ. in l. ſi quis poſthumos ſupra cita. Coſta ĩ dicto §. & quid ſi tantum par. 5. nu. 54. per dictam l. ſi cognatis, & affirmat Coſta poſt Ruinum ibi, in d. §. & quid ſi tantum nu. 29. non eſſe conſtituendam differentiam inter appellationem cognatorum & filiorum, contra Areti. in d. l. ſi quis poſthumos. Idem interpretandum eſt, quando tem pore teſtamẽti hæres grauatus habebat filios adoptiuos teſtatore ſciente, quo caſu ſi nullos alios filios hæres re liquiſſet, adoptiui filij faciunt deficere conditionem, & excludunt ſubſtitutum, Cuma. in d. l. ſi cognatis nu. 3. Caro. Rui. & Coſta ubi ſupra, Tiraq. in d. l. ſi unquam verbo ſuſceperit liberos num. 17. Tertiò limita, regulã hãc non habere locum in fauorabilibus, in quibus appellatione filiorum ueniunt adoptiui: ita determinat Aret. in d. l. ſi quis poſthumos per tex. iuncta gloſ. ibi, & Marcus Anto. in loco ſupra cita. per l. ſed etſi hac §. parentes. ff. de in ius uocan. vbi Bald. adnotauit. Sed licet limitatio hæc vera ſit, quod tex. in dicta l. ſiquis poſthumos loqua tur in caſu fauorabili, dubito: nam ſi agit de ſuccedẽdo, licet reſpectu adoptiui dicatur fauorabile, reſpectu eius qui excluditur à ſucceſſione erit odioſum. Quarta limitatio colligi poteſt ex Alex. in d. l. adoptiuũ. ff. de in ius uocando, non procedere quãdo ratio eadem militaſſet in adoptiuis, & in legitimis & naturalibus, per illam legem. Quinta limitatio (contra quod communiter uel

ferè omnes Doct. tenent) ſit, prædictam regulam quòd appellatione filiorum non ueniant adoptiui ſibi locum vendicare, quãdo appellatio profertur ab homine, ſiue in ultima uoluntate, ſiue in actu quolibet inter uiuos, ut ſupra latè concluſum eſt: ſecus tamen quando appellatio profertur à lege: quam ſententiam tenet Alex. in d. l. adoptiuum nu. 1. licet litera ſit corrupta. Pro qua conſidero, quòd filij adoptiui ſunt uerè legitimi, glo. in l. qui cõtra in uerbo errore accerrimo C. de inceſt. nup. ſim. gl. in prin. inſti. de adopti. vnde legis uerba legitimè debent interpretari: maximè quòd ſi rectè conſiderantur iura, frequentius in his, appellatione filiorũ ueniunt adoptiui, ut apparet ex toto tt. ff. & C. & inſti. de adoptio. ex d. l. ſed ſi hac §. parentes, & ex oĩbus iuribus eos ad ſucceſſionem, uel ad quærelam, uel contra tabulas admittentibus. Nec obſtat quod ſupra probatum eſt, quòd adoptiui filij ſunt ficti, & imaginarij filij, ut probatur in d. l. filio quem ff. de libe. & poſthu. & in d. §. ſed ne articulum l. pe. C. de adoption. Nam ego reſpondeo, quòd non ſunt uerè, ſed ficti filij naturales: quia adoptio imitatur naturam, & in §. minorem inſtit. de adoptio. Nam cum adoptio ſit actus legitimus, ut ſupra dictum eſt, nõ poteſt facere eos uerè naturales: Et hinc eſt quòd impropriè dicuntur cõſanguinei in §. per adoptionem inſtitu. de legiti. agna. ſucceſſio. Sed lex licet non poſſit facere ueros naturales, cum non affert ius ſanguinis, ut in l. qui adoptionem. ff. de adopti. facit uerò veros filios legitimos: & ſic eos debet comprehendere, & verba legis regulariter, legitimè debẽt interpretari. Et tenendo iſtã regulam debet limitari ex Alexã. in dicta l. adoptiuum, non procedere quando diuerſa ratio militaret in filijs adoptiuis, ut in ſpecie l. 2. ff. de vaca. mune. excu. §. adoptiui.

ptiui.& in prin.verſi.adoptiui inſti.de excuſa. tuto.& in traditis per gl. in l. 2.verbo legitimos ff. de excuſ. tuto. Nam in priuilegijs quæ conceduntur ob liberos, ceſſat ratio in adoptiuis. Secundò conſiderabam vltra Alex.limitari debere, non procedere quãdo profertur à lege interpretando intentionem, & voluntatem præſumptam hominum actus agentium: quo caſu idem eſſet ac ſi ab homine fuiſſet appellatio filiorum prolata:& ita intelligatur l.ſi unquam ſupracita.& §.cum autem l. generaliter C.de inſti.& ſubſt.& regula generalis intelligatur quando à lege profertur cõſtituẽdo ius: quo caſu appellatione filiorum ueniunt adoptiui regulariter. Declara tamen ſupra dicta, nullam eſſe differentiam utrũ adoptiui, liberi appellentur, an filii:nam indiſtinctè filij, & etiam liberi adoptiui appellãtur, ut conſtat ex l. cum ratio §.ex bonis.ff.de bonis damna.& l. 1.§.fi. ff.de lega. præſta.ex l. 1.§.liberos.ff.ſi tabulæ teſtam. nullæ exta.vbi adoptiui liberi appellãtur (licet Tiraq.ubi ſupra nu.6. affirmat, liberorum appellationẽ non pertinere ad adoptiuos, ſed filiorum) quem merito reprehendit Coſta in dicto.§.& quid ſi tantum parte.5.nu.56. Secundò declara, non eſſe conſtituendam differẽtiam, an adoptiuus filius qui uult excludere ſubſtitutum quando hæres eſt rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, ſit arrogatus uel adoptatus. Nam & ſi arrogatio cum ex Principis authoritate procedat ſit difficilior, difficultas non tollit rationem iuriũ: quæ pariter militat in adoptiuo, & in arrogato: quod ſecurè determinat Coſta ubi ſupra nu.53.reprobando Areti. in l. ex facto nu.9. ff.de uulga. qui uoluit contrarium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Legitimationem perſonæ in Iudicio bonorum poſſeſſionis neceſſariam eſſe.*

2 *Bonorum poſſeſſionis agnoſcendæ iudicium, eſt ſummarium.*

3 *Legitimari debet perſona in quocunq; iudicio quantumcunque ſummario.*

4 *Seruus & filius fami. & fœmina non habent regulariter legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ad agnoſcendam uerò bonorum poſſeſſionem admittuntur.*

5 *Bonorum poſſeſſio etiam nō petenti datur, & abſenti ſi hoc Prætor non ignorat.*

6 *Bonorum poſſeſſio ſi petatur à perſona probibita petere, ſi ratū habeatur, ualet petitio.*

7 *Iuſſus in additione hereditatis debet procedere, in agnitione tamen bonorum poſſeſſionis, uel acceptione fideicommiſſi, ſufficit ratihabitio poſtea ſecuta.*

8 *Furioſus non poteſt petere bonorum poſſeſſionem.*

An in Iudicio bonorum poſſeſsionis agnoſcendæ, perſonarū legitimatio neceſſaria ſit. Cap. VII.

1 ET partem affirmatiuam, † ſcilicet in iuditio bonorum poſſeſſionis legitimationem perſonæ neceſſariā eſſe, tenet Andre. Barb. in Rubr. C. qui admitti nu. 1. quem Dec. ibi prima lectura nu. 23. & ſecunda lectura nu. 30. refert & ſequitur. Et pro hac parte inducitur Rub. illius tituli qui admitti: nam cum Imperator promittat agere in illo titulo de his qui admittuntur ad bonorum poſſeſſionem, ſentit non omnes, ſed legitimam tantū perſonam habentes, ad illud iuditium admitti. Præterea & ſecundò urget regula, legitimationē in primis fieri debere. l. nō ignorat C. de ijs qui ac. nō poſſ. l. licet & ibi notāt dd. C. de procu. cū in pri-

mis

mis quærendũ ſit de perſona l.ſi quæramus.ff.de teſtam.
Nec oberit dicere, iudicium agnoſcendæ bonorum poſ-
2 ſeſſionis † ſummarium eſſe, ut tradit Iaſ.in Rub.nu.2.C.
qui admitti, ideoq; non eſſe neceſſariam perſonæ legi-
timationem: nam reſpondeo dupliciter. Primò, quòd
licet iudiciũ bonorum poſſeſſionis agnoſcendæ ſit ſum-
marium, tamen ſolemniter petitur, ut probat.l.1. C.cõ-
múnia de ſucceſſion.ibi, ſed eos pariter ſi ſolemniter pe
tierint ſuccedere: & cũ plena cauſæ cognitione datur,
iudice uidelicet ſedẽte pro tribunali, cũ decreto, libel-
lo, & citatione: tex.& ibi glo. & Bart. & dd.in l.3. §. ſi
cauſa cognita.ff.de bonorum poſſeſſion. Secundo oc-
curri poteſt, quòd non ualet dicere iudicium eſſe ſumma-
3 rium, cum ſit certum † in quocunque iudicio, quantum-
cunque ſummario, perſonam debere plenè legitima-
ri, iuxta glo.pen.in l.2.C.de edicto Diui Adria. tollen.
quam ibi Bart. Bald. Salice. Alex.& Iaſ.& dd.communi-
ter ſequuntur. Rurſus pro hac ſententia urget l. ſeruus
ff.de bonorum poſſeſſi.ubi tradit Vlpia.I.C.quòd ſeruus
petendo bonorum poſſeſſionem rectè admitti poteſt, ſi
Prætor de conditione eius certus ſit: unde ſentit conſul-
tus, quòd ad hoc ut habeat legitimam perſonam peten
di bonorum poſſeſſionem exigitur, ut Prætor habeat ali-
quam cognitionem, ſine qua nõ eſſet legitima perſona:
& ita eum expendunt doctores, maximè Goza.in Rub.
nu.4.C.qui admitti. Sed meo iuditio fortius urget tex.
ille in uerſi.impuberes, ubi innuit tex. Impuberes nec
bonorum poſſeſſionẽ admittere, nec iudicium ſine tuto-
ris authoritate accipere poteſt, quia tutor pupillo, & pa
ter infanti filio, bonorum poſſeſſionem petere poſſunt.
Quod prouenit ex eo quòd legitimam perſonam non
habet, ut adnotauit ibi glo.in uerbo accipere.per.l.1.&
2.C.

2.C.qui legi.perſo.ſtandi in iudi. l. clarum de authori. præ. Item poteſt adijci tex.in l.3.§.acquirere ff.de bonorum poſſeſſi.ubi ſcriptum eſt,bonorum poſſeſſionem per ſemetipſum,uel per alium mandato ſuo acquiri poſſe: Ex quo apparet,alium non admitti ad bonorum poſſeſſionem acquirendam,etiam legitimam perſonam habentem,quod eſt plus,niſi habeat mandatum. Contrariam tamen & negatiuam partem, non eſſe ſcilicet in hoc iudicio bonorum poſſeſſionis agnoſcendæ perſonæ legitimationem neceſſariam,contra Barb. defendit Iaſ. in Rub.prædicta C.qui admitti nu.1. Quod primo pro
4 bat,nam † licet alias ſeruus legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habeat l.ſeruus.C.de iudicijs,& l. uix certis.ff.de Iudi.probat l.quod attinet.ff.regu.iuris:ad agnoſcendam uerò bonorum poſſeſſinnem,rectè admitti,expreſsè innuit l.ſeruus ff. de bonorum poſſeſſi. Rurſus, filius familias ut poſſit eſſe in iudicio,patris licentia deſideratur l.fi.§.neceſſitate C.de bonis quæ liberis, quod locum habet etiã in ſummarijs & executiuis, in quibus filium abſque patris conſenſu in iuditio non poſſe comparere adnotauit Bald.in l.nec quicquam §.de plano colu.ulti.ff.de offi.proconſ.& lega.quem ſequitur Alexã. conſil. 58. uolum. 2. Iaſon refert & ſequitur in dicta Rub. C.qui admitti nu.4. Ad petendã tamen bonorum poſſeſſionem, ſine patris conſenſu,& eo etiam ignerante admittitur l.1.C.qui admitti,ibi cum ignorãte quoq; patre poſſit peti.l.fi.ff.quis ordo in bono.poſſeſ.ſer. Nec ualet ſolutio Decij in loco ſupracitato, quã tradit contra Iaſ.defendendo Barba.opinionem in hoc caſu, filiũ fam.& ſeruum habere legitimam perſonam ſtandi iudicio,ſicut in alijs caſibus,ut in l.uix certis ſupracitata : nõ tamen aliæ perſonæ aliàs non legitimæ admittuntur, ex

mente

mẽte eius. Quod confunditur per illam. l. ſeruus, ubi non ſolum ſeruus, ſed etiam fœmina: quod eſt intelligendũm in qualibet ẽt extranea, licèt alias nõ habeat perſonam legitimam ſtandi in iudicio. l. non ignorat. C. de ijs, qui ac. non poſ. l. nec, & l. fœminis. ff. de procu. nihilominus ad petendam bonorum poſſe. admittitur ut ibi: Imò quod plus eſt, vult ibi I.C. non ſolũ perſona aliàs non legitima petente, ſed ẽt nemine petente bo-
5 norum poſſeſſionem dari à Prætore poſſe. Nam & † abſenti, & non petenti dari bonorum poſſeſſio põt, ſi hoc Prætor non ignoret: quod gl. ibi in uerbo, & non petẽti, Bar. & alij adnotarunt. Intelligendo tamen ſupra dicta ſanè, ꝙ ut ualeat prædicta petitio quoad emolumẽtum alterius tertii, debet ille tertius eam ratam habere l. 3. §. quòd ſi me non mandante. ff. de bonorum poſſeſ. l. 1. C. qui admitti. Item ratam habere debet intra tempus præfixum ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionẽ. l. fi. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. Imò prædicta poſſumus ampliare, non ſolùm petitionẽ ualere, quando à perſona alias non legitima, uerum ẽt ſi
6 à perſona, cui prohibitum eſt petere † bonorum poſſeſſionem, in ſpecie petatur: Nam in iſto caſu ſi ratum habeatur ab eo, ad quem petitio pertinebat, ualebit petitio, quod conſtat ex l. bonorum quidem. C. qui admitti: ubi licet pupillus ſine authoritate tutoris non petat bonorum poſſeſſionem, ſi tamẽ à iudice pupillo poſtulante detur, ualet quoad ſuum emolumẽtum: quod uidetur ſentire gl. in l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. de bonorũ poſſeſ. in uerbo, pro tribunali, in fine. Et hinc eſt, quòd licèt ille, qui in aliena poteſtate eſt, non poſſit inuitum hæreditati obligare eum in cuius eſt poteſtate, obſeruatum tñ eſt, in bonorum poſſeſſione ratã habere poſ-

ſe eam quam citra uoluntatem agnouit is qui poteſtati eius ſubiectus ſit:ut tradit I.C.in l.qui ĩ aliena, in prĩ. ff.de acq. hær.l.ſeruo inuito.45.ff.ad Treb.Nec prædictis refragaĩ, quòd licet authoritas tutoris poſſit ſubſequi, iuſſus tamen patris præcedere debet, ut docet I.C.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqu.hær. nam
7 reſpõſio colligitur ex d.l.ſeruo inuito † illud eſſe in aditione hæreditatis:in agnitione tamen bonorum poſſeſſionis, uel acceptione reſtitutionis fideicõmiſi, ſufficit ſi agnitionem ratam habeat:quod nota.Nec oberit regula quæ habet, quòd perſona debet legitimari in quocunq; negotio, etiam ſummario, nã intelligenda eſt, ſi per aduerſarium fuerit oppoſitum, & non aliter: cum per iudicem non ueniat opponendum, ut tradit Iaſ.in d.Rub.nu.4 poſt Bar.in l.quos prohibet per tex. ibi.ff. de poſtula.per argumentum ab ſpeciali:unde quando non apparet contradictor, ſicut hodie ſit, cum iam ſine ſolemnitate petatur l.ſi.C.qui admitt.l.ſi.§. nos itaq;. C.de curat.furi.poterit perſona aliàs non habilis petere, quod aduertit Iaſ.ubi ſupra:ubi dicit, illam regulam non procedere in negotio quod expeditur officio iudicis, non ſine contradictore in figura iudicij. Sed hanc difficultatem ita reſolue: Aut loquimur de acquiſitione bonorum poſſeſſionis, & tunc certũ eſt, illum tantũ cui delata eſt bonorum poſſeſſio, uel aliũ de mandato eius, poſſe eam acquirere: non aũt per alium ſine mandato, niſi intra tempus ſtatutum ratum habeat, per §. acquirere ſupra citatum.l.3.ff.de bon.poſſ. Et rõ aſſignari põt:nam per acquiſitionem bonorum poſſeſſionis, lucrum & damnum, commodum & incommodum hæreditatis pertinet ad bonorum poſſeſſorem, l.1.& l.3.in pr in.ff.de bonorum poſſeſ.unde ſi per aliũ acquirere-

feretur, eſſet in poteſtate alterius eum obligare oneri
bus hæreditarijs, cõtra regulam, nõ debet alteri per al
terum deterior conditio inferri.ff.de reg.iu. Et hæc eſt
rõ quare inuito bonorum poſſeſſio non acquiritur l.3.
§.inuito.ff.de bonorum poſſ. & propter iſtam rõnem
reſpondit Pau.iuriſconſultus in l.pen.ff.de bonorũ poſ
ſeſ.ſolam petitionem matris non acquiſiuiſſe filiæ im-
puberi bonorum poſſeſſionem, niſi is qui eam dederit,
euidenter uoluerit eam impuberi dari. Aut loquimur
de petitione bonorũ poſſeſſionis, & debes animaduer-
tere pro declaratione quòd iudicium bonorum poſſeſ
ſionis licet ſummarium illud ſit, ut adnotauit gl.in l.3.
ſi cauſa cognita in uerbo, pro tribunali.ff. de bonorum
poſſeſ.Goza.in Rub.C.qui admitti, nu.4.ubi Iaſ & mo
derni, duobus modis expeditur. Primo modo iudice ſe
dente pro tribunali ſolemniter, præſente aduerſario
cum libello & citatione, cum plena cauſæ cognitione,
uel cum decreto in figura iudicij. Secũdò modo ſum-
matim tantùm, cum ſemiplena probatione de plano,
& ſine contradictore, & figura iudicij, utrunq; dictum
probatur in l.3.§.cauſæ ibi, ſummatim ergo cum peti-
tur bonorum poſſeſſio.&c.& §.duæ aũt ſunt cãæ cogni
tiones, ibi, hoc.n.diligentiſſimè Prætori examinandum
eſt:& ibi adnotauit gl.in uerbo diligẽtiſſimè, ff.de carb.
edic.probat ẽt.l.2.§.dies.& §. in bonorum poſſeſſione
ibi, ſi mõ ea ſit bonorũ poſſeſſio, quæ de plano peti po
tuit, quòd ſi ea quæ cauſæ cognitionẽ pro tribunali de
ſiderat, uel quæ decretum expoſcit.&c.ff. quis & ordo
in bo.poſ.ſeru.ubi gl.ĩ uerbo de plano, & in uerbo, pro
tribunali annotauerunt.& l.3.§.ſi cã cognita, & ibi gl.
in uerbo, pro tribunali ubi Bart.ff. de bonorum poſſeſ.
Iaſ.& Gozad.in dicta Rub.utrunq; nu. 4. Hoc præha-

bito, concludе ex mente Bar.Iaſ.& Gozadi.ubi ſupra, quòd ad petendam bonorum poſſeſſionem, quæ ſolẽniter cum plena cauſæ cognitione datur, legitimatio perſonæ exigitur, & ita intellige arg.Rub.C.qui admitti, quòd omnes non admittuntur ad iſtam ſolemnẽ bonorum poſſeſſionem, ſicuti neq; ad eam acquirendã, ut ſupra dictum eſt & l.ſeruus, ſupra citata, & l. 1.C. communia de ſucceſſio.& regulam l. 1.C. de edicto diui Adri.tollen. Et hinc eſt, quòd licèt filius poſſit, ignorante quoq; patre, agnoſcere, ſeu petere bonorũ poſſeſſionem, ut in l. 1.C. qui admitti, hoc non eſt uerum, quando apparet aduerſarius contradictor. Quo caſu patris cõſenſus requiritur, ut uoluit Bal.ibi, expreſſius Sal.in l.1.C.de bonorum poſſeſſione contra tabu. Iaſ. ubi ſupra nu.4.eos refert & ſequitur. Quando aũt contradictor non apparet, legitimatio perſonæ non eſt neceſſaria, ſed quælibet aliàs nõ legitima admittitur. Imò ſine petitione partis ſummatim, cum aliqua cauſæ cognitione: imò & etiam ſi perſona prohibita petere petat, dari poteſt. Et ita admittitur filiusfamilias, ſeruus, & fæmina pro extraneo, & pupillus, & etiam impubes, ſi ratum poſtea intra tempus præfixum habeat ille, ad quem pertinet ratum habere: ita intelliges l. ſeruus, ſupra citatam, & l. 1.C. qui admitti, & l. bonorum quidẽ co.tit. Vnde cum hodie ſine ſolemnitate petatur bonorum poſſeſſio, per l.fi.C. qui admitti. l.fi. C. de curato. furi. §.nos itaq; nec contradictor admittatur, non erit neceſſaria legitimatio perſonæ: quod ſentit Iaſ.in dicta Rub.nu.4. Et hæc concluſio, quod hodie non ſit neceſſaria legitimatio perſonæ, meo iudicio eſt uera, & tenẽda. Et licèt Goza.in d.Rub.nu.4 uideatur dicere communem opi.eſſe, quòd in hoc iudicio requiratur legitimatio

matiõ perſonæ,puto uerum non eſſe;ſed quòd ipſe inaduertenter loquitur. Nam ego non reperio,quòd eã teneat,niſi Barba.& Dec.ubi ſupra. Vel melius eſt dicendum,quòd ipſe ſimpliciter uoluit dicere, quòd in quocũq; iudicio quantuncunq; ſummario, debet perſona legitimari: non tamen in ſpecie in iudicio bonorum poſſeſſionis,quod apparet ex eius allegatione, citat etenim gl. & doct.in l.1.C. de edic.diui Adria.tolli, ubi nihil de hac re agitur,uoluit enim citare gl.& dd. in l.2.ubi loquuntur in genere,quòd in iudicio ſummario debet perſona legitimari:non tamen in ſpecie, in iudicio bonorum poſſeſſionis, in quo eſt maxima differentia,cum officio iudicis nobili ſine figura iudicij, & contradictore hodie regulariter expediatur. Et aduerte,quòd ſimiliter Gozadinus pro hac opinione affirmatiua, & Decius pro contraria negatiua citant Ale. in prædictaRub.qui nullum uerbum de hac quæſtione tradit.Solùm autem in l.1.C.qui admitti,nu.3.inquit,filiumfamilias legitimam perſonam ſtandi in iudicio habere in hoc bonorum poſſeſſionis agnoſcẽdæ iudicio. Supradicta tamẽ opinio,quòd hodie non debeat perſona legitimari ad petendum bonorum poſſeſſionẽ in diſtinctè:limita primò,ĩ caſibus, in quibus hodie neceſſarium eſt decretũ,& petitio ſolemnis:quos notat Iaſ. & dd.in d.l.fi.C.qui admitti.Nã in his ſeruabitur diſtin

8 ctio ſupradicta.Præterea limita in furioſo,qui nõ põt petere bonorum poſſeſſionem : olim ſuper hoc erant diuerſæ ſententiæ, hodie tamen per Iuſtinianũ eſt expreſsè deciſum in l fi.§.nos itaq;.C.de curat.furio.Tertiò limita in impubere,ſeu pupillo,qui non admittitur ad petendum bonorum poſſeſſionem propter ætatis defectum:ita Iaſ.in d.Rub.Pro quo urget l. ſeruus. §. impu-

impuberis.& l.tutor.& l.ſi pupillo,& l.pen.ff. de bonorum poſſeſ.l.bonorum quidem C.qui admitti. Et hæc limitatio eſt de mente gl.in d.§.impuberis in uerbo,accipere,& omnium doctorũ ibi: expreſſius probat text. ubi apponitur ratio,in §.ſed nec, Inſt.de auth.tuto. An autem hodie intentari poſſit decretum, uide Iaco. Mãde. Alber.qui concludit, quòd ſic: re probãdo ibi Dec. in l.1.nu.11.ff.de iuriſd.om.iud.

SVMMARIVM.

1 *Filius qui paſſus eſt tempus labi intra quod tenebatur agnoſcere.bonorum poſſ.an noceat patri.*

2 *Plus operatur repudiatio tacita reſultans ex curſu temporis quam expreſſa.*

3 *Rnuntiare expreſsè defenſionibus ſuis licet in cauſis criminalibus non poſsit, tacitè tamen poteſt, deſinendo labi tempus appellationis.*

4 *Taciti & expreſſi idem eſſe iudicium intelligitur, quando eſt eadem ratio in tacito quæ in expreſſo.*

5 *Filij expreſſa renunciatio non nocet patri, tacita tamen ex lapſu temporis inducta nocet.*

6 *Renunciatio expreſſa filij, patri non nocet, quòd intelligi debet intra tempus præfixum à lege poſſe adire hæreditatem, uel bonorum poſſ.*

7 *Tacita filij repudiatio patri nocet, quando inducta eſt per lapſum temporis, alias ſecus.*

8 *Repudiatio inducta lapſu tẽporis malitia filij, an noceat patri*

9 *Repudiatio, & recuſatio an differant.*

10 *Filia quæ communem habebat hæreditatem cũ fratribus ſi ſiletit quòd non petijt portionem ſuam diu, an uideatur repudiaſſe.*

11 *Filius ſi tranſactum eſt tempus agnoſcendæ bonorum poſſ. patre abſente cauſa Reipublicæ, reſtituitur.*

12 *Filius an poſsit agnoſcere bonorum poſſ. quando tranſactum eſt tempus, ſi eſt delata hæreditas matris.*

An

An filius qui paſſus eſt labi tempus intra quod tenebatur agnoſcere bonorum poſſeſsionem, noceat patri. Cap. VIII.

QVæſtio diſputabilis eſt, utrũ filius, qui paſ
ſus eſt, labi tempus, intra quod tenebã
tur agnoſcere bonorum poſ. noceat pa
tri, quominus adire poſſit hæreditatem,
uel bonorum poſ. agnoſcere. Et partẽ
1 negatiuam, ſ. quòd patri † non noceat, contra cõem
tenuit Iaco. Bal. quem refert & defendit Iaco. de Nig.
in rep. l. 1. C. qui admi. nu. 18. in quam inclinat Zucha.
ibi nu. 29. qui latè eam examinat, & contrariam cõm.
appellat. Et pro hac parte conſiderari ſolet l. fi. §. 1. &
§. ſeq. C. de bo. quæ libe. ubi expreſſa filij renunciatio
hæreditatis patri non nocet. Cum. n. expreſſa renũcia-
tio non noceat, ſimili mõ tacitã non oberit: cum taciti 2
& expreſſi idem ſit iudiciũ per iura uulg. Imò à fortio
ri ſi expreſſa non obeſt, nocere tacita non debet: cũ for
tior ſit expreſſum, quàm tacitũ expreſſa etenim nocẽt
aliquando & non expreſſa nõ nocent, per regulã iu-
ris, expreſſa 156. ff. de reg. iu. Ne ualet dicere, text. il-
lũ loqui in repudiatione hæreditatis de iure ciuili dela
tæ, non tñ in bonorum poſſeſſionis recuſatione. Nam il
lius tex. deciſ. loquitur utroq; caſu, & locũ habet ẽt in
bonorum poſſeſſionis repudiatione, ut uoluit gl. in l. fi.
C. de repudianda bon. poſ. quam receptã dicit Ferd.
Vaq. Mincha. lib. 2. ſucceſſ. & reſol. §. 18. nu. 73. Nam
cum tex. ſimpliciter de repudiatione agat, uerba eius,
& ad hæreditatem, & ad bono. poſſeſſionem referr
poſſunt. Contraria.n tamen opi. (prædictis nõ refragã
tibus)

tibus) ueram eſſe non dubito, quam ultra Bar. in l. 1. nu. fi. C. qui admitti, & ibi Alex. nu. 6. & Phil. Deci. nu. 46. in lect. 2. probat Barth. Soc. in l. 1. ff. de uulgari ſubſti. col. 47. q. 4. effec. 1. in fi. qui dicunt hanc opinionē cōmuniter receptam eſſe: quòd filij taciturnitas, qui paſſus eſt labi tempus, intra quod tenebatur agnoſcere bonorum poſſeſſionem, noceat patri. Pro qua primò urget l. 1. C. qui admitti, in qua expreſsè inquit Imperator, delatam filio bonorum poſſeſſionem, tēpore trāſacto, amitti. Secundò urget l. fi. ff. quis ordo in bonorum poſſeſ. ſerue. ubi ſcriptum reperitur, cum filio fa. delata eſt bonorum poſſeſſio, dies ad agnoſcendum cedunt, & currunt à tempore, quo patrem certiorari potuit: quibus præteritis nec iubere pater agnoſcere bonorum poſſeſſionem, nec agnitam ratam habere poteſt. Et tenendo iſtam communem concluſionem mihi ueriſſimam, non obſtat l. non ſolum. §. 1. & ſeq. C. de

2 bonis, quæ liberis. Nam † plus operatur tacita repudiatio reſultans excurſu temporis, quàm expreſſa. l. facta. §. ſi quis bonorum. ff. ad Treb. Pro quo tu cōſidera optimum tex. de propoſita ſpecie agēte in l. nonnunquā. ff. de collatio. bono. ubi licèt filius poſſit reuocare renūciationem, & abſtenſionem infra terminum, ſecus in tacita abſtenſione, quæ inducitur per curſum temporis, quæ non poterit reuocari: quod adnotauit Alex. in l. fi. C. de repud. hære. Et hinc eſt, quòd licet non poſſit quis renunciare expreſsè defenſionibus in cauſa crimi-

3 nali, † iuxta l. non tantum. ff. de appel. Bar. in l. cuſtodiat. ff. de publ. iud. quoniam nemo eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. poterit tamen tacitè renuntiare, patiendo labi tempus appellationis, & ſententia tranſiret in rem iudicatam. Deci.

in

in alleg.l.1.C.qui admitti.nu.48.Nec ualet reſponſio Zucardi ibi nu.45.verſ.ſecundo.quòd prædicta intelligantur quando repudiatio expreſſa tendebat ad nocendum:ſecus in noſtra ſpẽ,in qua eadem rõ militat. Nam cõfunditur eius dictum per l.nonnunquã ſupra citatam,quæ in propria noſtra ſpẽ plus operatur tacita repudiatio inducta per lapſum tẽporis,quã expreſ-
4 ſa.Nec oberit regula,† taciti & expreſſi idem eſt iudicium,quæ locum non habet,quando eſt diuerſa rõ,ut in noſtro caſu,& ſpecie:in qua abſq; dubio fortior militat rõ in tacita,per temporis lapſum inducta,quam in expreſſa repudiatione. Quod manifeſte conſtat hac conſideratione:Nam ſi pater per renunciationem iſtã tacitam inductam per lapſum temporis admitteretur, ſequeretur maximum abſurdum & incõueniens,quòd euerteretur ſucceſſorium edictum,fieretq; lõgior mora creditoribus:contra prouiſionem.l.1.ff. de ſucceſſ. edic.§.cum igitur,Inſt.de bonorum poſſeſſ.ubi idcirco inductum eſt ſucceſſorium edictum,ne bona hæreditaria uacua ſine domino diutius iacerẽt, & creditoribus longior mora fierẽt:quæ quidem rõ in expreſſa renunciatione intra tempus conceſſum facta ceſſat. Et hæc eſt fundamentalis rõ communis opi. quam multũ nota. Et ex his ſi cum iudicio aduertas, clarè intelligẽs opi.Balduini ſuſtineri nõ poſſe,nec ad practicam(licet eſſet uera)reduci.Nam præſupponamus,quòd poſt tẽpus elapſum ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem filio à Prætore conceſſum,hoc eſt poſt cẽtum dies utiles,de quibus in d.l.fi.ff.quis ordo,uellet pater agnoſcere,propter filij tacitam repudiationem:intra quod tẽpus dices quòd debet agnoſcere?ſi perpetuò,iã tolletetur ſucceſſorium edictum,& prouiſio dictæ l.1.ff.de

ſucceſ.edic.& fieret præiudicium creditoribus, tū lon
giori mora, tum etiam quia eſſent incerti, quem debe
rent conuenire. Item ēt eſſet damnoſum alijs, qui uo-
cantur per ſucceſſorium edictum ad bonorum poſſeſ.
& ēt defuncto, prout ſentit Ang.in §.placebat, Inſt. de
legi.agn.ſucceſ.ubi ponit rōnes, quare eſt inductū ſuc
ceſſorium edictum. Si uerò ſtatim, uel intra certū aliud
tempus iam diceremus, quòd pater habet aliud caput:
quod eſſet ineptum dicere cùm non reperiantur niſi
quatuor in iure; nempè unde liberi, unde legitimi, un
de cognati, unde uir, & uxor ut tradit Ang.in d.§.place
bat. Et ex prædictis īfero rōnem ad tex.& quod ibi no
tant dd.ī l.is qui hæres.§.nec filius ſine patre.ff.de acq.
5 hær.ubi† filij expreſſa renunciatio patri non nocet, cū
tñ bonorum poſſeſſionis, uel hæreditatis tacita renun-
ciatio ex lapſu tēporis inducta ei noceat, ut habetur in
d.l.fi.ff.quis ordò in bonorū poſſ.ſeru. quòd oēs dd.ad
mittunt de iure antiquo (licèt de iure nouo per dictā
l.fi.C.de bo.quæ lib.aliqui contra cōem opi. malè ne
gant) ut ex noſtra quæſtione patet: & ſatis clarè hoc
probat l.non nunquā, ſupra citata.ff.de coll.bo. Quod
poteris ēt corroborare, nam per lapſum temporis ius
erat præſcriptum, & acquiſitum alijs, qui uocantur p
ſucceſſorium edictum, unde moratoria præſcriptio à
Principe, & nō ab alio remitti ſolet.l.quoties & ibi no
tat.C.de præc.Imp.offeren. Secundò infero, quòd ſi fi
lius repudiauerit expreſsè hæreditatem, uel bonorum
6 poſſeſſ.licet non nocebit† patri, quominus adire poſſit
hæreditatem, uel bonorum poſſeſſionem intra tēpus
à lege præfixum, hoc eſt, de iure ciuili intra 30. annos
per l.licet.C.de iu.delib.& de iure Prætorio intra 100.
dies, uel annum. Poſt prædictū autem tempus nō ad-

mittetur

Digitized by Google

mittetur pater. Et ita debet limitari & itelligi.d.l.is qui hæres.§.nec filius ſupra citata.quod eſt notandum,nã fortè contrarium eſt de mente aliquorum doct. Nam ſimpliciter oẽs affirmant,poſt repudiationem expreſſam fil:j,patrem admitti ad bonorũ poſſeſſionẽ agnoſcendam,uel hæreditatem adeundam,ſed reſtringi debet,dummodo intra tẽpus præfixum à iure agnoſcat, uel adeat.Pro quo urget l.nonnunquam,§.citata. Vnde ita l.fi.C.de bo.quæ lib.intelligi debet,& ẽt l.is qui hæres.§.fi.ſupra cita.aliàs.n.ſequeretur inconueniens, quòd eſſet ĩ poteſtate patris & filij nocere creditoribus,uel alijs,quibus defertur hæreditas,uel bonorum poſſeſſio; quod admitti non debet,contra regulã l.nõ debet alteri per alterum deterior cõditio inferri.ff. de reg.iu.Vnde licèt per l.fi. adempta filio poteſtas adeũdi,uel agnoſcendi,ad patrem transferatur,intelligitur dummodo pater adeat,uel agnoſcat legitimo tempore.Tertiò infero dictum doctorũ aliquorũ ſimpliciter & regulariter ſumptũ:quòd repudiatio tacita filij noceat patri,eſſe falſum,†cum taciti & expreſſi ſit idẽ iu-
7 dicium,per regul- ritatam iuris:niſi qñ prædicta repudiatio induceretur per lapſum tẽporis,ĩ quo maior rõ militat,quàm in expreſſa.Nam tẽpore elapſo,iam nõ poterit agnoſcere,uel adire,ſiue tacitè,ſiue expreſsè renũciauerit,ne fiat præiudiciũ creditoribus,& alijs ad ſucceſſionem uocatis. Et quòd tacita nõ noceat patri, ſicut nec expreſſa, probat Deci. contra communem in l.1.nu.39.& 57.C.qui admitti,& Lanc.Po.in trac. ſubſtitu.carta.13.Quia ſi tacita non reſultat ex curſu tẽporis,magis expreſſa,quàm tacita præiudicat:glo.in cle.ſæpe in uerbo,patribus,de uerb.ſigni. Quartò infero non eſſe ſecuram nec ueram limitationẽ commu-

8 nis opinionis,uidelicet,repudiationem† inductã lapſu teporis præfixi ad agnoſcendam bono.poſſ. filij malitia non nocere patri,quo minus agnoſcere poſſit:quã probauit Bar.in d.l.is qui hæres.§.nec filius,ubi Ro.& & Cum.uoluit ẽt Barth.Soc.in l.1.ff.de uulga.nu. 25. Alex.in d.l.1.C.qui admitti,nu.6.nam l.recuſari. ff.de acquiren.hær.non probat Bar.& dd.intentionẽ: & rõ s.dicta pariter militat,qñ maliciosè patitur labi tẽpus cum malitia filij non ſit ſufficiens cã ad tollendum ſuc ceſſorium edictum,cum præiudicio aliorum, ut s.dictum eſt.Pro quo urget,nam permiſſum eſt in iure repudiare, adhibita ẽt fraude, in præiudicium alterius quod conſtat ex l.qui autem in prin.ff.quæ in fraud.cre. Et iſtam limitationem reprehendit Dec.in l.1. lect. 1. nu.105.& 2.lec.nu.29.C.qui admitti Lanc.Poli.in tra cta.ſubſt.car.13.Zucardus in d.l.1.nu.49.C.qui admitti(licet contrariam communem teſtatur) reprobando Barb.in repet.Rub.C.qui admitti col.85.qui ponderabat l.fi.ubi dicit, reclamante nam qui malitiosè repudiat,non reclamat:quæ conſideratio eſt contra Bar.& Ang.per tex.ibi in l.recuſari ſupra citata.Nec obſt.ſecundum Zucardum l.recuſari,nam eius diſpoſitio procedit ẽt ſi malitiosè fiat,ut Bar.ibi & Ange.admittunt. Aduerte tñ circa prædicta,quòd non rectè ſentit gl.in l.fi.C.repu.bono.poſſ.& poſt eam Ferdinan. Vazquez ubi ſupra,nu.72.qui tradunt,de iure digeſtorũ filij expreſſam renunciationem,patri non nocere: per §.nec filius ſupra citatũ:unde ſentiũt hodie patri nocere,per l.fi.§.1.& §.ſimiliq; modo.C.de bo.quæ lib.quod non eſt uerũ:nam ſi cũ iudicio aduertas,prouiſio illius tex. nõ nocet,ſed patri prodeſt: nam recuſante filio adire, transfertur ius adeundi ad patrem, unde pater poterit

adire,

adire,uel repudiare.&l.is qui hæres.§.nec filius nõ cor
rigitur per l.fi.ſupra citatam.Dubitari tñ põt, an repu
diatio filij ualeat in eius præiudicium, ut ipſe filius po
ſtea ſui iuris effectus, ad ſuum commodum adire non
poſſit.& Ferdi.Vaz. ubi ſupra inclinat in partem affir-
matiuam,nẽpe ualere repudiationẽ,& nocere filio,ar
gu.§.nec filius ſupra cit.per locum à contrario ſenſu.
Item expresſius hodie per alleg.l.fi.C.de bo. quæ lib.
§.1.& §.ſimiliq; mõ, nam ibi filij repudiatio, transfert
ad patrem facultatem adeundi ſibi ademptam,& ita ſi
bi nocet.Nec ualet conſideratio Zucardi ubi ſ. q̃ præ
dictã l.fi.non agit de repudiatione, ſed de recuſatione
9 †& reclamatione filij,quæ longè differt à repudiatio-
ne:eſt.n.ſecundum eum,medium quoddam, inter adi-
tionem,& repudiationem:quaſi qui recuſat,nec adeat
nec repudiet,ſed ſubſiſtat:per l.quia poterat.ff.ad Tre-
bellian.Barto.tenet in l.recuſare.ff.eod.& urget quod
notat idem Bar.in d.l.quia poterat: quòd nolle adire
hæreditatem,non eſt repudiare.Sed certè contrarium
eſt uerũ,nã apud I.C.& Imperatores idẽ importat re-
cuſare,quòd repudiare hæreditatẽ:nam idẽ eſt dicere
recuſo,renuntio,omitto,nolo hæreditatẽ,quòd repu-
dio:ut declarat latè Bened.de Plumb.in repe.l. qui ſe
patris.C.unde liberi nu.7.pro quo eſt tex.in l.fi.C. de
repu.hære.l.filij.ff.ad Tert.l.quòd ſi minor.§.Scebola
ff.de min.l.ſi ſeruum.§.ſi quis ſuus.ff.de acq.hær.l.recu
ſari iũcta ſuperiori l.& ibi not.per dd.ff.eo.ubi tradũt,
recuſationem pro repudiatione aſſumi:licet contrariũ
malè uoluerint Bar.& Bald.in d.l.qui ſe patris,& poſt
gl.in l.2.C.de iuris & facti igno. quorum opinio intel
ligi debet,quo ad ſignificationẽ uerbi recuſare,nõ eſſe
idẽ quòd repudiare,ſed quo ad iuris intellectum & ef
fectum

ſectum idem importare: ut uoluit Sign. de Homodeis in d.l. qui ſe patris, nu. 11. Saluari etiam pōt Bar. opi. quando conſtaret contrarium de mente loquētis per eius confeſſionem, uel coniecturas, ut Plūbi. ubi ſupra, qui pro opin. Bar. citat l. 3. §. ſi is cuius ff. de ſepulchro uiola. imo repudiatur hæreditas non ſolum prædictis uerbis, ſed & facto, & quolibet iudicio uoluntatis: ita tex. & ibi Bar. & dd. in l. recuſari. ff. de acq. hær. Nā quæ ſufficiunt ad inducendam aditionem hæreditatis, ſufficiunt ēt ad repudiationem, per tex. in §. ſi. Inſt. de hæredum qual. & differ. Et prædictam l. recuſari. ff. de acqu. hær. inducit Bar. quem ſequitur ibi Ange. Io. de Imol. Are. & communiter dd. ſecundum Rom. ibi ad argu.

10 quòd ſi filia, quæ communem † habebat hæreditatem cum fratribus, diu ſtetit, quòd non petijt portionē ſuā & ſæpe petijt à fratribus pro neceſſitatibus ſuis, uidetur repudiare hæreditatem, & eſt excluſa, non ex ſolo curſu temporis, quia non præſcribitur, niſi longiſſimo tempore, ut in l. licet. C. de iure delib. ſed tacitè uidetur repudiaſſe, arg. l. Procula. ff. de probatio. Quod limitant Ang. & Io. de Imo. locum non habere, quando diu ſiluit cum fratribus, ſed nihil commune habuit cum eis, nihilq; ab eis petijt, nec rationem calculauit de aliquibus geſtis. Pro quo urget, nam ſolum tempus non eſt modus tollendæ, uel inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actioni. & oblig. tex. & ibi declarat Bar. & dd. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Quod aduertit etiam Rom. in d. l. recuſari, ubi amplius uult attentare contra communem: quòd ſi rationes nō calculauit, licèt aliquid petierit à fratribus, non ex hoc inducitur repudiatio tacita cum potius uideatur ab eis petere, ut à ſuis adminiſtratoribus: quos cenſetur con

ſtituiſſe

ſtituiſſe, eo ipſo quod adminiſtrationem fieri paſſa fuerit, arg. l. ſi non remunerandi. §. qui paſſus, & l. qui patitur. ff. mandati. Secundò limitat Io. de Imo non procedere, quando errauit in iure, cum iuris error impediat repudiationem l. Clodius Claudianus. ff. de acq. hær. quæ limitatio an ſit uera uide per Modernos ibi, nam non ſolùm doctores, ſed iuriſconſulti varij, varia ſenſere. Quòd autem ſupra cum communi ſententia concluſum eſt, filiũ, qui paſſus eſt, labi tempus, intra
11 †quod tenebatur agnoſcere bono. poſſeſſ. nocere patri: limitant dd. non procedere, quãdo pater eſſet abſens cauſa Reipublicæ, uel propter aliud iuſtum impedimentum, itaq; non potuit intra tempus iubere filio, ut bonorum agnoſceret poſſeſſionem: quo caſu filio ſuccurretur mediante in integrum reſtitutione, arg. l. cum quidam, cum ibi notatis. ff. de acq. hær. Quam limitationem ponit Alex. in d. l. 1. C. qui admitti. ſequitur Nigri in repet. ibi, reprobando nouiſſimos in tract. ſubſt. in materia uulgaris col. 3. quæſt. 11. qui uolebãt, quòd remedio ordinario ſine reſtitutione ſuccurratur, per l. fi. C. de bonis, quæ libe. quæ l. non habet locũ qñ tempus lapſum eſt, ſed aliter repudiatum, ſecundùm communem. Et ſic concludunt Areti. & communiter alij ſecundùm eum in d. l. cum quidam, quòd illa l. nõ eſt correcta per d. l. fi. C. de bonis quæ lib. De quo arti. uide Zucar. in d. l. 1. C. qui admi. nu. 53. Secundò tu limita, quando delata eſt hæreditas matris filio, quo ca
12 ſu poterit indiſtinctè, ſiue expreſſam, ſiue tacitam, † repudiationem infra annũ reuocare. l. filii. ff. ad Tert. gl. in l. fi. C. de repu. hær. Sed aduerte, quòd iſta limitatio locum non habet in noſtra ſpecie, quando tempore, non autem repudiatione eſt excluſus. Nam quando quis

quis temporis lapſu repudiauit, funditus eſt excluſus, adeo quòd amplius agnoſcere bonorum poſſeſſionẽ non poteſt, nec hæreditatem adire: ita Alex. in l.fi. C. de repu.hær. qui limitat l.illam, quòd ſuus nõn poteſt reuocare abſtenſionem, quãdo tempore fuit excluſus.

SVMMARIVM.

1 *Legitima liberis debetur iure naturæ.*
2 *Legitima liberis debetur, tam teſtamento condito, quàm ab inteſtato, & contra teſtamentum.*
3 *Filius tria habet remedia ad conſequendum legitimam contra teſtamentum.*
4 *Filius in poteſtate conſtitutus, debet institui uel exhæredari, pro forma teſtamenti: qua non ſeruata, filio competit ius dicendi nullum, & bono.poſſ.cont.tab.*
5 *Filio præterito cum cauſa legitima, competit ius dicendi nullũ querela tamen quando habetur præteritio pro exhæredatione.*
6 *Exempla, in quibus filius præteritus cum cauſa non intelligitur exhæredatus.*
7 *Exhæredatio inducitur ex ſola mente teſtatoris uolentis filium ſuum ab hæreditate ſua, per quæcunq; uerba, remouere.*
8 *Filio præterito cum cauſa legitima, probata cauſa an conualeſcat teſtamentum.*
9 *Teſtamentum quando eſt nullum ex cauſa præteritionis filij, res ad cauſam inteſtati reducitur.*
10 *Filius an repellatur à ſucceſſione ab inteſtato propter ingratitudinis cauſam.*
11 *Exhæredato filio à patre qui eum in poteſtate habet, quando cõpetat iusdicendi nullum, & quando querela.*
12 *Exhæredatus filius cum cauſa legitima, probata cauſa caret omni auxilio, & nu. 16.*
13 *Emancipato filio præterito, quod remedium competat.*
14 *Filio emancipato exhæredato, quod remedium competat contra parentis teſtamentum.*

Filio

15 *Filio vel deſcendenti præterito vel exhæredato, quod remedium competat contra teſtamentum matris, vel lineæ maternæ.*

16 *Bonorum poſſeſsio contra tabulas, an competat hodie contra matris teſtamentum.*

18 *Ingratitudinis cauſæ quæ ſint.*

19 *Poſthumus an poſsit exhæredari.*

20 *Impubes poteſt exhæredari, ſi ſit proximus pubertati.*

21 *Ingratitudinis cauſam hæres tenetur probare.*

22 *Ingratitudo filij, per duos probatur teſtes omni exceptione maiores.*

23 *Teſtes infames infamia facti, non admittuntur ad probandam ingratitudinem.*

24 *Filio poſſunt alimenta denegari, ex cauſis ex quibus exhæredari poteſt.*

25 *Filia priuatur dote propter cauſam ingratitudinis, ex qua poterat exhæredari.*

26 *Filius priuatur maioratu, propter cauſam ingratitudinis, propterquam poterat exhæredari.*

27 *Legitima filiorum quæ ſit: & quod hodie eſt aucta de iure authen. & Regio.*

Quibus remedijs liberi expugnare poſſunt teſtamenta parentum in quibus præteriti ſunt, aut exhæredati, vt legitimam conſequantur ſucceſſionem. Cap. VIII.

1 LEGITIMA † liberis debetur de iure naturali l.ſcripto ff.vnde liberi l.nam & ſi parentibus ff.de inoffi.teſta.l.cum ratio ff.
2 de bonis dam. Et hinc eſt, † quòd non ſolum ab inteſtato eis ſucceſſio defertur à lege, vt conſtat per l. 1. & per totum tt. ff. & C.de ſuis & legi.hære.& inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta. Sed etiam eis lex dat legitimam teſtamento condito, et con

R tra

3 tra teſtamentum parentum ad conſequendam † legitimam concedit tria remedia: Ius dicendi nullum, quod eſt remedium ciuile, & durat per 30. annos l. licet & ibi notant dd. C. de iure delibe. Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quod eſt auxiliũ Prætoris, & exſpirat anno, l. 1. §. largius ff. de ſucceſſ. edicto: Item quærela inofficioſi teſtamenti, quæ quinquennio finitur, l. ſi quis filium in fi na. verbis C. de inoffi. teſta. l. ſi autem ff. eod. declarat Couar. in c. Rainutius in princ. nu. 5. extra de teſ. de auxilio autem iuris agendi ad ſuplementũ alio loco agendum ſeparatim eſt. Ad rem igitur deueniendo, quando filius vel deſcendens eſt in poteſtate parentis, iure con-
4 ſtitutum eſt, quòd inſtituatur vel exhæredetur † pro forma teſtamentorum, l. inter cætera ff. de lib. & poſth. tex. in prin. inſt. de exhæred. lib. Et hinc eſt, quòd ſi filius in poteſtate patris conſtitutus, præteritus eſt à patre, vel ab aſcendente, tanquam forma teſtamenti non ſeruata, teſtamentum eſt ipſo iure nullum: quia defficit in ſubſtantialibus, vt in prædictis iuribus probatur, & in l. filio præterito ff. de in iuſto rup. & tex. in auth. non licet, & in auth. ex cauſa C. de lib. præ. vel exhær. & in auth. vt cũ de appella. cog. §. aliud quoq; capitulum: cum quibus concordat Regia l. prima tit. 8. par. 6. Itaq; in hac ſpecie filio competit ius dicendi nullum. Præterea, quando filius eſt præteritus in patris poteſtate conſtitutus, auxilio inſuper bonorum poſ. iuuatur, l. maximum vitium §. ſancimus C. de lib. præ. vel exhær. l. poſthumo nato C. de bono. poſ. cont. tab. declarat Bar. nu. 12. & poſt eum dd. ibi in auth. ex cauſa C. de lib. præ. vel exhæ. Quod
5 eſt vſque † adeò verum, teſtamentum, ſcilicet, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, nullum eſſe, vt ſibi locum vendicet, etiam ſi cauſa legitima ingratitudinis (vna ex illis

illis quatuordecim contentis in auth. vt cum de appella tio. cog. §. cauſas) inſerta in præteritione ſit: glo. in auth. de hæred. & Falci. §. exhæredatos, in verbo noluit, Bart. in authen. ex cauſa nu. 12. C. de lib. præ. ubi Iaſ. nu. 8. cōmunem teſtatur, & Curtius Iuni. nu. 36. idem Iaſ. in l. in arenam C. de inof. teſt. eam amplectitur. Alex. in auth. non licet col. 4. C. de lib. præ. communem aſſerunt Soc. & Ioan. Crotus in §. & quid ſi tantum fol. 8. col. 1. vbi Galiaula nu. 45. l. Gallus ff. de lib. & poſthu. quos refert & ſequitur d. Couar. in c. Rainutius in prin. num. 1. extra de teſta. Sed aduerte, quòd hæc cōmunis opinio, quòd quando filius in poteſtate præteritus eſt, cum cauſæ legi timæ inſertione, habeatur pro præterito, & nō pro exhæredato, vix poteſt uerificari: nam ferè ſemper habetur pro exhæredato, & ita non competit ius dicendi nullum, ſed quærela inofficioſi teſta. & eſt teſtamentum validum ipſo iure, vt aduertit Aretinus in d. §. & quid ſi tantum nu. 20. Crotus ibi nu. 52. ubi Coſta 3. par. num. 165. Pau. Caſ. in l. ſi filius qui in poteſtate ff. de lib. & poſ. 3. col. Viglius in §. emācipatos nu. 4. inſt. de exhæred. lib. Couar. in c. Rainutius nu. 2. Antonius Gom. variarum reſol. 1. tomo c. 11. nu. 2. quæ ſententia probatur optime in l. 3. C. de lib. præ. cuius verba ſunt: Si quis filium propriū ita exhæredauerit: Ille filius meus alienus meæ ſubſtantiæ fiat: talis filius ex huiuſmodi verborum conceptione non præteritus, ſed exhæredatus intelligitur: cum enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, verborū interpretatio nuſquam tantū valet, vt melior ſenſu exiſtat. Ex quo tex. prædicti dd. colligunt ſecurè, quòd ſi verba illa, Filius meus alienus meæ ſubſtantiæ fiat, inducunt exhæredationem; & non præteritionem: Simili modo dicendum eſt, quòd verba prætereo filium quia

me verberauit, exhæredationem demonſtrant: ſufficit enim vt æquipolentibus verbis fiat exhæredatio, ſicuti dicimus in inſtitutione hæredis, quæ fieri nominatim debet, & tamen ſufficit ſi verbis æquipolentibus inſtitutio fiat; vnde licet teſtator non dicat, inſtituo Titium, ſi tamen his verbis vtatur, Titius ſit dominus meorum bonorum, inſtitutus rectè intelligitur §.cæterũ inſti. de militari teſta. Regia l.6.tit. 3.parte 6.vel Titius hæredita tis meæ dominus eſto l.his verbis 48.in prin.ff.de hæred. inſt. Et hæc ſententia corroboratur per authen.non licet ſupracita. nam verba illa niſi cauſa ingratitudinis, referenda ſunt tam ad præteritionem, quam ad exhæredationem.
6 Vnde Doctores variant † in exẽplis in quibus communis opinio verificari poſſit, quòd filius, videlicet, ſit præteritus cum cauſa à patre, & non videatur illũ exhæredaſſe, vt teſtamẽtũ nõ valeat ipſo iure, neq; ſit neceſſe illum expugnare per quærelam. Concludunt tamen, quòd quando præteriſſet filium cum cauſa legitima, per verba exhæredationem minime ſignificantia, quòd teſtamentum eſſet ipſo iure nullum: & primum exemplum receptiſſimum eſt, quando pater ita dixiſſet in teſtamento: lego filio meo centum tantùm, adiecta cauſa ingratitudinis, videlicet quia me verberauit: nam nulla expreſsè facta eſt mentio præteritionis, vel exhæredationis, ideoq; præteritus cenſetur, arg. tex.in §.eadẽ inſti.de hæred.quæ ab int.def.l.pe.C.de fideicom. quod exemplũ adduxit Bar.in l.1.in fi.prin.ff.ſi à parente quis fuerit manu.& placet Viglio in §.emãcipatus nu. 4.inſti. de exhæred.lib.Couar.& Coſta vbi ſupra & Alb.nu.26. & Sali.nu.6.in auth.ex cauſa C.de lib. præteri. Secundum exemplum adducit Bar. vbi ſupra, quod ſimiliter Coſta ſequitur: cum ita teſtator ſcripſerit: Titium filium

meum

meum neque inſtituo neque exhæredo, quoniam &c. quod etiam ſequitur Ant. Gom. in d.c.11.nu.4. Sed licet prædicti dd. tanquam receptum adducunt hoc exẽplum, omnino tamen reijciendum eſt; nam apertè conuincitur ex tex. in d.l.3.C. de lib. præ. vbi exhæredatio in
7 ducitur ex † ſola mente teſtatoris, volentis filium ab hæreditate ſua per quæcunq; verba remouere, qualia ſunt, Filius meus alienus meæ ſubſtãtiæ fiat, quæ ibi habẽtur: vel ſi ita concipiat teſtator: prætereo filium, vel nihil ei relinquo, vel neq; inſtituo neq; exhæredo: nam hæc omnia inter ſe effectu non differunt, vt voluit Couar. & Vigilius ubi ſupra, Cornc. in d.l.3.nu.4. ſentit Iaſ. ibi in fi. & Igneus in d. auth. ex cã nu. 10. Præterea erit aliud exemplum præteritionis cum cauſa, quando teſtator ita cauit in teſtamento: extraneo inſtituto, declaro filium meum talem cauſam ingratitudinis in me commiſiſſe: quo caſu dicetur præteritus cum cauſa, & habetur pro exhæredato. Itaque filius agere debet quærela inofficioſi teſt. & non iure dicendi nullum, tanquam verè præteritus, vt Igneus, & Ant. Go. in locis ſupracita. voluerunt, & receptum eſt. Et ex ſupradictis non pauci effectus, & vtilitates ſequuntur, quos adnotauit Ant. Gom. vbi ſupra. Prædicta autem communis opinio, quòd quando filius præteritus eſt cum cauſa legitima, teſtamentum ſit ipſo iure nullum, in caſibus in quibus non inducitur exhæredatio, limitatur locum non habere, quando cauſa ingra-
8 titudinis ab hærede probata ſit: † quo caſu conualeſcit teſtamentum, & filius ſuus à ſucceſſione repellitur, vt affirmat Ang. in auth. non licet nu. fi. C. de lib. præte. vbi Iacobinus de ſancto Georgio dicit non eſſe ab hac ſententia in praxi recedendum. ſequitur Pau. Caſ. nu.5. & Sali. nu.6. & Iaſ. nu.1. in fi. Curtius Iun. nu.39. in auth. ex,

cauſa

cauſa C.de lib. præteri.eã tenet Galiaula in d. §. & quid ſi tantum nu.46.Coſta vbi ſupra nu.166. eam defendit arg.l.filio præterito ff.de iniuſ. rup. Sed tamen hæc limitatio non eſt admittenda,neq; ſuſtineri poteſt, quòd teſtamentum nullum poſtea conualeſcat,probata cauſa ab hærede: & ita Angeli opini.reprobat Alex.colu.pe. & fi.in d.auth.non licet,ubi Cur.Iun.nu.15.Corne.in d. auth.ex cauſa nu.28.& contra eam vrgẽt tradita à Bar. ibi nu.12.verſi.expediti,dũ dicit,quòd tex. in d. §. aliud quoque capitulum,procedit in præteritione filij emancipati, vel in materna: vnde in præteritione ſui nihil prodeſſe cauſam inſeri,& probari ſenſit: & hãc partem ſequitur Couar.vbi ſupra nu.7.omnes hoc affirmãt hac conſideratione. Nam ſi teſtamentum eſt nullũ in quo filius eſt præteritus,inſerta cauſa legitima, hæres ſcriptus non poteſt ex eo hæreditatem adire, & per conſequens neque cauſam ingratitudinis probare:nam quan
9 do teſtamẽtum eſt nullum † cauſa præteritionis filij, res ad cãm inteſtati reducitur, iuxta tex.in l.1.§. fi.ff.ſi tab. teſt.nul.ex ta.Sed cauſa ingratitudinis quæ repellit filiũ à ſucceſſione ex teſtamento,nunquã repellit eum à ſuccẽſſione abinteſtato l.in arenam, & l. omnimodo uerſi. nam ſi nullam C.de inoffi.teſt.vrget l. cognatis ff. vnde cogna.licet in hoc articulo idem Ange.per tex. & glo. ibi in verbo,lucrum,in auth. de nuptijs §. ingratitudinẽ
10 affirmat,etiã ſucceſſores ab inteſtato † repelli,ex ingratitudinis cauſa contra defunctum,de cuius ſucceſſione agitur,commiſſa: quam ſententiam corroborat d. Couar.vbi ſupra nu.7.per l.3.§.fi.ff.de adim.leg.vbi legatũ tacita voluntate teſtatoris cenſetur ad emptum,ſi legatarius ſit factus inimicus teſtatoris poſt conditum teſtamentum. Sed fortius pro Angeli opin. vrget l.is autẽ,
iuncta

iuncta l.præcedenti ff.de iure patro.vbi poſtquam in ſuperiori lege dictum eſt, patronum qui capitis libertum accuſaſſet, excludi à bonorum poſſeſſione contra tabu. ſubſequitur l.is autem, cuius verba ſunt: Is autem neq; ad legitimam hæreditatem, quæ ex lege XII. tabularum defertur, admittitur. Et Ang. ſententiam amplectitur Iaſ.in l.cum mota nu.17.C.de tranſac.& in auth. ex cauſa col.3.C.de lib.præte.& in auth. non licet col. pen. eo. Corſetus in ſing. ſuis in verbo, ingratitudo: Sed hæc Angeli opin.falſa, & non tenenda eſt, & contra Ang. uerior & communis ſententia eſt, vt concludit Couar.vbi ſupra nu.7.citans contra eum Are.in l. 3.§. filius nu. 8. ff.de lib. & poſth. Imo. in l. filio præterito nu. 31.ff.de iniuſ.rup. Alex.in auth.ex cauſa col.pen. Cur. Iun. nu. 17. in d.auth.non licet, & Ripã in l.fi.q. 47. C. de reuocan. dona. quod corroboratur per tradita à Bar. Pau. & Iaſ. nu.9.in l.fratres C.de inof.teſt.vbi cõmu.eſſe affirmant, quòd cã ingratitudinis non nocet fratri, in ſucceſſione ab inteſtato, de iure cõi, de iure Regio eſt ſecus: duo etenim ſunt neceſſaria ad excludẽdũ filium à patris ſucceſſione, cãm videlicet ingratitudinis à patre nominari, & ab hærede probari, vt colligitur ex d.§.aliud quoq; capitulũ, & expreſſius ex l. regni: quod corroboratur per l. fi.C.de reuo.dona.c.fi.de donati.concordat Regia l.pe. tt.4.par.5.vbi donatio non reuocatur ab hærede donatoris ob ingratitudinem. Non obſtat tex. & ibi glo. in d.§.ingratitudinem, quia loquũtur in caſu ſpeciali de quo ibi, & in ſucceſſione fratris extraordinaria, de qua infra in ſucceſſione collateralium agemus. Non obſtat etiam l. 3.§.fi.ff.de adim.leg.nam reſp. d. Couar. quòd procedit in ademptione legatorum, quæ tacita voluntate, & præſumpta fit, cum voluntas teſtatoris ſit de ambu

latoria

latoria uſque ad mortem: ſed in noſtra ſpecie agitur de tollenda hæreditate quæ à lege defertur, & difficilius aufertur hæreditas quam legata, quæ ſola nuda voluntate adimi poſſunt. Non obſtat l.is autem, cui occurri pôt ex Bar. in l. fratres in fi. C. de inoffi. teſta. & ex Albe. in d. l. cognatis, quòd tex. ille loquitur ī ſucceſſione quæ tantum à lege defertur, noſtra verò quæſtio procedit in ſucceſſione & hæreditate, quæ non ſolum à lege ciuili, ſed etiam à lege naturæ defertur, cuius differentiæ ratio manifeſta eſt: nam cum patronus à lege habeat ius ſuccedendi propter meritum, nimirum ſi facilius illud amittat propter demeritum: cum habeamus, quòd per quaſcunque cauſas res naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Cum autem filijs debetur ſucceſſio, non ſolùm ex lege, ſed etiam naturali ratione, vt ſupra in principio dictum eſt, difficilius tollitur, argu. tex. in l. ius agnationis ff. de pactis l. iura ſanguinis ff. de reg. iu. Ang. tamen & aliorum opinio vera eſt, in caſibus in quibus filius in poteſtate eſt præteritus cum legitima cauſa, tamen præteritio pro exhæredatione habetur, vt communiter fit, vt ſupradictum eſt: quia tunc cum teſtamentum non ſit nullum ipſo iure, ſed competit querela inofficioſi teſtamēti, probata cauſa, filius repellitur, ſicuti filius à matre præteritus cum legitima cauſa, ut tradit Bar. receptus in auth. ex cauſa nu. 12. C. de lib. præte. & eſt communis opinio in d. auth. ex cauſa, & in l. filio præterito ff. de iniuſto rup. vt teſtatur Couar. vbi ſupra nu. 8. Quando autem filius in poteſtate † exhæredatur à patre, vel à parente per lineam paternam qui eum habet in poteſtate, tunc olim valebat teſtamentum ipſo iure, ſed filio competebat querela inofficioſi teſta. ita intelligitur l. 1. 2. & 3. & totus tit. ff. de inof teſt. & probatur

11

fere

ferè per totum tt.C.& inſt.eo.hodie tamen ſi in exhære-
datione filij non eſt appoſita cauſa legitima, teſtamen-
tum eſt ipſo iure nullum, nam inſertio cauſæ legitimæ 1
ingratitudinis in exhæredatione, de iure nouiſſimo ne-
ceſſaria eſt, per tex.in authen.non licet C.de lib. præ. &
per authen.vnde ſumitur, vt cum de appellatione co-
gnoſ.§.aliud quoque capitulum: cum quibus concor-
dat Regia lex 10.ti.7.par.6. Et ita determinat Bar.per
illum tex.in d.auth.ex cauſa nu.12.& ibi ſequuntur cō-
muniter eum dd.vbi Curtius Iuni. nu. 42. & tenet glo.
ibi in verbo, irritum, & communiter ſequūtur dd.in di-
cta authen.ex cauſa,& in dicta l.filio præterito teſte Co
uar.vbi ſupra nu.6.& eam aſſerit communem idē Bart.
in l.filio præterito ff.de iniuſto rup.nu.19.Areti.in auth.
non licet ſupracita.Mincha.ſucceſſi.creati §.20.nu.172.
Nā ſi non eſt appoſita cauſa exhæredationis, forma non
eſt ſeruata, & ideò licet filius exhæredatus probetur in-
gratus, cum forma expreſſionis cauſæ non ſit ſeruata,
teſtamentum eſt nullum:nam licet non peccaret in l. na
turæ,cum pater offenſus ſit,peccat tamen in forma,& id-
circo ſubſtantia deficit,& actus eſt ipſo iure nullus, arg.
tex.in l.cū hi §.ſi Prætor ff.de tranſactio.l.3.§.non quæ-
uis ff.de contra tab. Et hæc opinio tenenda eſt (licet
contrarium multi Doctores affirmant) & eſt ſatis proba
bile, iura antiqua in hac parte non corrigi per illas no
uellas conſtitutiones; quòd videtur velle glo.vl.in fi.in
l.ſi quæramus ff.de teſta.quam defendit Imola in l.1.nū.
6.ff.de teſta.& Igneus in authen.ex cauſa nu. 28. & nu.
231.& Iaſ.ibi nu. 18.Viglius in Rubr.nu.4.de inof. teſt.
Fer.Vazquez Mincha.in d.§.20.nu.163.& 168.& 172.
de qua infra latè agemus. Præterea venit per bonorū
poſſe.contra tabulas:nam licet ſit exhæredatus, non eſt

ritè exhæredatus per l.non putaui §.non quæuis ff.de bo-
no.poſſe.cõtra ta.ita Bar.in d.auth.ex cauſa nu.12. cum
12 quo tranſeunt dd. Si verò † cauſa legitima ingratitudi
nis in exhæredatione eſt inſerta, filius caret omni auxi-
lio: ita tenet Bar.in d.auth.ex cauſa nu.12.per tex.in au
then.de hæred.& Falci.in §.exhæredatos,Couar. vbi ſu
pra nu.8. Si verò non eſt probata cauſa inſerta legiti-
ma,teſtamentum reſcinditur per quærelam,glo.in d. au
then.ex cauſa in verbo,irritum,& poſt eam Bart. ibi nu.
13 12.& communiter alij dd. Filius † verò emancipatus,ſi
eſt præteritus ſine cauſa,teſtamentum eſt nullum, ſicut
ſi filius in poteſtate eſſet præteritus: nam hodie compe-
tit ius dicendi nullum de iure ciuili, per dictas nouellas
conſtitutiones,in d.authen.non licet,& §. aliud quoque
capitulum,& §.ſiue igitur. Præterea venit per contra
tabulas,vt in filio in poteſtate dictum eſt,glo.in authen.
de hæred.& Falci.§.exhæredatos in verbo, noluit,& in
prin.glo.2.inſt.de inof.teſt.& in §. noſtra in verbo,eun-
dem,inſti.de exhære.libe. teſtatur communem Viglius
in §.emancipatos inſt.de exhæreda.libe.& Iaſ.in l. fi. C.
vnde legi.nu.8. Curti.Iun.in authen.ex cauſa num.44.
Couar.vbi ſupra nu.4.Coſta vbi ſupra nu.163.par.3.§.
& quid ſi tantum,aſſerit etiam cõem Fer.Vaz. Mincha.
in d.§.20.nu.168.nam in dictis nouellis conſti.ex igi-
tur,quòd filius cum cauſa ſit præteritus, vel exhæreda-
tus pro forma,licet Couar.fateatur,quòd hæc eſt diſpu-
tabilis quæſtio:an hodie illæ conſtitutiones in hac ſpecie
corrigant iura antiqua,vt apparet ex Iaſ. vbi ſupra nu.
18.& ex Igneo in d.auth.ex cauſa nu.60. & ex Mincha.
vbi ſupra: de quo articulo in alio loco agemus. An ſci
licet filius emancipatus præteritus, nulla cauſa adiecta,
non ſolum bonorum poſ.contra tabulas habeat, vt olim

tantùm

tantùm habebat, per §. emancipatos inſt. de exhæredatio.libe.ſed etiam ius dicendi nullum, pro vt filius in poteſtate habet: receptiſſimum enim eſt, quòd nulla eſt differentia, à quo non eſt recedendum, ſed probabilis eſt contraria aſſertio. Quando autem filius emancipatus præteritus eſt, cauſa ingratitudinis inſerta, in hoc eſt differentia inter ſuum & emancipatum, nam ſuus dicit teſtamentum nullum, item per bonorum poſſeſ. contra tabulas teſtamentum impugnat, vt ſupradictũ eſt: emancipatus verò ſolùm bunorum poſſeſ. contratabulas habet, per tex.in §.emãcipatos inſti.de exhæred.lib.ita concludit Bart.in d. authen. ex cauſa nu.12.per notata per glo.in d.§.exhæredatos, quam dicit communem opinionem Couar.vbi ſupra nu.3.& Coſta nu. 164. Sed aduerte, quòd in caſibus in quibus præteritio cum cauſæ legitimæ expreſſione, per legem tertiã C. de lib. præte. ſecundum ſententiam Areti. in d. §. & quid ſi tantum nu.20.& aliorum (de qua in ſucceſſione filij in poteſtate ſupra latè actum eſt) bonorum poſſeſſio contratabulas non competit filio emancipato, ſed cum præteritio habeat vim exhæredationis, filio competit quærela, vt de filio ſuo, & in poteſtate conſtituto ſupradictum eſt: & in ſequenti quæſtione dicetur. Quando verò filius emancipatus eſt exhæredatus, nullum eſt diſcrimen inter filium in poteſtate patris conſtitutum, & emancipa-
24 tum: itaq; ſimiliter † filio emancipato exhæredato competit quærela: hanc opinionem tenet glo.in d.§.exhæredatos in verbo, noluit, in authen.de hæred.& Fal.& glo. in §.in noſtra inſti.de exhæreda.lib. Bar.in d. authen.ex cauſa num.12.vnde recurre ad diſtinctionem de filio in poteſtate factam, de qua ſupra. Filius verò vel deſcen
25 dens, † quando agitur de teſtamento matris, vel aſcen-

dentis ex linea materna, nihil intereſt, an ſit præteritus, vel exhæredatus, cum præteritio matris, & lineæ maternæ, pro exhæredatione habeatur, §. mater inſti.de exhæred.lib. per quem tex. ſi olim filius erat præteritus, vel exhæredatus, competebat filio quærela inofficioſi teſta. hodie verò diſtinctio hæc communiter tenetur, quòd ſi filius à matre, vel à linea materna eſt præteritus, vel exhæredatus, non adiecta cauſa legitima, teſtamentum ipſo iure eſt nullum, per illas nouellas conſtitutiones, authen. videlicet d. non licet, & §. aliud quoq; capitulum & §. ſine igitur verſi. ſin autem hæc obſeruata, & verſi. ſin autem hæc omnia in authen. vt cum de appellati. cognoſ. colla. 8. Ex quibus vt ſupra ſæpius dictum eſt, de ſubſtantia teſtamenti eſt, vt cauſa legitima ingratitudinis in præteritione, vel exhæredatione exprimatur: aliter talis præteritio vel exhæredatio matris, ſine legitimæ cauſæ expreſſione, nullius eſt momenti, & teſtamentum eſt nullum, tanquam forma non ſeruata: Itaq; filio non dabitur quærela ſicut olim, ſed ius dicendi nullum, vt in præteritione à patre facta dictum eſt, per d. l. inter cætera ff. de libe. & poſthu. & expreſsè iſtam ſententiam firmauit glo. in dicto §. exhæredatos in verbo, noluit, & in l. filiam præteritam glo. 1. C. de inoffi. teſta. vbi eam ſequitur Paul. & alij, Alex. nu. 11. Curt. Iun. in dicta auth. non licet nu. 14. vbi Iacobi. nu. 15. Guil. Benedi. in repe. c. Rainutius in verbo, in eodem teſtamento, primo, nu. 252. Gualden. de arte teſtādi ti. 3. caut. 15. Docto. in §. mater inſti. de exhæred. lib. Bar. in d. authen. ex cauſa nu. 12. vbi Curtius nu. 8. & 47. communem teſtatur Anto. Gom. vbi ſupra c. 11. nu. 35. Gregorius Lup. ī glo. 2. Regiæ l. 1. ti. 7. par. 6. receptam appellat Minchaca in d. §. 20. nu. 172. & ab hac opinione puto non eſſe recedendum

dum: licet multi affirment contrarium: Imò quòd illæ nouellæ conſtitutiones in noſtra ſpecie non corrigant ius antiquum, nec detur ius dicendi nullũ, ſed ſicut olim, quærela competat per d. §. mater inſt. de exhæred. lib. & hæc opin. videtur placere glo. fi. in fi. l. ſi quæramus ff. de teſta. eam defendit Ioannes de Imola in l. 1. nu. 6. ff. de teſta. Iaſ. poſt Fulgo. ibi nu. 3. probabilem dicit (licet non audet à communi recedere) in authen. ex cauſa ſupracita. num. 18. vbi Igneus nu. 8. latè examinat, Viglius in §. emancipatos nu. 3. inſtitu. de exhære. libe. & in rubr. Inſt. de inof. teſta. nu. 4. Alcia. in l. 7. nu. 12. ff. de lib. & poſth. Zucardus in repe. l. poſthumo nato. 2. parte nu. 75. & 81. Ferd. Vaz. Men. vbi ſupra §. 20. nu. 161. 168. & 172. & hæc opinio contra communem diſputabilis eſt, & defendi in puncto iuris poteſt. Et ex prædicta communi ſententia, quòd quando eſt præteritus, vel exhæredatus ſine cauſæ expreſſione à matre, teſtamentum eſt nullum ipſo iure, nec hodie competit filio quærela, ſed ius dicendi

16 nullum, † oritur maximum dubium. Vtrum deciſio tex. in l. illud §. ad teſtamenta ff. de bono. poſſeſ. contra tab. ſit ſimiliter hodie correcta: Inquit. n. tex. Ad teſtamenta fœminarum, edictum contra tabulas bonorum poſſeſſionis non pertinet, quia ſuos hæredes non habent: Monet dubium, nam ratio quare ad teſtamẽta fœminarum edictum bonorum poſſeſſi. contra tab. non pertinet, eſt, quia præteritio matris, & lineæ maternæ pro exhæredatione habetur, vt ſupra dictum eſt: & exhæredatis non competit bonorum poſſeſſio contra tabulas l. nõ putaui in prin. ff. de bono. poſſe. contra. quam rationem aſſignauit glo. in d. §. ad teſtamenta, & cum ea tranſit Bart. ibi. Sed cum hodie iure nouiſſimo authen. per illas conſtitutiones conſtitutum ſit, quòd ſi filius ſit præteritus à matre,

tre, vel ab aſcendenti per lineam maternam, ſine legitimæ cauſæ expreſſione, præteritio non habetur pro exhæredatione, ſed teſtamentum ſit ipſo iure nullũ: vndè cum præteritio matris, & patris à pari hodie procedant; ſicut in paterna ſucceſſione datur bono.poſſe. contra tabul.filio, ita in materna: pro quo facit, nam correcta ratione legis, corrigitur neceſſario lex, iuxta glo. receptã in l.1.in prin.ff.de legi.tuto.in verbo, prouidentia. Præterea vrget pro hac parte, nam quando duo caſus ſunt æquiparati per l.antiquã, in illa materia de qua agitur; lex noua corrigẽs in vno, videtur corrigere in alio, Bar. & dd.in l.Marcellus in prin.ff.ad Trebelli.Bar.& dd.præcipuè Mari.Soci.in l.2.ff.de lega.1. Sed cum per l.antiquam ſunt æquiparata hæc duo remedia, ius dicẽdi nullum, & bonorum poſſeſſio contra tabu.negatiuè, & affirmatiuè dicendum erit, quòd lex noua corrigens in iure dicendi nullũ, locum habeat in bono.poſſ.contra.& quòd ſint parificata per l.antiquam conſtat ex pluribus legibus, quibus cauetur, quòd bono.poſſ.contra.tab. datur, quibus de iure ciuili competit ius dicendi nullum l. non putaui in principio, ibi, ſicut iure ciuili, & l.ſi in adoptionem verſi.exemplo ff.de contra tabu. per quæ iura ita adnotauit Bar.in l.ſi poſt mortem §.fi.ff.eod. Tu verò corrobora hoc argumentum: quòd quando duo ſunt exæquata per l.antiquam, per modum regulæ, lex noua diſponens, vel corrigens in vno, extenditur ad aliud nõ expreſſum, Ioan.Bapt.Cacialup.in repe.l.omnes populi nu.259.ff.de iuſti.& iure, poſt glo.fi. in l. ſi quis ſeruo C.de furtis: vnde in noſtra ſpecie l.antiqua quæ diſponit per modum regulæ, quòd quibus de iure ciuili competit ius dicendi nullum, datur bonorum poſſeſſio cõtra tabulas, cõprehendit caſus in quibus de iure nouo

competit

competit ius dicendi nullum: & ita lex noua extenditur paſſiuè ad antiquam,quia antiqua ad eam trahitur, per l.non eſt nouum cum ſeq.ff. de legi. Rurſus vrget conſideratio hæc, nam filius non repellitur à bono. poſſeſſi. contra tab.propter exhæredationem, quando exhæredatio non eſt ritè facta l.non putaui §.non quæuis ff. de bono.poſſ.contra tabu. Sed in noſtra ſpecie, quando filius à matre exhæredatus eſt,ſine expreſſione cauſæ legitimæ,exhæredatio nõ eſt ritè facta, cũ pro forma cauſæ expreſſio requiratur, vt probatur ex dicta auth.non licet. & hæc opinio videtur de mente Bart.in d. §. ad teſtamenta,& expreſsè eam firmat Ange.in l.1.C. de bono.poſſ.contra tabu.in l.poſthumo nato,vbi Iaſ.nu. 17. & Zucar.nu.70.Hypoli.Rimi.nu.531.Grego.Lup.Hiſpanus in glo.in verbo,el teſtatodor,in Regia l.1. tit. 7. par.7.Roma.conſi.89.Alex.conſ.39.nu.5.vol. 2.& hãc dicit videri communem,licet eam non admittit, Deci. in dicta l.poſthumo nato 1.lectu.nu.8. Sed prædictis nõ obſtantibus,contraria opinio mihi verior videtur,quòd nullo modo contra teſtamentum mulierum detur bonorum poſſeſſio contra tabulas,& quòd §.ad teſtamenta,hodie non ſit correctus: quam ſententiam firmauit idem Alex.in d.l.poſthumo nato vbi Deci.in 1.& 2. lectu.nu.8.& Curt.Iun.nu.41.idem Alex.in rubr.nu.1.C. vnde libe.& in l.in ſuis in fine ff.de libe. & poſthu. Alci. lib.4.parado.c.12.Vigli.in §.mater nu.3.ſupracita.Mincha.de ſucceſſi.progre.lib. 2.§.15.nu.15.dicit ſibi videri cõmunẽ Zucar.in dicta l.poſthumo nato, vbi Hypo. Rimi.hoc affirmat,loco ſupracitato. Et hæc ſententia probatur per tex.in d.§.ad teſtamenta,nã ratio ibi à I.C. expreſſa,videlicet quia fœminæ non habent ſuos hæredes,hodie non eſt correcta,nam nec hodie fœmina habet

bet ſuos hæredes,nec filios in poteſtate l.nulla ff. de ſuis & legiti.hæred.§.fœminæ inſtitu.de adoption. §. cæteri verſi.qua de cauſa inſti.de exhære. liber. Nec valet dicere,quòd illius tex.ratio conſtare nõ videtur, propter emãcipatos,quibus competit bonorum poſſ.con. tab. & tamen ſui hæredes non ſunt,vt apparet ex §. emancipatos inſtitu.de exhæreda.libe.nam reſpondeo, quòd ratio illa I.C.veriſſima eſt,quòd Prætor tantum ſuos hæredes ad bon.poſſ.contra tab.vocat l. 1. in prin. in verbo,liberos,& §.1.verſi.& ſuum iuris ff. de contra tabu. aut eos qui niſi per capitis diminutionem,aut aliud impedimẽtum ſui futuri eſſent,quos Prætor reciſo impedimento,& emancipatione,ad iura ſuorum reſtituit, vt colligitur ex d.verſi.& ſuum,& in dicta l.non putauit in fine,ibi,ſi in poteſtate manſiſſet,& ex l. ſi emãcipatus in prin.& ex l.3. §.ſi emancipatus,ibi,cum reciſio ff.de bono.poſſ.contra tab. ſed expreſſius probatur in l.ſed cum patrono §.bonorum,& §.quãmuis ff.de bono.poſſe.quẽ explicat Soci.in l.ſi filius qui nu. 2.ff.de lib.& poſthu. Salice.in l. ſi quis filium C.de inoffi.teſta.cum autem mater,nec olim,nec hodie,nec aſcendentes per lineam maternam,nec vlla fœmina hæredes ſuos habeant,nec eorum liberi ſpecies vllas ſuitatis habeãt nullo modo, ceſſat ratio d.§.ad teſtamenta: Et per hoc fundamentum, non ſolum hæc ſententia probatur,ſed omnia argumenta in contrarium adducta confunduntur. Vnde nõ obſtat primò dicere,correctam eſſe rati. illius tex. nã hoc non eſt verum,cũ ratio expreſſa,quia ſuos hæredes non habet,nulla lege reperiatur correcta! & illa eſt vera ratio illius tex.& non ratio, quòd præteritio matris habetur pro exhæredatione: contra quam ego conſidero, quòd ſi nõ eſſet alia ratio,liberi de iure Prætorio admit

terentur

ferentur ad ſucceſſionē fœminarū ab inteſtato, quia in ea ceſſat ratio præteritionis, & non eſſet differentia in hoc, inter ſucceſſionē fœminarū, & maſculorū, quod nō eſt verū vt probat tex. i l. quoties C. de ſuis & legi. hære. alias aūt non eſſet iuſta regula illa l. 1. §. recte ff. ſi tabu. teſta. nullæ. videl; quod quibus cōpetit bonorū poſſeſſio cōtra tabu. cōpetit bonorū poſſeſſio ab inteſtato. Imò li cet eſſet etiā hæc rō, quia præteritio pro exhæredatione habetur, quæ hodie correcta eſt, ſecūdum cōem opin. ta men cū ſit alia ratio quæ hodie nō ceſſat, vt quia ſuos hæ redes nō habet & ſtante una rōne, cū ſint duæ, nō ceſſat legis diſpoſitio, per tex. in §. affinitatis inſti. de nup. l. ſi nō lex ff. de hære. inſti. nec bene probatur, quòd Prætor nō tam ſuitatem conſiderat, quātum effectum qui reſultat ex ſuitate: imò contrarium ex prædictis iuribus colligi tur. Nec obſtat dicere, quòd ſunt æquiparata per l. an tiquam hæc duo remedia, ius dicendi nullum, & bono rum poſſe. contra tab. maximè per modum regulæ, & af firmatiuè, & negatiuè, & in eadem materia: nam ultra reſponſionē, quòd in puncto iuris nō eſt ſecura opinio, quòd in hac ſpecie ius antiquum ſit correctum, & non competat ius dicendi nullum, quando eſt exhæredatus à matre, ſine cā, vt ſuprà dictū eſt: Sed habita pro vera, communi, & recepta opini. reſpondeo: quòd regula il la, quòd quibus competit ius dicendi nullum de iure ci uili datur bono. poſſe. contra tabu. intelligi debet, dum modo ſit de perſonis vocatis à Prætore, videlicet ſi eſt hæres ſuus, vel habet ſpeciem ſuitatis: alex enim generaliter loquens, reſtringi debet de habilitate l. 1. C. de Sa cro. Eccleſ. & ita reſpondes ad §. non quæuis, quod quan do exhæredatio non eſt ritè facta datur bon. poſſ. cōtra tab. intelligi quādo exhæredatus eſt ſuus hæres, vel alius

habens ſpecies ſuitatis, qui ad bonorum poſſeſſionē à Prætore vocantur: & ita hodie vocatur filius exhæredatus à patre ſine cauſæ expreſſione, ſiue ſit in poteſtate, ſiue emancipatus, cum non ſit ritè hodie exhæredatus, licet olim erat ſecus, vt ſupradictū eſt. Cōtrariū tamē eſt in fœminarum liberis, & hæredibus qui non ſunt ſui, nec habent ſpeciē ſuitatis, imò ſpecialiter per illum tex. ſunt excluſi à bonorum poſſeſſione: & hæc opinio magis placet, & mihi verior, & tutior eſt: maximè cum legū correctio euitetur, & quod nō mutatur, extare præſumatur, iuxta l. præcipimus C. de appellation. & huius inueſtigationis vtilitates, & effectus colliges ex Iaſ. in dicta l. poſthumo nato. nu. 21. & 22. & ex Anto. Gome. vbi ſupra c. 11. nu. 5. licet in alio propoſito, & contra id quod docet Vigli. vbi ſupra, loquatur. Si verò filius à matre, vel à linea materna fuerit præteritus, vel exhæredatus, cauſa legitima adiecta, quæ probata nō eſt, cōpetit querela ſicut olim, per l. filiam præteritam C. de inof. teſta. & per tex. in d. §. mater, qui in hoc caſu correctus non eſt, vt agnoſcit Bar. in d. authen. ex cauſa nu. 12. quē ibi communiter ſequuntur dd. ſi autem cū cauſa legitima præteritus, vel exhæredatus eſt filius, & probata eſt cau-
17 ſa, filius † excluditur à ſucceſſione, tex. in §. exhæredatos in authen. de hæred. & Fal. col. 1. glo. in verbo, irritum, & ibi Bar. nu. 12. & dd. in dicta authen. ex cauſa. docet Couar. in d. c. Rainutius in prin. nu. 8. ad quem in iſta mate-
18 ria recurre, qui optime declarat † cauſas ingratitudinis quæ continentur in d. §. aliud quoq; capitulum verſicl cauſas, & in Regni legibus 4. 5. 6. & 7. ti. 7. par. 6. & idem Cou. vbi ſupra nu. 16. tradit, exhæredationē permitti ex cauſis ēt ibi non expreſſis in dictis conſtitutionibus, ſi tamen maiores & grauiores ſint, quod cōmuniter recep-

tum

tum eſſe teſtatur, poſt Coſtam in rep. §. quid ſi tãtum 3. par.num. 175. Quibus adijciendum eſt, quòd licet olim
19 † poſthumus poterat exhæredari, per l. poſthumus ff. de inof.teſt.hodie tamen correctum eſt per tex. in l. ſi quis in ſua §.legis C.de inof.teſt. vbi ſecundum communem dd.interpretationem deciditur: neq; poſthumum, neq; infantem poſſe exhæredari, & ſi exhæredãtur, teſtamen tum eſt ipſo iure nullum, neque datur ei quærela, cũ ſit remedium extraordinarium §.tam autem inſti.de inoffi. teſt.ſed competit ei ius dicendi nullum, cum hodie pro forma requiratur, quòd cã legitima ingratitudinis inſeratur in exhæredatione, iuxta tex.in d.authen. non licet, & in d.§.aliud quoq; capitulum: & poſthumus, vel infans nullam ingratitudinis cauſam cõmittere poſſunt: quam opinionem tenet Bar.in d.authen. ex cauſa num. 12.in fi.cum quo tranſeunt dd.ibi: idem Bar. & dd.in l. poſthumus ff.de inof. teſt. & ante eos iſtam opinionem tenuit glo.pen.in l.maximum vitium C.de lib.præt.& in l.3.§.ſi emancipatus in verbo, exhæredari ff.de bon. poſ. contra tab.communem teſtatur Fulg.in d.§.legis, Imola in l.filio præterito ff.de iniuſto rup.nu.25.Corn.in l.poſthumo nato vbi Cur.Iun.nu.10.& Zucar.nu.29.& Hypolitus Rimi.nu.198.C.de bono.poſ.con.tab. Tiraq.in l.ſi vnquam in prin.nu.103.C.de reuo.dona.Ant.Gom. in Regia l.Tauri.13.nu.1. Sed licet hæc communis opinio, & receptiſſima ſit, non tamen deſunt aliqui dd. qui contrariam tueantur opinionem: & primò Fulg.in d. §. legis eam hac conſideratione probat. Nam etiam de iure digeſtorum requirebatur ad exhæredationem, cauſa ingratitudinis, vt apparet ex l.fi.ibi, ſi certis de cauſis ff. de bon.dam.vnde Fulg.ita reſoluit, quòd quantum ad validandum teſtamentum, ne videlicet rũpatur ex deſe-

fectu inſtitutionis, vel exhæredationis arg.l.inter cæte ra ff.de lib.& poſt.in prin.inſt.de exhære.lib. poſthumus quoque poteſt hodie ſicut olim exhæredari, licet nullã ingratitudinis cām cōmittere poſſit. Quantū uerò ad ex cludendū filiū poſthumū ab hæreditate, ſi intentauerit querelã, neq; olī, neq; hodie valet exhæredatio, niſi fieret exhæredatio à matre odio mariti, quo caſu olim vale uat exhæredatio, ſed hodie ius antiquū in hoc correctū eſt, per d.§.legis, & hoc in effectu vult Fulg. (licet non clarè) vt aduertit Pau.ibi, qui ita interpretatur §.legis: & iſtam opinionem ſequitur Deci.in d.l.poſthumo nato 1.lectura nu.7.Viglius in §.tam autē inſt. de inof. teſta. nu.fi.& in §.poſthumi nu.fi.inſt.de exhæred.lib. Alcia.in lib.4.parad. c. 10. & hæc opinio in puncto iuris de iure Codicis verior videtur, & ſequitur Paul.in d.§.legis & ſentit Iaſ.ibi nu.1. Pro qua etiam vrget l. maximum vi tium verſ.fi.C.de li. præ.vbi expreſsè habetur, quòd po ſthumus poteſt exhæredari, & tamen conſtitutio illa eſt eiuſdem Iuſtiniani, & poſterior. De iure vero Authenticorum volunt Pau.& expreſsè Iaſ.expeditum eſſe per prædictas nouellas conſtitutiones, non poſſe exhæredari, cum requiratur pro forma, legitimæ cauſæ ingratitudinis expreſſio, quam poſthumus, vel infās non poſſunt committere. Sed aduerte, quòd non pauci Docto. tenent, nouellas illas conſtitutiones, in hac ſpecie non inducere nullitatem, quando exhæredatio fit ſine expreſſione cauſæ, ſed quòd teſtamentū reſcinditur per querelam ſicut hodie, quorum opinio eſt ſuſtentabilis in puncto iuris, & ſi eſſet vera Fulgo. opinio, ſuſtineretur etiam hodie. Aduerte tamen, quòd licet poſthumus,
80 vel infans non poſſint exhæredari, † impubes tamē poterit exhæredari, ſi ſit pubertati proximus, glo. in §. non

ſolum

ſolum verbo, ad ſubſtitutum, inſtitu. de pupilla. ſubſtitu. quam probat Bar. in l. 2. nu. 11. poſt Guil. & Oldr. ff. de vulga. & pupi. vbi Ripa nu. 30. cõmunẽ teſtatur, & hæc ſententia approbata eſt Regia l. 6. tt. 8. par. 6. quæ ſingularis reputatur ad hoc, quòd proximum pubertati declarat eſſe, impuberem habentem decem annos cum dimidio. Aduertendum tamen eſt, quòd licet de iure an
21 tiquo, † filius agens quærela tenebatur probare ſe non fuiſſe ingratum, vt probat l. nam & ijs §. fi. ff. de inoffi. teſta. l. liberi C. de inoffi. teſta. hodie hoc correctum eſt, & hæres tenetur probare filium exhæredatum cauſam ingratitudinis commiſiſſe l. omnimodo ibi, ſi non ingrati, & in l. ſiquis filium, ibi, ſi non hæres etiam C. de inoffi. teſta. Imò nouiſſimo iure authenti. duo copulatiuè requiruntur, nẽpe quòd teſtator legitimam cauſam ingratitudinis, vnam ex illis 14. vel aliam maiorẽ, & grauiorem in teſtamento inſerat, & quòd hæres probet cauſam ingratitudinis, totum probatur in auth. non licet C. de lib. præte. ibi, niſi probetur ingratus, & ingratitudinis cauſas nominatim inſerat in teſtamẽto, & in d. §. aliud quoq; capitulũ verſ. niſi forsã probetur ingratus: & quòd hæres teneatur probare cauſam ingratitudinis, docet glo. magna in fine in l. fi. ff. quod metus cau. Bart. in l. omnimodo, & ibi dd. C. de inoffi. teſta. Alcia. in tracta. præſumpti. 1. reg. præſump. 16. quæ ſententia approbata eſt hodie
22 per regias leges 8. & 10. tt. 7. par. 6. † Ad probandã autem ingratitudinem duo tantum teſtes ſufficiunt, communem teſtatur Ripa in l. fi. nu. 196. quæſt. 58. C. de reuo. dona. & Bene. in c. Rainutius in verbo, eodem teſtamento, ſecundo, nu. 16. extra de teſta. per l. vbi numerus ff. de teſti. licet Bald. in l. ſolo C. de libera. cauſa, quinque eſſe neceſſarios, ſicut ad probandam feudatarij ingrati-

tudinem

23 tudinẽ, affirmat, arg. c. vni. quod † teſtes ſint neceſſa. ad proban. feudi ingratitu. ſed ad tex. illũ reſpondent dd. quòd nec in feudo practicatur. Ex eo tamen c. vnico ibi, ſummæ opinionis, colligit Bald. ibi, quòd teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & quòd licet infames, ſolùm infamia facti, nõ repellantur regulariter à teſtimonio, iuxta tradita per glo. & dd. in c. teſtimonium, de teſtibus: bene tamen repelluntur quando agitur de probanda filij ingratitudine, cuius determinationem ample ctitur Iaſ. in l. admonendi. 1. lectũ. nu. 109. ff. de iure iu. Nec ad probandam filij ingratitudinem ſufficit vnus teſtis cum hæredis iuramento, vt docet idem Bald. in l. fi. in fine C. de ſecun. nup. per tex. ibi, liquidis & indubitatis probationibus: Ripa vbi ſupra quæſt. 57. nu. 189. Rom. ſing. 463. Pro complemento verò huius materiæ eſt

24 ſciendum, quòd ex cauſis ex quibus filius poteſt exhæredari, † alimenta à patre poſſunt ei negari, glo. recepta in c. cum haberet, extra de eo qui duxit in matri. quam pol. in verbo, ſecundum facultates, expreſſius glo. in l. ſi quis à liberis §. idem Iudex, in verbo, detulerat. ff. de liber. agnoſ. Bar. in l. Diuus ff. ad l. Pompe. de par. Iaſ. in l. ius autem ciuile ff. de iuſti. & iure, dd. in prin. inſtitu. de iure natu. Couar. in epito. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 17. vbi dicit ab omnibus receptum eſſe: ſed limitat poſt dd. non procedere, in alimentis in ſubſidium vitæ neceſſarijs: ratio autem quare ex cauſa ingratitudinis alimentis priua

25 tur, aſſignatur, quia alimẽta æquiparantur legitimæ. Et eadem ratione filia ob vnam ex illis legitimis † cauſis, ſimiliter priuatur dote, quia legitimæ æquiparatur, vt docet Bar. in l. Titio 2. nu. 6. ff. de condi. & demonſtra. & in auth. res quæ nu. 9. C. commu. delega. Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reuo. dona. in verbo, ſuſceperit liberos, nu.

112.Guil.Bene.in c. Rainutius in verbo,dotes,nu. 37.ſu
praci.Ripa in l.1.nu.71.ff. ſol. mat. & tanquã receptam
probat Ferd.Vaz. Men. de ſucceſſio. creati. §. 10. num.
610.& §.20.nu.151.Imò quòd plus eſt, ex eiſdẽ cauſis
26 † poteſt auferri filio maioratus, vt affirmat Ripa in l. ne
mo pōt ff.de lega.1.nu.7.poſt Mar, Laud.tracta.primo-
geni. 2. char. quod eſt ſingulare dictũ, ſi eſt verũ,quod
mō non examino. Declara tamen omnia prædicta locũ
habere in deſcendentibus,tam fœminis,quam maſculis,
cum hodie ſexus differentia ſit ſublata l.maximum vitiũ.
C.de libe.præte. Quando autem filius agere poteſt ad
ſupplementũ legitimæ,& quomodo, & ius agẽdi ad ſup
plementum quantum tempus duret,vide l. omnimodo,
& quod ibi notant dd. Præterea, quando relicta in te-
ſtamento conſeruantur,irrito teſtamento ex cauſa præ-
teritionis,& exhæredationis,vide d.authen.ex cauſa, &
quod ibi notatur. Rurſus, quod vno ore dicitur,
quòd legitima eſt relinquẽda titulo inſtitutionis,alio lo-
co explicabo:& uide ĩ hoc art.gl.receptã in auth.nouiſ-
ſima in verbo,titulo C.de inof.teſ.Aduerte tamẽ,quòd
27 legitima eſt quarta † pars eius quod eſſet habiturus ab
inteſtato l.Papinianus §.ſiquis mortis,& §.quoniam au-
tem ff.de inoffi.teſtam.quæ hodie aucta eſt per authen.
nouiſſima C.eodẽ,& authen. de triente & ſemiſſe. Sed
de iure Regio magis eſt aucta, nam omnia bona paren
tis (quinta parte bonorum excepta) ſunt legitima filio-
rum,& in illa quinta parte,& in tertia bonorum,poterit
parens aliquem ex liberis meliorare, vt apparet ex Re-
gia l.9.titu.de las mandas lib. 3. fori,& ex l. 18. vſq; ad
28.Tauri. Vltimò aduerte, quòd in caſibus in quibus
ſupra concluſum eſt,filio emancipato competere que-
relam inofficioſi teſtamen.opus ei eſt antea quam que-
relam

23 tudinē, affirmat, arg. c. vni. quod † teſtes ſint neceſſa. ad proban. feudi ingratitu. ſed ad tex. illū reſpondent dd. quòd nec in feudo practicatur. Ex eo tamen c. vnico ibi, ſummæ opinionis, colligit Bald. ibi, quòd teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & quòd licet infames, ſolùm infamia facti, nō repellantur regulariter à teſtimonio, iuxta tradita per glo. & dd. in c. teſtimonium, de teſtibus: bene tamen repelluntur quando agitur de probanda filij ingratitudine, cuius determinationem ample ctitur Iaſ. in l. admonendi. 1. lectu. nu. 109. ff. de iure iu. Nec ad probandam filij ingratitudinem ſufficit vnus teſtis cum hæredis iuramento, vt docet idem Bald. in l. fi. in fine C. de ſecun. nup. per tex. ibi, liquidis & indubitatis probationibus: Ripa vbi ſupra quæſt. 57. nu. 189. Rom. ſing. 463. Pro complemento verò huius materiæ eſt
24 ſciendum, quòd ex cauſis ex quibus filius poteſt exhæredari, † alimenta à patre poſſunt ei negari, glo. recepta in c. cum haberet, extra de eo qui duxit in matri. quam pol. in verbo, ſecundum facultates, expreſſius glo. in l. ſi quis à liberis §. idem Iudex, in verbo, detulerat. ff. de liber. agnoſ. Bar. in l. Diuus ff. ad l. Pompe. de par. Iaſ. in l. ius autem ciuile ff. de iuſti. & iure, dd. in prin. inſtitu. de iure natu. Couar. in epito. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 17. vbi dicit ab omnibus receptum eſſe: ſed limitat poſt dd. non procedere, in alimentis in ſubſidium vitæ neceſſarijs: ratio autem quare ex cauſa ingratitudinis alimentis priua
25 tur, aſſignatur, quia alimēta æquiparantur legitimæ. Et eadem ratione filia ob vnam ex illis legitimis † cauſis, ſimiliter priuatur dote, quia legitimæ æquiparatur, vt docet Bar. in l. Titio 2. nu. 6. ff. de condi. & demonſtra. & in auth. res quæ nu. 9. C. commu. de lega. Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reuo. dona. in verbo, ſuſceperit liberos, nu.
112

l.12.Guil.Bene.in c.Rainutius in verbo,dotes,nu.37.ſu praci.Ripa in l.1.nu.71.ff. ſol.mat. & tanquã receptam probat Ferd.Vaz.Men.de ſucceſſio.creati.§.10. num. 610.& §.20.nu.151.Imò quòd plus eſt, ex eiſdẽ cauſis
26 † poteſt auferri filio maioratus, vt affirmat Ripa in l. nemo põt ff.de lega.1.nu.7.poſt Mar.Laud.tracta.primogeni. 2.char. quod eſt ſingulare dictũ, ſi eſt verũ,quod mõ non examino.Declara tamen omnia prædicta locũ habere in deſcendentibus,tam fœminis,quam maſculis, cum hodie ſexus differentia ſit ſublata l.maximum vitiũ C.de libe.præte. Quandò autem filius agere poteſt ad ſupplementũ legitimæ,& quomodo, & ius agẽdi ad ſupplementum quantum tempus duret,vide l. omnimodo, & quod ibi notant dd. Præterea, quando relicta in teſtamento conſeruantur,irrito teſtamento ex cauſa præteritionis,& exhæredationis,vide d.authen.ex cauſa, & quod ibi notatur. Rurſus, quod vno ore dicitur, quòd legitima eſt relinquẽda titulo inſtitutionis,alio loco explicabo:& uide ĩ hoc art.gl.receptã in auth.nouiſſima in verbo,titulo C.de inof.teſ.Aduerte tamẽ,quòd
27 legitima eſt quarta † pars eius quod eſſet habiturus ab inteſtato l.Papinianus §.ſiquis mortis,& §.quoniam autem ff.de inoffi.teſtam.quæ hodie aucta eſt per authen. nouiſſima C.codẽ,& authen.de triente & ſemiſſe. Sed de iure Regio magis eſt aucta, nam omnia bona parentis (quinta parte bonorum excepta) ſunt legitima filiorum,& in illa quinta parte,& in tertia bonorum,poterit parens aliquem ex liberis meliorare, vt apparet ex Regia l.9.titu.de las mandas lib. 3. fori,& ex l. 18. vſq; ad 28.Tauri. Vltimo aduerte, quòd in caſibus in quibus ſupra concluſum eſt,filio emancipato competere querelam inofficioſi teſtamen.opus ei eſt antea quam querelam

relam inſtituat, agnoſcere bonorum poſſeſſionem gratia litis agnoſcendæ, de qua agit tex. in l. 2. C. de inoffi. teſta. vbi glo. & dd. præcipuè Iaſ. declarant, & hæc differentia inter alias quas enumerat glo. recepta in l. ſi emancipati C. de collation. remanet hodie inter emãcipatum, & filium in poteſtate, vt Iaſ. nu. 8. & ibi commu. dd. in d. l. 2. tradunt, & Coua. vbi ſupra num. 6. vbi concludunt, quòd licet ab inteſtato ſit ſublata differentia, per l. meminimus C. de legitimis hæredi. authen. de hæredita. ab inteſta. veni. §. nullam vero: non tamen teſtamento condito. Et quòd ſit hodie prædicta agnitio bonorum poſſeſſionis neceſſaria, teſtatur cõmunem Antõ. Gom. tho. 1. cap. 11. nu. 34. licet contra communem, non eſſe hodie neceſſariam, defendit Coſta in d. §. & quid ſi tantum 3. par. nu. 232. & Ant. Gom. vbi ſupra: Sed caue, quòd contraria eſt magis communis, licet hæc vltima æquior videtur, & in puncto iuris poteſt defendi: de qua quia eſt ardua quæſtio, alio loco ſeparatim agam, & expediã quid erit interpretandum in filijs coniugatis, qui attenta Regia l. 47. pro emancipatis habentur: & an intra quinquennium, aut intra annum debeat agnoſci.

SVMMARIVM

1 *Liberorum cauſa potior eſt tam contra teſtamentum, quam ab inteſtato.*
2 *Aſcendentibus deficientibus, deſcendentibus debetur legitima tã contra teſtamentum, quam ab inteſtato.*
3 *Legitima debetur parentibus iure naturali.*
4 *Præteritio matris, vel aſcendentis per lineam maternam, pro exhæredatione habetur.*
5 *Mater vel aſcendẽs per lineã maternam, ſi præteritur vel exhæredatur, ſine cauſa legitima, teſtamentũ eſt ipſo iure nullum.*
6 *Præteritus vel exhæredatus aſcendens per lineam maternam cũ cauſa legitima, ſi non eſt probata, competit querela.*

7 *Emancipator pater vel aſcendens ſi eſt præteritus, vel exhæreda tus à filio emancipato, ſine cauſa legitima, teſtamentum eſt nullum.*
8 *Emancipator pater ſi eſt exhæredatus cum cauſa habet querelã.*
9 *Pater emancipator ſi eſt præteritus cum cauſa, habet bonorũ poſ ſeſ. & non querelam, ſecundum communem.*
10 *Emancipator ſi eſt præteritus cum cauſa, quod hodie habeat quere lam regulariter.*
11 *Intellectus plures ad l. pater filium ff. de inoff. teſta.*
12 *Patri præterito, vel exhæredato de iure Regio qualiter ſuccurri tur contra teſtamentum filij emancipati.*
13 *Patri, quod remedium competat contra teſtamentum filij mili tis in poteſtate conſtituti, vel teſtantis de caſtrenſibus, vel qua ſi caſtrenſibus.*
14 *Parenti præterito, uel exhæredato, quod remedium competat con tra teſtamentum filij clerici.*
15 *Filius qui eſt in poteſtate patris non poteſt teſtari de bonis ad uen titijs, etiã in quibus pater non habet uſumfructum, ſecus de iu re Regio.*
16 *Pater præteritus, vel exhæredatus, vel aſcendens quod remediũ habet contra teſtamentum filij in poteſtate, de iure Regio.*
17 *Aſcendens quicunq; præteritus, vel exhæredatus cum cauſa le gitima, probata cauſa à teſtatore vel hærede, repellitur, & caret omni auxilio.*
18 *Aſcendentium legitima, quod hodie eſt aucta, & quæ ſit.*
19 *Legitima quod eſt relinquenda parentibus titulo inſtitutionis, alias teſtamentum erit ipſo iure nullum iure cõi, & Regio.*

Quæ auxilia cõpetant aſcendẽtibus præteritis, vel exhæredatis, cõtra teſtamẽta deſcẽdẽtiũ. Ca. x.

ORDINE competenti in ſuperiori capi te de ſucceſſione deſcendentium prius actum eſt. Nam ſicut in ſucceſſione ab inteſtato potior eſt cauſa liberorum, & li neæ deſcendentis, quam aſcendentis

1 † iuxta tex. in §. 1. inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſt. deſc. authen. in ſucceſſi. C. de ſuis & legi. hæi e. auth. de hære. ab inteſta. veni. §. 1. ſimiliter & in ſucceſſione contra teſtamentum, quæ regulatur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, vt docent Bart. & Rapha. Fulgo. in l. pater filiũ nu. 1. ff. de inoffi. teſta. Sed licet exiſtentibus deſcendentibus, ſucceſſio aſcendentibus non deberetur, his tamen
2 deficientibus, mortalitatis ordine turbato, † non minus aſcendentibus, quam deſcendentibus, legitima ab inteſtato, & contra teſtamentum, ſucceſſio debetur: tex. in dicto §. 1. in authen. de hæred. ab inteſta. veni. l. 1. & l. nã & ſi parentibus ff. de inof. teſt. tex. in prin. inſtit. de inof. teſta: cum quibus concordat Regia l. 1. tit. 8. par. 6. Imò non ſolum lege ciuili, ſed lege inſuper naturæ, aſcenden
3 tibus debita eſt, ſucceſſio, & ſimiliter ratio † ſanguinis, & naturalis ad ſucceſſionem deſcentium eos vocat, vt colligitur ex tex. in authen. de hære. & Falci. §. 1. & ex c. cũ pater de teſtam. lib. 6. & ipſe conſidero tex. optimum in l. hac parte ff. vnde cogna. hac ex parte ait I. C. Proconſul naturali æquitate, omnibus cognatis permittit, quos ſanguinis ratio vocat: & tex. in l. conſtat C. quorum bonorum, ibi, cum prudentum omnia reſponſa, & lex ipſa naturæ ſucceſſores eos faciat: nam parentes proculdubio cognati ſunt, vt apparet in l. 1. verſi. primo gradu cũ ſeq. ff. de gradi. cogna. tex. in §. 1. & 2. inſti. de gradi. cogna. Ex quibus conſtat, non eſſe veram Baldi doctrinam in l. 1. §. ius autem naturale ff. de iure natura. quem nõ pauci dd. ſequũtur: parentibus videlicet legitimã, nõ iure & lege naturali, ſed ex pietate vel miſericordia tantum, relinquendam eſſe, arg. l. nam & ſi parentibus ſupracitata l. ſcripto ff. vnde liberi: Nec obſtant prædicta iura in l. nam & ſi parentibus, nam ibi expreſsè probatur

contrarium

cõtrarium, dum tex. innuit, turbato ordine mortalitatis, non minus parentibus piè relinqui hæreditatẽ debere. Nec obſtat quod dicitur ibi, piè, & in dicta l. ſcripto, parentes ad bona liberorum rationem miſerationis admittere: liberos naturæ ſimul, & commune parẽtum uotũ: Nam reſpondeo, quòd ibi non negatur quòd ratio naturalis non vocet parentes, nam eſſet contra ſupradicta iura expreſſa, ſed eſt differentia inter parentes, & liberos, quia liberi uocantur ex voto, hoc eſt, ex voluntate & deſiderio parentum, & ex ratione naturali, parẽtes tamen ad ſucceſſionem liberorum, non ex voto communi filiorum, quia ordo eſt, quòd ſuper viuant deſcendentes: itẽ amor plus deſcendit quam aſcendit, glo. pen. in l. liberi C. de inoffi. teſta. ſed naturali ratione omnibus debetur, & turbato ordine, pietate, & miſericordia, & à ratione naturali uocantur. Itaq; omnes ratione naturali ad ſucceſſionem à lege humana vocantur: liberi propter votum, & charitatem: parentes verò in ſolatium filij amiſſi, pietate & miſericordia. Bene verũ eſt, quòd fortior eſt ratio naturalis quæ vocat liberos, ea quæ parentes: & ea quæ parentes admittit, quam ea quæ cæteros cognatos: ſed tamen verum non puto quod dd. paſſim volunt, parentes vel cæteros cognatos, impropriè à ratione naturali vocari: Imò in collateralibus non iure naturali deberi, ferè omnes adnotant, & non bene, vt in ſequenti capite dicetur. Ad inſtitutũ igitur deueniendo, quando agitur de remedio aſcendentium per lineam maternam eſt aduertendum, quòd omnes concludunt,
4 † nullã eẽ differentiã inter præteritionẽ, & exhæredationem, cum eorum præteritio, pro exhæredatione habeatur, iuxta tex. in §. mater inſtitu. de exhæreda. libe. & licet ille tex. loquatur in præteritione matris erga filium,

idem eſt è contra, in præteritione filij erga matrem l. cũ
5 filium C.de inoffi. teſta.vnde † ſi deſcendens, matrem
vel aſcendentem per lineam maternam, ſine cauſa legitima præterijt, vel exhæredauit, olim habebat quærelã,
per d.l.cum filium; hodie tamen teſtamentum eſt ipſo
iure nullum, ſecundum communem opin. quia non eſt
ſeruata forma inducta per authen. vt cum de appella.
cogno.§.aliud quoque, & §.ſiue, iuncto verſi. ibi, & hæc
quidem de parentum: vbi cautum eſt, non licere filio,
parẽtẽ ſine cauſa præterire, vel exhæredare: Et hæc ſententia receptiſſima eſt, quam tenet Bart. & ibi eũ ſequuntur dd.in dicta authen.ex cauſa nu. 13.dd.in d.l.cum filium: licet aliqui, vt Imola, Vigli.Mincha. vt in cap.ſupra proxi.dictũ eſt velint, in hac ſpecie nihil per illa iura
eſſe immutatum: ſed non eſt recedendum à communi,
maximè de iure Regio, quæ videtur expreſsè probari in
l.1.tit.8.par.6.vbi cautũ eſt, deſcẽdẽte, vel aſcẽdẽte præterito, aut male exhæredato, teſtamentũ ipſo iure nullũ
6 eſſe. Si autem † mater, vel aſcendens per lineam maternam eſt præteritus, vel exhæredatus cum inſertione cauſæ legitimæ à deſcendente, ſi non eſt probata, competit
quærela inofficioſi teſtamenti ſicut olim, per d.l.cum filium, vt dd. ibi & Bart. vbi ſupra concludunt. Si verò
agit pater, vel aſcendens de ſucceſſione cõtra teſtamentũ filij emancipati, ſi aſcendens emancipator † eſt præ-
7 teritus, aut exhæredatus ab deſcendente emancipato, ſine cauſæ legitimæ expreſſione, teſtamentum eſt ipſo iure nullum: Itaq; ius dicendi nullum ei ſicut in ſuperiori
caſu dictum eſt, ſecundum receptam ſentẽtiam, competit: Bar.in dicta authen.ex cauſa nu.13. & ibi communiter dd. & in §. emancipatos inſtitu.de exhæredatio. libero.licet Imola, Vigl.Mincha.vbi ſupra affirmẽt, ius an

tiquum

tiquũ nõ eſſe correctum: ſed opinio Bart.& ferè omn iũ tenẽda eſt,& maximè de iure Regio per d.illam l. 1. de
8 quo ar.uide infra. Si aũt aſcẽdẽs emãcipator eſt † exhæredatus ab emãcipato,cũ cã oẽs cõcludũt, quòd cõpetit patri quærela inof.teſta,nec in hoc eſt differentia, an ſit emancipatus,vel non: Bar. in dicta authen. ex cauſa nu. 13.& ibi dd.omnes,idem Bar.in l.pater filium nu.3. in 1.lectu.& nu.8. in 2.lectu.vbi dd.omnes, Paul. nu.5. & Rubeus nu.57.Mincha.ſucceſſ.& reſolu.§. 8. nu.54. cum ſeq.& ſucceſſi.creati.§.30.nu. 138. cum ſeq. Pro quo eſt tex.in l.1.& in l.pater filium,& in l.nam & ſi parentibus,& in l.aduerſus. 30.ff.de inoffi.teſt.tex. in prin. verſi.non autem,inſtitu.de inoffi.teſta.vrget l.filiam,& l. cum filium C.de inofficio.teſtam.& d. Regia l. 1. Nec reperiri iure cautũ, patri opus eſſe agnoſcere bonorum poſſeſſionem,gratia litis agnoſcendæ,de qua loquitur l. 1.C.de inofficio.teſta.docet Rubeus in dicta l. pater filiũ nu.60.& an hoc caſu cõpetat con.tab. infra explica-
9 bo. Qñ aſcẽdens † emãcipator præteritus fuit à deſcendente emãcipato,cũ cã legitima,quæſtionis eſt, quod remedium manumiſſori competat aduerſus teſtamẽtum emancipati. Et in hoc articulo magis communis opinio eſt,quòd parenti manumiſſori bonorum poſſeſſio contra tabulas à Prætore,ob beneficium emancipationis in filium collatum, conceditur: ad ſimilitudinem bono. poſſe.contra tabu.quæ patrono contra teſtamentum liberti datur,l.1.& l.Pantonius,& per totũ titu.ff. ſi à paren.quis fue.manu. l. ſi à milite §.fi.ff.de mili.teſt.& hoc auxilium habere,ferè omnes fatentur dd. Quod procedit etiam,quando patrem nepos ex filio emancipato teſtatore,præcedebat: quo caſu etiam datur patri manumiſſori bonorum illa poſſeſſio contra tabu. per l.filio §. contra

contra tabulas ff. de inofficio. teſtamen. & per l. pater filium ff. de inofficio. teſtamen. iuncta expoſitione glo. ibi, & Azonis, dum exponit, quærelam, ideſt bonorum poſſ. contra tabulas: quam ſequitur Butrica. & tẽpore Bart. erat communiter recepta; vt ipſe Bar. teſtatur in l. in ſuis nu. 9. ff. de liberis & poſthu. & eſt ſimilis glo. in d. l. 1. ff. ſi à parente quis ſue. manu. quas ſequitur Alci. lib. 4. para. cap. 16. & ſimilis expoſitio ab oĩbus recepta eſt in prin. inſtitu. de ſucceſſione liber. Sed hæc ampliatio magis communiter damnata eſt, eamq; reprobat Bart. vbi ſupra, & in dicta l. pater filium 1. lectu. nu. 3. & 2. lectu. nu. 8. & ibi Albe. & Paul. nu. 14. & Iacobi. num. 19. & Anto. Rub. nu. 57. Mincha. ſucceſſio. crea. §. 30. nu. 138. quia deſtruit literam illius tex. nec à proprietate verborum recedere licet, quando aliter poteſt interpretari l. non aliter ff. de lega. 3. Itaque omnes ferè poſt Bart. intelligũt l. illam ſimpliciter, pro vt loquitur in quærela inofficioſi teſtamenti. Sed eſt dubium maximũ pro conſtanti habito, quod omnes admittunt, quòd patri emancipatori præterito cõpetit bonorũ poſſeſſio contra tabulas,

10 exemplo patroni: an habeat etiam remediũ † quærelæ inofficioſi teſtamenti, & ita an diſpoſitio l. pater filium, quam ferè omnes moderni concordant loqui de quærela, procedat regulariter. Et Bar. & ferè omnes poſt eum magis cõiter recipiunt, patri emancipatori præterito, regulariter non competere quærelã inoffi. teſta. & l. pater filiũ, loqui in caſu ſpeciali, quãdo nepos ex filio emancipato eum præcedebat: quo caſu ſpeciali, præteritio patris habetur pro exhæredatione: Nam filius emancipatus, extantibus eius liberis, non tenetur relinquere patri partem tertiam debitam iure manumiſſionis, iuxta tex. in §. ſed noſtra cum ſimilib. inſtitu. de ſucceſſio. libe.

vnde

vnde cum exemplo patroni, ei non debetur pars legitima, habetur pater pro exhæredato, & competit ei querela, quam opin. Bar. tenet vbi ſupra, & eum ſequuntur ferè omnes dd. teſte Rubeo loco ſupracitato: teſtatur commu. Mincha. ſucceſſi. & reſolu. §. 8. nu. 54. cum ſeq. Et pro hac recepta ſententia expēdi ſolet l. 3. §. ſi emancipatus ff. de bono. poſſe. contra tab. vbi ſecundum eorū interpretationem, nepos ex filio emancipato præteritus ab auo, quia emancipatus pater eū præcedit, habet querelam: vnde idem dicendum eſt in patre quem nepos præcedit, quòd ei competat querela, & pro exhæredato habeatur. Præterea, cum vt ſupra concluſum eſt, receptiſſimum ſit, parenti emancipatori regulariter competere bonorum poſſeſſionem contra tabulas, per d. l. 1. ff. ſi quis à paren. nullo modo poteſt ſibi dari querela, quæ quando alio iure, ad bona defuncti venire quis poteſt, ei negatur, ſiue ad totam hæreditatem, ſiue ad partē venire poſſit §. tam autem inſtitu. de inoffi. teſta. Eſt etenim querela, remedium extraordinarium ſubſidiarium, & vltimum adiutorium l. maximum vitium verſi. nam quod vltimum C. de libe. præte. Nec oberit ſi dicatur, quòd quando remedium ſubſidiarium, ſeu extraordinarium, & ordinarium, competunt ad diuerſa, vel contra diuerſos bene concurrunt, vt docet Bart. in l. in prouinciali §. 1. nu. 4. ff. de noui ope. Abb. in c. ex parte 1. nu. 9. extra de reſcrip. poſt glo. fi. in verbo, generando, in l. fi. C. ſi tutor vel curator interuenerit: pro quo eſt tex. in d. l. fi. & in l. in cauſæ 2. §. 1. ff. de mino. ſecundum verum intellectum, quem ibi Bar. & Albe. nu. 5. & Mauri. de reſti. cap. 12. contra glo. & ibi antiquiores tenent. Præterea, non obſtat quod idem Bar. & Abb. vbi ſupra concludunt, & idem Bar. in l. Aemilius nu. 3. ff. de mino. &

Iaſ.

Iaſ.in l.ita demum col.pe.C.de procura. quòd quando remedium extraordinarium eſt pinguius quàm ordinarium, non tollitur per ordinarium: nam licet ſit certum, quòd hæc duo remedia competant ad diuerſa, cum bonorum poſſeſſio contra tabulas datur ad conſequendā legitimam, & ſit magis debile, & quærela datur ad rumpendum teſtamentū in to. ū l. poſthumus §.ſiquis ex his ff. de inofficioſo teſta. Nam ego reſpondeo, quòd non ſufficit ad concedendam quærelam, quòd quærela competat ad diuerſa, & ſit remedium pinguius, ſi alio iure ad hæreditatem poteſt venire: totum probo per l. Papinianus §.ſiquis impubes ff. de inoffi. teſta. vbi impuberi arrogato, quia ei competit remedium constitutionis Diui Pij, ex quo poteſt habere quartam bonorum arrogatoris partem, excluditur à ſubſidiario remedio quærelæ, quod eſt pinguius, & ad diuerſum cōpetit, hoc eſt ad rumpendum teſtamentum. Nec obſtat d. l. Papinianus §. ſiquis irritum, vbi habetur, quòd ſiquis dicit teſtamentum eſſe nullum, ruptum, vel inofficioſum, ei defertur electio, quo prius contra teſtamentum agat. Sed electio non cadit niſi in remedijs ſibi competētibus l. quod in hæredem §. eligere ff. de tributo. Nam reſpondeo, quòd ibi I.C. non vult dando electionem remedij, quo prius expugnet, quòd illa omnia remedia ſibi cōpetant, & poſſint cumulari, nec etiā ſucceſſiue: Nam ſi conſideras, ſunt remedia contraria: quoniam qui dicit nullum teſtamentum, non valere affirmat l. 1. ff. de iniuſto rup. qui verò inſtituit quærelam, validum eſſe, ſed actione debere reſcindi intendit: nam quod nullum eſt, rumpi non poteſt l. nam & ſi §. poſt defectū ff. de iniuſto rupto, & ideo non poſſunt hæc remedia ſimul eodem iuditio, & tempore cumulari, alias autem non eſſet audiendus,

quia

qui allegaret contraria iuxta regul.l.1.C.de fur.ſed ſi ille,qui uult.agere,eſt in dubio,quod remediũ ſibi cõpetit,datur ei electio:qui ſi ignoranter eligit remediũ incompetens,quod ſibi putabat competere,non impeditur ad aliud competens redire,ut docet Bar.in d.l.1. C.de furtis.Pro quo eſt ẽt tex.in l.mater decedens. ff. de inof.teſt.& ſic intelligitur tex.in l.eum qui,& l.contra maiores.C.de inof.teſt.Itaq; in d §.irritum & in l. eum,qui,& l.contra.C.de inof.teſt. non concurrit cũ iure dicendi nullum querela. Nam qñ ibi permittitur redire ad quærelam,ſola ea,excluſo iã remedio dicendi nullum,competebat:quod non aduertit Igne.in Auth.ex cauſa,nu.51.& 52.C.de lib.præt.& alij, qui per illa iura decepti putant,non eſſe uerum,quod uulgariter receptum eſt,quærelã.cũ alio remedio non cõcurrere:ita colligitur ex tex.in d.l.eũ,qui,& oẽs ibi notant,præcipuè Iaſ.& Cur.Iun.in l.edita.C.de edẽ.nu. 166. qui ſimiliter ita intelligunt leges cõtra maiores uerba illa;duplicẽ actionem inferentes,non poſſe accipi,quòd ibi eodẽ iudicio,& tẽpore fuerũt deducta,ſed ſucceſſiuè una poſt aliam in diuerſis inſtantijs: qui ſenſus iuuatur ex tex.ibi dum innuit,ob præiudiciũ nullitatis nõ labi tẽpus in querela: unde ſentit, ꝙ quærela ibi mota nõ fuit,ut bene aduertit Cur.Sed quoad illũ tex. in d.l.contra maiores,magis placet intelligentia,quòd ibi duo illa auxilia cõtraria,nullitatis uidelicet, & quærelæ,eodẽ iudicio,& tẽpore ſimul fuerunt deducta,& cumulata,nõ quidẽ ſimpliciter,ſed alternatiuè, & ſub cõditione,hoc uidelicet mõ,dico teſtamentũ iure imperfectũ,& nullũ,uel ſi quid eſt:& ualidũ,dico inofficioſum:Nã hmõi libellus,& petitio ualebit,ut docet Iaſon.qui ita intelligit illũ tex.in d.l.cõtra,nu.2.Cur.ubi

§.in d.l.edita,vbi Purp.nu.224.t eſtatur comm. Alc.in c.gratum,nu.15.extra de offi.deleg. Quemadmodū in ſimili admittitur in cauſa appellationis, hoc uidelicet modo, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello iuxta gl.fi.in fi.& quòd ibi notat Bar.& dd.in l.2.C.qñ prouo.non eſt neceſ.& eadem forma admittitur cumulatio petitionis hæreditatis, & quærelæ ſimul ſub cōditione,gl.recepta ī l.qui de inofficioſo.20.in uerbo,exerceri,in fi.uerbis.ff.de inoſ.teſt.quam ſequitur & declarat Iaſ.in d.l.contra maiores nu. 2.Nec prædictis refragatur regula l.in hæredem,§.eligere.ff.de tribu.& l.cū filius,§.varijs.ff.de leg.2.quæ habet,quòd ex pluribus actionibus contrarijs ſimul,& ad idem competentibus electio unius alteram conſumit.Nam loquitur, quādo ſunt contrariæ effectu,& exercitio duntaxat,non origine,quia ſimul à principio oriri,& competere cæperūt: quo caſu,electione non tolluntur,ut ex ſupradictis iuribus apparet,& ex d.l.1.C.de furtis.Pro quo urget l.illud.ff.quando dies leg.ced.& docet Bart.in d.l.edita, nu.14.& in communem itum eſſe,teſtatur Purp. ibi nu. 218.& Curt.Iun.nu.164.Iacobi.nu.93.Dec.nu.62.Minus obſtat l.fi.in fi.ff.de leg. 3.ubi nepoti datur bonorū poſſeſſio contra tab.qui in minori parte,quā debuerat erat inſtitutus.Quo caſu,attento illo iure digeſtorum, habebat quærelam,ut receptiſſimum eſt,& probatur ī d.l.Papinia.§.quoniam,& §.unde ſi quis,& l. omnimodo.C.de inoſ.teſt.Nam reſpondet Iaſ. in l. & ſi contra tab.ff.de uulg.quem ſequitur Rub.ubi ſupra, quòd ibi bonorum poſſeſſ.contra tab.competit inſtituto ī minori parte,nō ſuo iure,ſed beneficio alterius filij præteriti,aliàs aūt ſimpliciter non procederet.Ex quibus apparet,uerā eſſe uulgarē regularem,querelam ſubſidiarium

rium remedium, imò ſubſidiariſſimum eſſe, nec conce-
dendam eſſe ei, qui alio iure admitti pôt, ét ſi reperia-
tur, quòd ſit pinguius remedium, & ad diuerſa compe
tat. Rurſus pro hac Bar. & comm. opi. quòd ſimul bo-
norum poſſeſſio contra tab. & quærela non competāt
patri emancipatori præterito, urget. Nam ſi filius emā
cipatus eſt præteritus cum cauſa, habet tātum bonorū
poſſeſſ. contra tab. §. emancipatos, Inſti. de exhære. lib.
gl. recepta in uerbo, noluit, in Auth. de. hæred. & Falc.
§. exhæredatos Bar. in d. Auth. ex cauſa, nu. 12. C. de lib.
præte. uel exhæ. Præterea ſi eſt exhæredatus cum cau-
ſa, tantùm datur ei quærela inof. teſt. gl. & Bar. ubi ſ. la
tè diximus in c. ſuperiori. Vnde ſi pater habet duo re-
media, ſequitur abſurdum, ꝙ eſſet melioris cōditionis,
quā filius, cui magis debita eſt ſucceſſio, iuxta l. nam &
ſi parentibus. ff. de inof. teſt. l. ſcripto. ff. unde lib. Dein
de pater, & filius ſunt correlatiua, & in correlatiuis di
ſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio, ét in cor-
rectorijs, l. fi. C. de indicta uidui. tolle. maximè quando
ſunt æquiparata per modum regulæ, ut in noſtra ſpe-
cie, per d. l. nam & ſi parentibus, ibi non minus paren
tibus, quàm liberis hæreditas piè relinquenda eſt. Sed
his non obſtantibus, hæc Bar. & aliorum comm. opi. nō
procedit ſine difficultate: nec deſunt dd. qui contrariā
tueantur opi. ſ. parenti emancipatori præterito aduer
ſus filij emancipati teſtamentum regulariter dari que
relam, & hoc caſu ſpāli quærelam concurrere cū bon.
poſſeſſ. cont. tab. Et quòd competat quærela, probatur
per generalitatē, l. 1. 2. & 3. & l. aduerſus. ff. de inof. teſt.
& per tex. ī prin. Inſt. de inof. teſt. & in ſpē noſtra, quòd
patri emancipatori competat quærela, licèt ipſe hēat
bono. poſſeſſ. cont. tab. probatur per d. l. pater filiū. ex-

 pli-

cando illam ſimpliciter, prout iacet, & ut iura intelligi debent. Quam regulariter procedere ex rõne generalis legis ſequentis, ſatis clarè colligitur, & affirmat Aldricus, quem gl. refert, & ſequi uidetur in d.l. pater filiũ: eam ſequitur, & optimè defendit ibi Raph. Fulg. Vigli. in prin. nu. 3. inſt. de inof. teſt. & ibi Minſing. nu. 10. & hæc opi. placet Curt. Iun. in l. in bonæ fidei, nu. 18. C. de pac. & Fran. Cona. c. 9. nu. 3. in ſuis commen. & ĩ effectu eam tenet Mincha. ſucceſ. & reſol. §. 8. nu. 46. licèt parum ſibi conſtans, ſucceſſ. creã. §. 30. num. 139. eam reprobet. Non obſtat. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tabul. cui occurrit Vigli. ubi ſupra, text. illum loqui in nepote exhæredato, & nõ in præterito, quod uidetur ibi ſignificare I.C. dum merita magis nepotis, quàm patris delicta attendi debere, rñ let. Nec obſtat regula. §. tam autem, Inſt. de inof. teſt. nam bono. p oſſ. non datur ſimpliciter patri, ſed ei ob beneficium manumiſſionis in filium collatum, conceditur. Nec priuilegium in patris fauorẽ inductũ retorqueri debet in eius odium. Nã eſſet cauſa bono. poſſ. contra tab. quòd patri auferatur querela, quæ eſt remediũ pinguius; maximè quòd eſt optimus tex. in propoſito, quòd qñ duplici iure defertur alicui ſucceſſio tanquam patrono, & tanquam patri, acceptando unum, aliud retinet l. 1. §. ſi. ff. ſi à paren. quis fue. man. Nec oberit ſi dicatur, abſurdũ eſſe quòd pater, cui minus debetur legitima, hoc caſu, reperiatur melioris conditionis, quàm filius. Nã rñ let Fulg. non eſſe deterioris conditionis filius, cũ habeat bonorum poſſ. contra tab. quo remedio in totum euertit teſtamentum. Vel melius rñde, quòd licèt uerũ ſit quoad legitimam iure naturæ debitam, potiorẽ eſſe cãm liberorum, quam parentũ, non tamen quoad partem

tem debitam iure patronatus, quia in ea militat diuerſa rō, & maior in parte, qui beneficiū emancipationis in filium contulit, quam in filio, qui recepit beneficiū, & nullum in patrem contulit. Imò et in parte debita iure naturæ propter hanc diuerſitatis rōnem pater reperitur melioris conditionis. Nam ſi emācipabat filiū, contracta fiducia, retinebat ſucceſſionem inteſtati filij de iure ciuili. §. fi. Inſt. de legi. agna. ſucceſ. quod ſecus erat in filio, ut apparet ex §. emancipati. Inſt. de hære. quæ abinte. defe. Nec locum habet regula, quòd correlatiuorum eadem eſt iuris diſpoſitio, quæ locum hēt, qñ non militat diuerſa rō in uno ex correlatiuis, l. curatorem, & ibi notant dd. C. de interd. matr. Iaſ. in Auth. nouiſſima nu. 42. C. de inof. teſt. ut in noſtra ſpecie. Ex quibus quæſtio hæc omnibus dubia eſſe uidetur. Sed ī hoc arti. Aldr. Fulg. & aliorum ſententia procul dubio mihi uerior, & ſecurior eſt. Et communem Bar. & ferè omnium opi. tanquam euidenter falſam, poſſe in iudicando, & conſulendo conuinci, cenſeo. Pro cuius difficultatis clariori intelligentia opus erit aliqua præmittere, & latè diſcutere, ex quibus apparet, plura, quæ per dd. in hac quæſtione adducuntur, quæ eā difficilem reddunt, non eſſe uera. Et primò præmitto unū, ī quo oēs ferè dd. errore labūtur, nullā quippe eſſe differētiam, an pater emancipator ſit præteritus, uel exhæredatus à filio emancipato, quòd cū iudicio aduertunt Fulg. & Cona. & ſenſit Vigli. ubi ſupra; cum nulla lege, uel Prætoris edicto reperiatur prouiſum, parentes debere à liberis inſtitui, uel exhæredari: ſolum autē deſcēdentes per lineam paternam iubent leges, & edicta prætorum, quòd inſtituantur, aut exhæredentur, ut colligitur, & ex tex. in prin. & ex §. emancipatos, Inſtit.

de

de exhæred.lib. In deſcendentibus uerò per lineã maternam, & in omnibus aſcendentibus, & collateralibus & patronis, cũ non reperiatur cautum, quòd inſtituantur, uel exhæredentur, tantum facit præteritio, quantũ exhæredatio, ut bene probatur in §.fi.Inſt. de exhær.libero. Imò licèt hodie iure nouiſſimo, parentes debeant inſtitui, per Auth. ut cum de appel. cognoſ. §. ſiue igitur, uerſ. & hæc quidem, iun. § aliud quoq; capitulum, tamen nec ibi ulla inducitur differentia inter præteritionem, & exhæredationem. Et hinc eſt, quòd ſi conſideres iura, forrè nullam legem inueniens loquentē de deſcendente per lineam maternam, uel aſcendente, aut collaterali, aut patrono exhæredato, quia inepta quodammodo eſſet exhæredatio, quæ in his perſonis non magis operatur, quàm præteritio. l. quidam cum filium. ff. de uerb. obl. quod intellige uerum eſſe ſaltem quoad remedia cõpetentia. Nã quoad quædã prodeſſe exhæredationem poſſe uoluit gl. in l. ſi poſthumus. §. fi. uerbo probetur. ff. de lib. & poſth. & in l. non putaui. §. ſi quis emancipatum in uerbo, iura naturalia. ff. de cõtra tab. Io. Fab. in prin. uerſ. adulterinis, num. 2. Inſti. de inof. teſt. Secundò præmitto, quòd bonorum hæc cõtr. tab. poſſe. quæ patri emancipatori datur, per titulum ff. ſi à parente quis fuerit ma. multum diſtat ab ea, quæ liberis conceditur, de qua agitur in tt. ff. & C. de bo. poſſ. contra tab. in quo plures decipiuntur dd. Primò bonorum poſſe. contr. tab. quæ liberis datur, eis conceditur, ut exemplo ſuorum inſtituantur, uel exhæredentur, ut probatur in §. emancipatos, Inſt. de exhæ. libe. Et hinc eſt, q liberis exhæredatis non datur cõtra tabulis. l. nõ putaui. ff. de contr. tab. Præterea, liberis datur ante aditam hæreditatem l. illud, in prin. ff. eo. Rurſus hæc bon

poſſ.

poſſ.contr.tab.in totum euertit teſtamentum l. 1. C. eo.d.deinde competit etiam ſi integra legitima liberis alio titulo,quàm inſtitutionis relinquatur, l.ita tñ. §. qui rogatus.ff.ad Treb.Inſuper conceditur liberis ad conſequendam legitimam debitam iure naturæ.Parẽti uerò emancipatori conceditur bonorum poſſeſ. cõtra tab.non ut parenti ad conſequendam legitimã debitam iure ſanguinis,l.1.§.fin.ff. ſi à paren. quis fuerit ma.ſed ut patrono manumiſſori ob beneficium manumiſſionis in filium emancipatum collatum, quia filius emancipatus conſequitur acquiſitionem bonorum l. 1.in prin.ſupra cita.& datur ad rumpendum tantũ uſque ad debitam partem: & non ſolùm parentibus prætteritis,ſed ẽt exhæredatis,& inſtitutis in minori partẽ debitæ portionis.Et licèt parens emancipator non ſit inſtitutus,uel exhæredatus,ſi aliquo alio titulo hẽt integram partem debitam , excluditur à cont. tab. totũ probatur in l.ẽt.§.ſi debita.ff.de bo.lib.§.ſed noſtra, In ſti.de ſucc.lib.iunc.l.1.& per totum ti.ff.ſi à parẽ.quis fuerit man.& §.præterea,Inſt.quib.mo.ius pat.poteſt. Item hæc bonorum poſſ.cont.tab.ante aditam hæreditatem non cõpetit,ut probatur in d.l.illud.Præterea titulus,de legatis præſta.bon.poſ.cont. tab. locum nõ habet in hac bonorum poſſe.cont.tab.ut docet Coſta lib.2.Selecta.interpræ.c.7.nu.7.& 8.Tertiò præmitto, quòd olim quando parens emancipabat filium,uel deſcendentem in ſua poteſtate conſtitutum, ſicut filius emancipatus nihil iuris habebat in bonis patris, iuxta tex.in §.emancipati,Inſt.de hæredi.quæ abin.defe.ſimiliter & ipſe parẽs,quia amittebat ius agnationis,& ſucceſſionis abinteſtato.Nam per l.12.tab.ad ſucceſſionẽ inteſtatorum,tantum ſui agnati,& patroni uocabãtur

ut docet gl.in uerbo,nullo alio iure,in d.§.emancipati,& probatur in prin.inſt.de hær.quæ ab int.de fe.& de legi agn.ſucc.& de ſucceſſ.liber.& non ſolũ tanquam pater iure agnationis non admittebatur, ſed nec tanquam patronus:ſed ille extraneus emptor, à quo manumittebatur,de iure Prætorio ab inteſtato, per bon. poſſeſſionem ſuccedebat:licèt poſtea ex Prætoris edicto,decem perſonæ ex cognatis eum præcedebant, ut apparet ex §.ſunt autem,uerſ.tertio,Inſt.de bon.poſſ. Vnde ut pater ius ſucceſſionis ab inteſtato, tanquam agnatus pater non amitteret, illud expreſsè reſeruare ſolebat,contracta fiducia.i.iure ſucceſſionis reſeruato filiũ emancipando.§.fi.Inſt.de legi.agn.ſucceſ. & ſimiliter,ut iuspatronatus pater manumiſſor haberet,contracta fiducia de ſua manu in ultima imaginaria reuẽditione filium manumittebat;ut exẽplo patroni pater emancipator ius ſuccedendi haberet, & nõ extraneus emptor:quod ſatis colligitur ex d.§.præterea,Inſt.quibus mod.ius patriæ po.& ita intelligitur tit.ff.ſi à parẽ. quis fuerit ma.ut docet Vigl.in prin.Inſti.de inof. teſt. nu.6. Olim qñ filius emancipabatur,ter à patre uẽdebatur extraneo emptori,& ab eo manumittebatur, & reuẽdebatur patri,hoc ſi erat filius: filia uerò &alij deſcẽdentes in poteſtate ſemel uẽdebantur,& manumittebantur,& qñ cautè pater ius patronatus uolebat ſibi acquirere,i ultima reuẽditione ſua manu,&nõ emptoris eos manumittebat,ut bene explicat Caius in lib. 1. inſt. c.6.facit l.fi.C.de adop.Hodie tñ,his fictionibus ſublatis,cõſtitutũ per Iuſti.eſt,quòd pater ſine illa inutili antiqua ſolẽnitate emancipare filiũ ualeat,& ſemper intelligatur filius,cõtracta fiducia,hoc eſt reſeruata ſucceſſione,& ſua manu manumiſſus,ut pater hẽat

ſucceſſionem abinteſtato, & tanquam pater agnatus, & ius manumiſſionis tāquam patronus manumiſſor l.fi. C. de emanci.libe. §.fi.inſtitu.de legi. agna. ſucceſſi. & tex. in dicto §.fin.& in d. §. præterea, & in §.quæ autem inſtitu. de bono. poſſeſſi. & ita pater emancipator præcedit matrem, & alios l.2. C.ad Tertu. l.2. §. obijcitur ff. eod.§. præferuntur inſtitu.eod. l. ſi ad patrem ff. de ſuis & legi.hære. De iure autem nouiſſimo authen. ſublata eſt differentia ab inteſtato emancipationis, & patriæ poteſtatis, authen.de hæredi.ab inteſt. veni §.nullam verò, vnde pater emancipator hodie ſuccedit cum matre, & fratribus, & ſororibus filio emancipato defuncto, ſecundum formam, de qua in authen. defuncto C. ad Tertu. & in dicta authen.de hæredi.abinteſta.veni §.1.cum quibus concordat Regia l.4.titu.13.part.6.licet de iure Regio nouiſſimo, deficientibus liberis, aſcendentes ſuccedunt ſuis deſcendentibus, excluſis fratribus, & ſororibus l.6.& 7. Tauri. Intellige tamen ſupradicta procedere de iure ciuili, de iure verò Prætorio competit patri bono.poſſe.vnde legitimi, vt concludunt dd. magis communiter in l.qui ſe patris C.unde liberi, ubi Iaſon num. 61. Curti. num.83. Gozadi. num.186. Sapia num.79. Fabi.Corimb.num.150.poſt glo. in verbo, unde liberi §.ſunt autem inſtitu. de bonorum poſſeſſi. quam ibi ſequuntur Fab.& Platea num.8.licet Barto.in dicta l. qui ſe patris num.13.ubi Bald.num.17.Paul.num.12. Deci.num.27.& Ange.in dicto §.ſunt autem affirmāt, patri competere bonorum poſſeſſionem unde liberi, uel unde parentes, quam teſtatur cōmunem Alex. in dicta l.qui ſe patris nu.24.ſed prima opinio, & uerior & communior eſt, pater enim eſt legitimus agnatus filio, glo.in l. ſi ad patrem in uerbo, manumiſſori, ff. de ſuis & legi.

hæredi.l.filius ff.eod.& eſt in primo gradu, ut probatur in §.1.iuncto §.fi.inſtitu.de gradi. cognati. Hæc omnia ſupradicta intelligenda ſunt, quo ad ſucceſſionē ab inteſtato legitimæ debitæ patri emancipatori, tanquā patri. Nunc uidendum eſt, quod remediū habet contra teſtamentum filij emancipati in quo eſt præteritus, uel exhæredatus. Et eſt ſciendum, quòd olim nullum remedium ordinarium ei competebat, quia nec inſtitui, uel exhæredari lex ciuilis, nec edictum Prætoris iubebat: unde ualebat teſtamentum ipſo iure, nec ius dicendi nullum, uel contra tabulas bonorum poſſeſſio ad illū irritandum tanquam pater, habebat: ſed quia deſtitutus erat remedio ordinario, ei dabatur quærela inofficioſi teſtamenti, & illud inofficioſum, & contra officium pietatis conditum dicebat.l. pater filium ff.de inoffi.l.1.§.fin. ff.ſi à parent.quis fuer.ma.quæ iura ita debent intelligi, & probatur per generalitatem l.1.2.& 3.ff.de inoffi.teſta.& per §.1.inſti.eod.quod intellige, etiam ſi parens filium emancipauit non contracta fiducia, ut infra cōtra Mincha.oſtendemus. Hodie tamen de iure nouiſſimo authen.per authen.ut cum de appella. cogno.§.aliud quoq; capitulum, iuncto §.fine igitur, uerſi.& hæc quidē de parentū, ſecundum magis receptam interpretationem, pro forma, & ualiditate teſtamenti requiritur, quòd pater inſtituatur, aliàs ſi præteritur, aut exhæredatur ſine legitimæ cauſæ expreſſione, ius dicendi nullum ſibi cōpetit, ut in principio huius cap.diximus. Itaque hoc caſu pater emancipator, auxilio iuris dicendi nullū, filij emancipati teſtamentum expugnauit: Quærela tamen quando fuerit præteritus, uel ab hæreditate alienatus cum cauſæ expreſſione. Aliam ſucceſſionem habet pater emancipator tanquam patronus, ob beneficium emanci-

emancipationis in filium collatum, quam pater olim, ſi non manu ſua manumittebatur, non habebat: ſed de iure Prætorio, abinteſtato, emptor ille imaginarius ſuccedebat tanquam patronus. Bene uerũ eſt, quòd licet pater tanquam patronus, ad ſucceſſionem filij emancipati inteſtati non admittebatur: tãquam cognatus tñ, inter decem illas perſonas quæ manumiſſoré extraneum præcedebant, vocabatur: vt in §. ſunt autem inſtitu. de bono. poſſe. Si uerò de manu patris manumittebatur, exemplo patroni ad ſucceſſionem filij admittebatur, ut hodie admittitur: cùm illa antiqua ſolemnitas ſit ſublata, & ſemper de manu patris, ſub cuius poteſtate eſt, manumittatur, iuxta tex. in d. §. præterea, & in d. l. fi. C. de emancipa. libe. Abinteſtato auté ſuccedit pater emancipator, exemplo patroni, in totum: glo. in d. §. præterea. Condito uerò teſtamẽto, per bonorum poſſeſſioné contra tabulas, in parte debita, ut probatur per titulum ff. ſi à paréte quis fuerit manu. quæ pars debita, eſt hodie tertia pars bonorum filij emãcipati, ut docet prædicta glo. magna in d. §. præterea in prin. glo. per §. ſed noſtra inſtitu. de ſucceſſi. libe. Sed iſta ſucceſſio patitur plures declarationes. Primò eam declara, quòd pater emancipator, tanquam patronus non ſuccedit extantibus liberis ipſius filij emancipati: nec abinteſtato, nec contra teſtamẽtum: quod intellige, niſi liberi eſſent præteriti, uel exhæredati, taliter quòd teſtamentum inofficioſum dicere non ualerent, ut probatur in d. §. ſed noſtra, & in l. filio §. contra tabulas ff. de inofficioſo teſta. In hoc caſu, nec tanquã pater admittitur d. l. pater filiũ, quia ſemper eſt prima cã liberorũ, tã abinteſtato, quã contra teſtamẽtũ, ut in principio huius cap. expoſitum eſt. Secundò declara, idẽ eſſe extantibus alijs aſcẽdentibus, quòd

pater non admittetur ad ſucceſſionem filij emancipati, nec abinteſtato, nec contra teſtamētum: cum patronus, cuius exemplo ſuccedit, excludatur per aſcendentes liberti, glo. in d. §. ſed noſtra uerbo, omnibus, quam ibi ſequitur Ange. & cum ea transeunt cæteri, id. & eſt glo. fimi. in prin. inſtit. de ſeru. cogna. uerbo, in alterius, quā receptam teſtatur Coſta in lib. 2. Selecta. cap. 7. num. 8. quod intellige ut in filijs, niſi ī caſu in quo parētes ſi fuiſſent præteriti, non poſſent teſtamentum expugnare, ut ſi cū cauſa legitima ingratitudinis quæ probata eſſet. Tertiò declara, quòd in hac ſucceſſione quam pater habet, exemplo patroni, in bonis filij emancipati, excludere debet fratres ipſius filij abinteſtato, ſicut patronus fratres liberti excludit, ut docet glo. poſt Ioan. in d. princi. inſti. de ſerui. cogna. uerbo, alterius, quā teſtatur cōiter approbatam Ang. ibi, & Silue. in addi. per tex. in d. §. ſed noſtra uerſi. ſin autem, quod eſt notandum: Nam in ſucceſſione quam habet abinteſtato, ut pater, de iure nouiſſimo authen. ſuccedit pater cum fratribus, & ſororibus de iure cōmuni; per authen. defuncto C. ad Tertu. ſecus de iure Regio, ut ſupradictum eſt. Quartò declara, locum non habere, quando filius nō eſſet emancipatus beneficio patris, ſed ex legis, uel ſtatuti diſpoſitione: Nam hoc caſu cum ceſſet ratio beneficij, debet ceſſare diſpoſitio, per iura vulgaria. Ex quo infero, quòd cum de iure Regio, filius cōiugatus in oībus habeatur pro emancipato, ex diſpoſitione Regiæ l. 47. Tauri, quòd in bonis eius, patris ſucceſſio nō debetur tanquam patrono, quod bene probatur per tradita ab Ant. Gom. in caſu ſimili, in l. 48. Tau. nu. 6. ubi adducit, patri non deberi dimidiam partem uſusfructus bonorum filij coniugati, uirtute §. hoc quoque inſtitu. per quas perſonas no. acqui. cū quo

concor. Regia l. 15. titu. 18. part. 4. de quo infra agemus. Secundò infero, quòd pater non habebit hoc priuilegium ſucceſſionis, ut patronus, in bonis filiorum qui liberantur à ſua poteſtate, ex legis diſpoſitione, propter eorum dignitatē, Epiſcopatus uidelicet, aut patriciatus, uel aliorum magiſtratuum, de quibus in authen. conſtitutio quæ de dignit. colla. 6. & in Regijs legibus 7. cum ſequen. titu. 18. part. 4. Quintò declara, non procedere quando pater coactus propter ſuam culpam filiū emancipauit. l. fi. ff. ſi à parente quis fuerit manu. l. lenones C. de Epiſco. audi. cum quibus cōcordat Regia l. 18. tt. 18. part. 4. Sextò declara, non habere locum in bonis filij emancipati qui cœpit militare l. ſi à milite ff. de mil. teſt. l. 1. §. eſt & alius ff. ſi à par. quis fue. manu. ubi glo. quam ibi ſequitur Bart. qui docet idē eſſe, ſi factus fuerit filius emācipatus doctor, aut ſi cœpit aduocare: quia fauores ſunt ampliandi, iuxta regulā Odia de reg. iur. in 6. Septimò declara, non ſolum patrem emancipatorem præteritum habere bonorum poſſeſſi. contra tabu. pro ut dd. concludunt, ſed etiam patrem exhæredatum à filio emancipato (contra ferè omnium Doctorum intentionem) cum Fulgo. & Cona. ubi ſupra, qui uolunt nullam eſſe differentiam inter præteritionem, & exhæredationem, ut ſupra optime probatum eſt. Imò etiam ſi pater emancipator eſſet inſtitutus, ſi tamen non haberet integrā ſibi partē debitā, ei datur, ut tenet Fulg. ubi ſupra in d. l. pater filium arg. d. §. ſi debita l. etiam ff. de bonis liberto. & in d. §. ſed noſtra. Octauò declara, non procedere quando pater emancipator recepit partem ſuam legitimam quocunque titu. ex teſtamento, uel in uita, ne iudicium, ſeu teſtamentum eius expugnaret l. 1. §. ſi parens ff. ſi à paren. quis fue. manu. Nec intelligas uerum

Digitized by Google

eſſe quod Bart.ibi cōcludit,correctum uidelicet iure nouiſſimo hodie eſſe,per authen.vt cū de appella.cognos. §.aliud quoq; iuncto §. ſiue igitur,verſi.& hæc quidem de parentum: vbi legitima eſt hodie parentibus, titulo inſtitutionis,relinquenda. Nā tu reſponde verius eſſe, quòd iura illa loquūtur in legitima debita iure naturæ, nec locū habēt in parte debita patronis, quia de his ibi nullum uerbum reperitur,& idē erit in parte debita patri,exemplo patroni: quod ipſe Bart.ibi contrarius expreſsè uoluit ī l.ſi libertus §.excluditur ff.de iure patro. ſed caueas à Bart.ibi,quia generaliter loquitur,patri nō debere relinqui legitima titulo inſtitutionis: nam indiſtinctè non eſt verū, nec procedit in debita iure naturæ tanquā patri,licet locū habeat,in debita parte tāquā patrono. Sed huic declarationi refragari videtur ſi conſideres,quòd hodie ſi pater emancipat filium,ſemper uidetur recipere præmium emancipationis, cum dimiam vſusfructus partem bonorum filij emancipati retineat, etiam ſi tempore emancipationis nihil dicat,ſi tamen expreſsè illi non renuntiet.l.cum oportet §. pe. C. de bonis quæ lib. §. hoc quoq; inſtit.per quas perſō.no.acqui. Regial.15.tt.18.part.4. Sed huic obiectioni reſpōdent gloſſæ in d.§.præterea inſtit.quibus mod.ius pa. glo.magna ad finem,& in d.§.ſi parens. Quòd cum illā uſusfructus dimidiam partem pater non habeat ex conuentione,ſed ex legis conceſſione,non debet puniri vt amittat debitam ſucceſſionem:arg.l.Gracchus C.ad l.Iuli.de adulte.l.ſancimus C.de adminiſtra.tuto.quas glo.ſequitur Silueſt.in d.§.præterea nu.51. Tu aliter reſponde, quòd illa pars dimidia vſusfructus, tantùm conceditur parenti emancipatori,ex bonis quæ filius tēpore emancipationis habebat:ita intelligit illa iura Anto. Gom.in

l.48. Tauri. qui ad hoc citat Alex. in l. ſi finita col. 20. nu. 51. §. ſi de uectigalibus ff. de dãno infecto: vnde de acquirendis poſt emancipationem, pater non haberet præmium emancipationis, ſi ei non concederetur bonorum poſſeſſio contra tabu. de quibus tantùm puto quod debeat intelligi tt. ff. ſi à pare. quis fuc. manu. cum de bonis aduentitijs, quæ tempore emancipationis habebat iam ſeparatim eſt prouiſum quod præmium habere debet, per ſupradicta iura. Nonò per ſupradicta in proxima declaratione declara, quòd patri emancipatori competit ſucceſſio filij emancipati, iure patronatus, in illis bonis quæ poſt emancipationem acquiſiuit, in quibus militat ratio de qua in l. 1. ff. ſi à parente quis fuerit manu. Præterea, cũ exẽplo patroni cõceditur hæc ſucceſſio, de acquirendis neceſſariò eſt intelligendũ, cũ libertus tempore manumiſſionis, nulla alia bona propria habere poterat: item de alijs bonis quæ tempore emancipationis habebat, iam recepit præmium. Decimò declara, quòd per bonorum poſſeſſionem iſtam quæ patri emancipatori competit, non reſcinditur in totum teſtamentũ, ſed tantum vſq; ad debitam partem, d. l. etiam §. ſi debita ff. de bonis libe. quæ hodie eſt tertia pars, vt in d. §. ſed noſtra: & hæc eſt una differentia inter hanc bonorum poſſeſſi. & eã quæ competit liberis. Vndecimò declara, quòd quando deſcendenti exhæredato fuerunt legata relicta à filio emancipato, quòd pater emãcipator tenebitur ei legata præſtare, etiam de parte ſibi debita, ſicuti patronus tenetur l. ſi eius pupilli 64. §. ſi patronus ff. ad Trebel. l. ex aſſe. 52. ſecundum unum intellectum ff. ad l. Falci. Rationem in patrono aſſignat Coſta. lib. 2. Select. cap. 7. nu. 7. nam qui potuit liberos inſtituendo, aut non exhæredãdo, nihil patrono relinquere, debuit poſſe

patronum

patronum inſtitutum onerare: vt eis reſtitueret, arg.l.1. §.quod autem ff.ſi quid in frau.patro. Ex qua ratione infero, idem eſſe dicendum ſi parentibus alijs præteritis, aut exhæredatis legata relinquit. Verum tamẽ eſt, quòd hoc caſu, licet pater emancipator teneatur hæc legata præſtare, de parte iure patronatus debita, habebit tamẽ integram legitimam debitam iure patris. Secundò ex prædictis vtiliter infero, poſſe attentari, quòd in ſpecie tex. in d.l.pater filiũ, in qua emancipatus filius, patrem emãcipatorẽ præterijt, & filios exhæredauit, ſi filijs exhæredatis relinqueret legata, quòd pater emãcipator teneretur præſtare eis legata, non ſolũ de parte debita, tãquã patrono, ſed ẽt de parte debita, tanquã patri, per eandẽ rationem: nam inſtituendo, vel non exhæredando eos, poterat nihil patri relinquere. Nam licet verum ſit, quòd per authen.ex cauſa C. de libe. præteri. irrito, vel reciſo teſtamento legata non conſeruentur, nec debeantur de legitima, cum nullum grauamen patiatur, iuxta l.quoniam in prioribus C.de inoffi. teſta. & colligitur ex auth.vt cũ de appella.cogno. §.ſiue igitur, verſi.fin aũt hæc, & de hære.& fal.§.1.cũ tñ emancipatus potuit patrẽ oĩno excludere non exhæredãdo liberos, valebit quod eis in præiudiciũ legitimæ relinquit: & idem eſſet in quolibet alio, cui ſucceſſiuè propter filiorum exhæredationem ſucceſſio deberetur. Redeundo igitur ad propoſitum, ad intellectumq; d.l.pater filiũ,

11 ex ſupradictis † primò infero, nõ eſſe verum intellectũ Azo.& aliorum aſſerentium, quærelam accipi in d.l.paterfilium pro contratabu. nam cum in ſpecie d.l.vtrunq; remedium competat, non eſt neceſſaria illa explicatio, nec recedendũ eſt à proprietate uerborũ l.non aliter ff. de lega.3. Secundò infero, omnino reijciendũ eſſe Bar.

& ferẽ

Digitized by Google

& ferè omnium intellectum in d. l. paterfiliū, uidelicet, quòd ibi erat ſpeciale, quia filius teſtatoris præcedebat patrem, ideo præteritio habetur pro exhæredatione, & quærela competit, cum bonorum poſſeſſio. contra tabu. non datur: nam reſpondeo in aſcendentibus nullam eſſe differentiam inter præteritionem, & exhæredationem: nec eſt uerum, quòd patri non detur bonorum poſſeſſio contra tabu. ſi filius eum præcedit, ſi tamen filius eſt exhæredatus, vt in caſu illius tex. tunc enim exemplo patroni datur ei bonorum poſſeſſio contra tabu. arg. §. ſed noſtra inſtitu. de ſucce. libe. & in ſpecie probatur in d. l. filio §. contra tabu. ff. de inoffi. teſta. Tertiò infero, non eſſe uerum intellectum Fabri in authen. non licet C. de liberis præte. ſcilicet quòd l. paterfilium intelligatur de patre emancipatore exhæredato, & non præterito, ideo datur quærela, quod uoluit Bart. in d. authen. ex cauſa, nu. 13. C. eod. Nam cum nulla ſit differentia hoc caſu, inter præteritionem, & exhæredationem, nō poteſt eſſe uerum, cum ea quæ diſpoſita ſunt in vno, habeāt locum in alio, maximè quòd ex uerbis expreſſis colligitur, quòd ibi pater fuit præteritus. Quartò infero, non eſſe uerum nec neceſſarium intellectum aliquorum uolentium tex. illum intelligi debere, quod loquantur in caſu ſpeciali, uidelicet quando non competebat patri bonorum poſſeſſio contra tabulas, quia pater coactus, filium emancipauit, quo caſu contra tabu. non datur, per l. fin. ff. ſi à paren. quis fuc. ma. & ita potuit ſibi cōpetere quærela: nam reſpondeo, quòd iſte intellectus eſt diuinatorius, & cū eo reſtringeretur nimis diſpoſitio illius tex. nec eſt inconueniens, quòd quærela concurrat cum bonorum poſſeſſione contra tabu. hoc caſu, vt ſupradictū eſt, & infra explicabimus. Quintò infero, non eſſe ue-

Digitized by Google

rum intellectum, & reſtrictionem Mincha. ad d. l. pater filium, quòd loquatur in caſu quo filius fuiſſet emancipatus contracta fiduccia, cum tempore illius tex. nõ intelligebatur contracta fiduccia emancipatus, vt hodie: nam cum aliàs non contracta fiduccia, non ſuccedebat abinteſtato, multo minus contra teſtamentum, arg. §. eadem inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato defe. l. in arenam C. de inof. teſta. quod ego corroboro fortius, nam quærela inoffi. teſta. non datur niſi illis perſonis, quibus competit ſucceſſio abinteſtato, glo. recepta in uerbo, parentibus in l. 1. ff. de inoffi. teſta. quæ hodie iure Regio approbata eſt per l. 1. tt. 8. part. 6. Nam reſpondeo non eſſe uerum, quòd iure digeſtorum quando pater manumittebat non contracta fiduccia, non admittebatur ad ſucceſſionem abinteſtato: licet enim verum ſit, quòd de iure ciuili non ſuccedebat, vt probatur in §. fi. inſtitu. de legi. agna. ſucceſſi. de iure tamen Prætorio admittebatur inter illas decem perſonas quæ extraneum manumiſſorem præcedebant, vt probatur in d. §. ſunt autem inſti. de bono. poſſe. & quòd non contracta fiduccia de iure Prætorio, pater emancipator ad ſucceſſionem filij inteſtati uocabatur, tenet glo. in l. 2. §. obijcitur ff. ad Tertu. imò præcedebat matrem, & alias perſonas, quas ſi contracta eſſet fiduccia de iure ciuili præcederet, vt ibi probatur, ſi bene cõſideretur. Nec oberit ſi dicatur, quòd de iure ciuili nõ admittebatur ad ſucceſſionẽ filij emancipati inteſtati, ſed tantum de iure Prætorio, quoniã hoc non eſt in conſideratione: nam ſimiliter emancipatus filius olim non admittebatur ad ſucceſſionem patris, vt colligitur ex §. emancipati inſti. de hæredi. quæ abinteſta. deferun. licet hodie ſit ſecus l. meminimus C. de legiti. hæredi. ex authen. de hære. abinteſta. §. nullam verò,

& nihilominus ei concedebatur quærela inoffici.teſta. l. ſi ponas ff. de inoffi.teſta. quærela etenim inofficioſi teſtamenti (quicquid malè aliqui dd.in contrariū velint) non magis iuris ciuilis quam Prætorij, remedium eſt: ſed extra ordinem vtroq; iure deſtitutis, conceditur, vt bene percepit Vigli.in §.tam autem in fine inſtitu.de inoffici.teſta. Ex quibus apparet, quòd pater emancipator etiam non contracta fiducia, de iure Prætorio ſuccedebat abinteſtato, & contra teſtamentum habebat quærelam. Sextò infero, verum eſſe Aldri.& Fulgo.intellectum, quòd deciſio illius tex. regulariter procedat, & patri emancipatori cōpetat quærela, quod ſatis colligitur ex ratione generali ſequentis l.nam & ſi parentibus. Item quòd illo caſu concurrant bonorum poſſeſſio contra tabulas, & quærela, quod bene probatur in d. l. 1. §. fi. ff. ſi à parente quis fuerit manu. & ex d. l. paterfilium iuncta l. filio §. contra tabulas ff. eod. de inoffi. teſta. vbi in vno & eodem caſu in vna l. intentauit quærelam, & in alia contra tabu. & ratio fundamentalis eſt, nam quando quærela concurrit cum alio ordinario remedio, ſi ex diuerſis, & ad diuerſos effectus competunt, ſimul concurrunt: ita concludit Bart. Bald. Paul. & communiter dd. in l. 1. C. de inoffi. doti. poſt glo. ibi, & glo. ſimilem in l. hac edictali C. de ſecun. nupti. vbi hac ratione concludunt, quòd remedium quærelæ inofficioſæ dotis, concurrit cum remedio d. l. hac edictali: pro quo vrget etiā l. ſi patronus ff. de donation. vbi patronus habet partem ſibi debitam tanquam patronus, & partem ſibi debitam tanquam hæres, hoc eſt, Falcidiā. Nec obſtat §. ſi quis impubes l. Papinianus ff. de inoffi. teſta. nam filio arrogato non competunt illa duo remedia ex diuerſis cauſis, ſed ex vnica cauſa, ideo excluditur à quærela. Quod

Z 2 primò

rum intellectum,& reſtrictionem Mincha. ad d. l. pater filium, quòd loquatur in caſu quo filius fuiſſet emancipatus contracta fiduccia, cum tempore illius tex. nō intelligebatur contracta fiduccia emancipatus, vt hodie: nam cum aliàs non contracta fiduccia, non ſuccedebat abinteſtato, multo minus contra teſtamentum, arg. §. eadem inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato defe. l. in arenam C. de inof. teſta. quod ego corroboro fortius, nam quærela inoffi. teſta. non datur niſi illis perſonis, quibus competit ſucceſſio abinteſtato, glo. recepta in uerbo, parentibus in l. 1. ff. de inoffi. teſta. quæ hodie iure Regio approbata eſt per l. 1. tt. 8. part. 6. Nam reſpondeo non eſſe uerum, quòd iure digeſtorum quando pater manumittebat non contracta fiduccia, non admittebatur ad ſucceſſionem abinteſtato: licet enim verum ſit, quòd de iure ciuili non ſuccedebat, vt probatur in §. fi. inſtitu. de legi. agna. ſucceſſi. de iure tamen Prætorio admittebatur inter illas decem perſonas quæ extraneum manumiſſorem præcedebant, vt probatur in d. §. ſunt autem inſti. de bono. poſſe. & quòd non contracta fiduccia de iure Prætorio, pater emancipator ad ſucceſſionem filij inteſtati uocabatur, tenet glo. in l. 2. §. obijcitur ff. ad Tertu. imò præcedebat matrem, & alias perſonas, quas ſi contracta eſſet fiduccia de iure ciuili præcederet, vt ibi probatur, ſi bene cōſideretur. Nec oberit ſi dicatur, quòd de iure ciuili nō admittebatur ad ſucceſſionē filij emancipati inteſtati, ſed tantum de iure Prætorio, quoniā hoc non eſt in conſideratione: nam ſimiliter emancipatus filius olim non admittebatur ad ſucceſſionem patris, vt colligitur ex §. emancipati inſti. de hæredi. quæ abinteſta. deferun: licet hodie ſit ſecus l. meminimus C. de legiti. hæredi. ex authen. de hære. abinteſta. §. nullam verò,

& nihilominus ei concedebatur quærela inoffici.teſta. l. ſi ponas ff. de inoffi.teſta. quærela etenim inofficioſi teſtamenti (quicquid malè aliqui dd. in contrariũ velint) non magis iuris ciuilis quam Prætorij, remedium eſt: ſed extra ordinem vtroq; iure deſtitutis, conceditur, vt bene percepit Vigli. in §. tam autem in fine inſtitu. de inoffici.teſta. Ex quibus apparet, quòd pater emancipator etiam non contracta fiducia, de iure Prætorio ſuccedebat abinteſtato, & contra teſtamentum habebat quærelam. Sextò infero, verum eſſe Aldri. & Fulgo. intellectum, quòd deciſio illius tex. regulariter procedat, & patri emancipatori cõpetat quærela, quod ſatis colligitur ex ratione generali ſequentis l. nam & ſi parentibus. Item quòd illo caſu concurrant bonorum poſſeſſio contra tabulas, & quærela, quod bene probatur in d. l. 1. §. fi. ff. ſi à parente quis fuerit manu. & ex d. l. paterfilium iuncta l. filio §. contra tabulas ff. eod. de inoffi. teſta. vbi in vno & eodem caſu in vna l. intentauit quærelam, & in alia contra tabu. & ratio fundamentalis eſt, nam quando quærela concurrit cum alio ordinario remedio, ſi ex diuerſis, & ad diuerſos effectus competunt, ſimul concurrunt: ita concludit Bart. Bald. Paul. & communiter dd. in l. 1. C. de inoffi. doti. poſt glo. ibi, & glo. ſimilem in l. hac edictali C. de ſecun. nupti. vbi hac ratione concludunt, quòd remedium quærelæ inofficioſæ dotis, concurrit cum remedio d. l. hac edictali: pro quo vrget etiã l. ſi patronus ff. de donation. vbi patronus habet partem ſibi debitam tanquam patronus, & partem ſibi debitam tanquam hæres, hoc eſt, Falcidiã. Nec obſtat §. ſi quis impubes l. Papinianus ff. de inoffi. teſta. nam filio arrogato non competunt illa duo remedia ex diuerſis cauſis, ſed ex vnica cauſa, ideo excluditur à quærela. Quod

primò declara, quòd patri emancipatori competit contra teſtamentum filij emancipati contra tabulas, & quærela, quòd hoc non tantum ſucceſſiuè; aut alternatiuè; taliter quòd ab vno excluſo, ad aliud remedium redire poſſit, nam hoc eſt regulare, vt ſupra probatum eſt per tex. in l. eum qui, & l. contra C. de inoffi. teſta. l. Papinianus §. ſi quis irritum ff. eod. Sed quòd ſimul cumulantur, & pater vtriuſq; remedij effectum conſequitur; quia ex diuerſis cauſis, & ad diuerſos effectus dantur. Concludo, quòd ſiue pater emancipator ſit præteritus, ſiue exhæredatus, habebit bonorum poſſeſſionem contra tabu. & quærelã ſimul. Sed hodie iure nouiſſimo hoc reſtringitur, quòd ſolùm locũ habeat quando cum cauſæ legitimæ expreſſione præteritus aut exhæredatus eſt: alias autem habebit tanquam pater ius dicẽdi nullum; & tanquam patronus bono. poſſe. contra tabu. Vtroq; tamẽ caſu duas legitimas partes emãcipator pater conſequitur. Practicam in hoc articulo colliges ex l. 1. §. fi. ff. ſi à paren. quis fuerit manu. & erit. Quòd pater præteritus cum cauſæ expreſſione, iure patronatus poterit petere, quòd teſtamentum reſcindatur vſque ad partẽ ſibi debitam: & tanquam pater, quòd in totum reſcindatur: & ſi ſine cauſæ expreſſione, petet tanquam patronus declarari nullum uſque ad debitam partem, & tanquam pater in totum. Similiter & abinteſtato duplici iure ei ſucceſſio competit, ſed utilior de iure communi videtur ſucceſſio abinteſtato tanquam patronus, quia vt ſupradictum eſt, excludit fratres & ſorores filij defuncti, quod eſt ſecus ſi tanquam pater: vnde ſecurius erit in libello exprimere, & cumulare, ad ſe hæreditatem duplici iure ſpectare. Irrito verò, aut reciſo teſtamento, diuiſio fiet hoc modo, prius extrahetur æs alienum, quia

 bona

bona dicuntur deducto aere alieno l.ſubſignatum §. bona,& l.Princeps bona ff.de verbo.ſignifi.de reliquis bonis deducet ea quæ ſibi tanquam patrono cōpetunt ante omnia, quia ſibi tanquam æs alienum debētur, vt bene adnotat glo.in l.ſi patronus ff.de donatio.arg.l. Papinianus §.ſi quis impubes ff.de inoff.teſta.vnde primò habebit dimidiam uſusfructus partem bono.aduentitiorū, quæ emancipatus filius tempore emancipationis habebat, iuxta tex.in l.cum oportet §.pe.C.de bonisq; libe.§. hoc quoq; inſtitu.per quas perſo.nob. acqui. Deinde deducet tertiam partem ſibi propter filij emancipationē, iure patronatus debitam, quæ de illis tantum bonis deducenda arbitror, quæ poſt emancipationem ei obuenerunt, vt ſupradictum eſt. De cæteris autem bonis ſimul iunctis, habebit legitimam ſibi tanquam patri debitam,& de alijs ſoluentur relicta. Et ex hoc, quòd duo remedia patri emancipatori competant, ſequuntur aliqui effectus,& vtilitates. Prima vtilitas eſt, quòd cùm hodie irrito teſtamento legata conſeruantur, iuxta authen.ex cauſa C.de libe.præteri.& idem eſt teſtamento reciſo per quærelam, vt docet Bart.receptus in l. Papinianus §.ſi ex cauſa nu.1.ff.de inoffi.teſta. Fabi.de Giochis in authen.nouiſſima.C.de inoffi.teſta.nu.294.pater emancipator habebit integras partes ſibi iure patronatus,& patris, debitas: & de alijs ſoluentur relicta. Secunda utilitas erit, quòd excluſo ab vno iure, tempore aut renunciatione, poterit ad alterum recurrere, & eo
12 iuuari. De † iure autem Regio, pater emancipator, ſi eſt præteritus, aut exhæredatus ſine legitimæ cauſæ expreſſione, teſtamentum eſt ipſo iure nullū: ſi cum cauſa, datur ei quærela l.1.tt.8.par.6.& ibi Monta. ſentit, & expreſsè Mincha. affirmat in locis ſupracita. De remedio

vcrò

verò bonorum poſſeſſionis contra tabulas nihil dicunt, nec vlla Regia lege reperio cautum, ſed idem quod de iure communi dicendum puto, arg. c. 1. & 2. extra de noui operis nunt.& quia quod non mutatur ſtare non prohibetur l.præcipimus C.de appellati. Nouiſſimè exa minare neceſſe eſt, quod remedium competat aſcendenti præterito, aut exhæredato à deſcendente in ſua po teſtate conſtituto. Et Primò inquirendum eſt de filio
13 fam. † milite, aut de pagano de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrẽſibus teſtãte, de quibus ẽt de iure cõi teſtari permiſſum eſt l.fi.C.de inof.teſta.l.pe.& fi. C.qui teſta. face.poſſunt. Ad rem igitur deueniendo, ſi parens emã cipatur à deſcẽdẽte milite, vel teſtante de bonis caſtren ſibus, vel quaſi fuerit præteritus, vel exhæredatus ſine cauſæ expreſsione teſtamẽtũ eſt nullũ, Bar.receptus in d.auth. ex cã nu.13.per tex.in d.§.aliud quoq;,iũcto §. ſiue igitur verſi.& hæc quidem, quæ ſententia receptiſſi ma eſt (licet vt ſæpius dictũ eſt) Imol.Vigli. & Mencha. teneant illa iura in hoc non inducere aliquid de nouo. Si autem præteritus, aut exhæredatus eſt cum cauſa, in hoc ſunt variæ dd.opiniones, quas refert Bar.vbi ſupra, & quia ardua quæſtio eſt, alio loco eam diſcutiam: nunc reſolutiuè quod ſentio dicam. Bart. vbi ſupra tenet, quòd ſi eſt exhæredatus cum cauſa, ei competit quærela, & hæc eſt communis, & mihi vera opin. quam receptam teſtatur Iaſ.in d.l.fi.nu.5.C.de inoffi.teſta.& in d.l. ſicut, vbi Alex.nu.5.C.de teſta.mili.Ferdi.Vazq.ſucceſ. creati.§.24.nu.33. Tu idem dicas, quando pater eſſet præteritus, cũ vt ſupradictũ eſt, nulla ſit differentia in aſcendentibus, inter præteritionem, aut exhæredationẽ: vnde caueas à Bart.vbi ſupra, qui tenet patre cum cauſa præterito à filio milite, ſeu teſtante de caſtrenſibus, nullum

nullum eſſe ipſo iure teſtamentum,quod non probat ali
14 qua lege,nec puto poſſe probari. Circa clericum † filiũ
fam.qui teſtamentum facere poteſt iuxta l.Sacroſanctæ
C.de Epiſcop.& cleri. & probatur per generalitatem
l.pe.& fi.C.qui teſtam.face.poſſunt,idem dicendum pu
to quod in milite,quòd aut aſcendens à deſcendẽte cle
rico eſt præteritus,aut exhæredatus ſine cauſa, & teſta-
mentum eſt ipſo iure nullum:aut cum cauſa,& tũc com
petit quærela per d.verſi.& hæc quidem de parentum:
quamuis in hoc articulo ſit difficultas, quam latius ſepa
ratim infra expediam,& quid erit dicendum de clerico
15 primæ tonſuræ. † Filius fam.paganus,de bonis aduenti
tijs,de iure communi,teſtari prohibetur l.qui in poteſta
te ff.de teſta.tex.in prin.inſti. quibus non eſt permiſſum
face.teſta.etiam de his bonis aduentitiis,in quibus pater
non habet vſumfructum,vt Alex.& Iaſ.in d.l.pe.& fi.
C.qui teſta.face.po.adnotant. De iure tamen Regio,
ſi filiusfami.habet ætatem legitimã,ſiue miles, aut cle-
ricus,ſiue paganus ſit,de quibus cũq; bonis teſtãdi facul
tatem habet à Regia l.5.Tauri. Vnde de iure Regio in
16 aſcẽdente teſtãte † de quibuſcũq; bonis cõclude:quòd
ſi aſcendens ab eo eſt præteritus, aut exhæredatus ſine
cauſa legitima, teſtamentum eſt ipſo iure nullum:ſi
cum cauſa,aſcendenti competit quærela l.1.tt.8. par.6.
quæ originẽ trahit à d.verſi.& hæc quidem. Nec obe
rit ſi dicatur,quòd habet facultatem à lege noua teſtan
di,nam etiã ſi libera facultas ſibi cõcederetur, reſtringi
debet,ſecundum leges, & iuris ſolemnitate ſeruata.l.cũ
lege,& authen.præsbiteros 1.C.de Epiſco.& cleri.l.fin.
C.de inoffi.teſta.dd.communiter,teſte Barba.ibi nu. 7.
in c.quia nos extra de teſta.Iaſ.in l.1.nu.4.C. de Sacro.
17 Eccle.Aduertendum tamen eſt,quòd † quicunq; aſcen
dens,

dens præteritus, aut exhæredatus à quocunq; deſcendēte, cum cauſa, probata cauſa ingratitudinis legitima, ab omni auxilio excluditur, vt in deſcendentibus in ſuperiori capite dictum eſt: nam cum legitima cauſa bene licet præterire, vel exhæredare aſcendentes, vt probatur in d. §. ſiue igitur, & de iure Regio in l. 11. titu. 7.
18 part. 6. Vlterius autem † inquirendum putaui, an legitima parentum ſit hodie aucta per auth. de triente & ſemiſſe §. 1. & authen. nouiſſima C. de inoffi. teſta. an verò ſit quarta eius partis quæ habiturus eſſet abinteſtato, arg. l. Papinianus §. quoniam quarta ff. de inoffici. teſta. Et receptior ſententia in hoc arti. eſt, auctam eſſe eorum legitimam, quam obſeruat glo. in dicta authen. nouiſſima, & ibi Guil. Cy. Bar. & Iaſ. nu. 35. & Fabi. de Gio. colu. 8. q. 2. & Mincha. nu. 182. qui tres vltimi eam communem teſtantur, & eam amplectitur idem Bar. in l. paterfilium. 1. lectu. nu. fi. ff. de inoffi. teſta. vbi Rube. in Repe. nu. 45. commu. aſſerit: idem Bart. in l. ſi à milite §. 1. vbi Ange. ff. de mili. teſta. Augu. Bero. in c. Rainutius nu. 174. extra de teſtamen. & fundamentũ capitale eſt: Quòd legitima parentum eſt æquiparata legitimæ liberorum per modum regulæ, vt apparet in l. nam & ſi parentibus ff. de inoffi. teſta. ibi, non minus parentibus quã liberis &c. vnde ſupradictæ nouellæ conſtitutiones loquentes de legitima filiorum, trahendæ ſunt ad legem antiquam, vt per eius regulam comprehendatur etiam legitima parentum, arg. l. non eſt nouum cum ſeq. ff. de legi. Bene verum eſt, quòd Rube. vbi ſupra, affirmat contrariã opin. videlicet auctam non eſſe hodie parentum legitimam, diſputatiuè in puncto iuris veriorẽ eſſe, pro quo conſiderat authen. de trien. & ſemiſ. vbi ſolùm ſit mentio de filiis. Sed hæc difficultas ceſſat de iure Regio,

Regio in quo aucta, & magis aucta eſt: nam omnia bona deſcendentium, non extantibus eorum liberis qui poſſint de iure ſuccedere, ſunt legitima aſcendentium: licet habeat deſcendens facultatem teſtandi de tertia eorum parte, vt nouiter conſtitutũ eſt Regia l.6. Tauri.

19 Succeſſiuè † inueſtigare oportet, an legitima ſit relinquẽda aſcendentibus tt.inſtitutionis. Et partẽ affirmatiuã, quòd ſit eis ſicut liberis titulo inſtitutionis relinquenda, aliàs teſtamentum ſit ipſo iure nullum, tenent Sali. Paul. Alex. in d. authen. nouiſſima vbi Iaſ. communem teſtatur, & hanc opini. tenet Bart. in l.1.§.ſi parẽs ff. ſi à paren. quis fue. manu. Bald. in l.1. C. de contra tabu. & in l. omnimodo C. de inoffi. teſta. eam ſequitur, & receptam communiter aſſerit Rube. in d.l. pater filium nu.50. Mencha. nu.282. ſucceſſi. creati. §.20. & pro hac cõmuni ſententia adducitur tex. in authen. vt cum de appellati. cognos. §. aliud quoque capitulum, iuncto §. ſiue, verſi. & hæc quidem de parentum, & §. hæc autem diſpoſuimus, & §. cæterum. Contrariam tamen opinionẽ, imò quòd non ſit de forma teſtamenti relinquere parenti legitimam titulo inſtitutionis, tenet Bar. ſibi contrarius in dicta authen. nouiſſima, idem Barto. in l. ſiue §. excluditur ff. de iure patro. quam defendit Iaſ. latè vbi ſupra in dicta authen. nouiſſima, quia legitima parentis æquiparatur legitimæ patroni l.1. ff. ſi à parente quis fuerit manumiſſ. ſed legitima patroni certum eſt quoquo titulo reliqui poſſe, l. etiam §. ſi debita ff. de bonis liberto. §. ſed noſtra inſtitu. de ſucceſſio. liber. Præterea vrget regula l. præcipimus C. de appella. quod non mutatur &c. Itẽ quia legũ correctio eſt euitanda. Tu autẽ ſi rectè cõſideras quæ in hoc capite latè expoſuimus cognoſces, dd. in hoc arti. oẽs in aduertenter procedere, vnde

AA in hac

Digitized by Google

in hac difficultate ita diſtingue: Aut loquimur de legitima debita aſcẽdẽtibus iure naturæ, & rõne ſanguinis, & hæc legitima æquiparatur legitimæ debitæ liberis, l. nam & ſi parentibus ff. de inoffi. teſta. & proculdubio eam relinqui oportet tt. inſtitutionis: quod expreſsè cautũ puto per dictas nouellas conſtitutiones pro cõi opinione adductas, & de iure Regio expreſsè prouiſum eſt l. 1. tt. 8. par. 6. Aut loquimur de parte debita patri emancipatori ob beneficium emancipationis in filium collatum, & hæc æquiparatur legitimæ patroni; nam eius exẽplo conceditur, l. 1. in prin. & §. fi. ff. ſi à pare. quis fuerit manu. quæ quidem tt. inſtitutionis nõ eſt relinquenda, neq; prædictæ nouellæ conſtitu. de ea loquuntur. Intellige tamen ſupradicta, quòd ad ualiditatem teſtamenti non requiritur quòd integra legitima titulo inſtitutionis relinquatur, ſed ſufficit quòd aliqua, licet minima pars. Et agit parens ad ſupplemẽtum ſicuti liberi, vt bene probatur in dicto §. hæc autem diſpoſuimus, & in l. omnimodo C. de inoffi. teſta. quæ loquitur etiã in aſcendentibus, vt glo. ibi, & dd. adnotant. Irrito autem, aut rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, aſcendentis conſeruantur legata, & alia relicta, per authen. ex cauſa C. de libe. præte. vel exhære. & per authen. vt cum de appella. cogna. §. aliud quoque, quæ iura loquũtur etiam in parẽtibus, vt ibi probatur, iuncto §. ſiue igitur verſi. & hæc quidem: quod receptiſſimum eſt, vt ſequenti capite dicam circa fratrem, de quo dubitant dd. quando præteritus eſt, turpi perſona inſtituta.

SVMMARIVM.

1. *Collaterales uocantur abinteſtato ad ſucceſsionem tranſuerſalis defuncti ſine liberis, vel parentibus.*

1 Collatera-

2 *Collateralibus, ſucceſsio iure naturali debetur.*

3 *Naturale ius quòd ſit immutabile, & quomodo intelligatur.*

4 *Collaterales contra teſtamentum regulariter non ſuccedunt.*

5 *Frater præteritus, aut exhæredatus, turpi perſona hærede inſtituta à fratre, querelat teſtamentum fratris.*

6 *Præteritio, & exhæredatio fratris, aut ſororis non differunt.*

7 *Fratri utrinq; coniuncto, aut conſanguineo competit querela; nõ autem vterino: & quæ ſit differentiæ ratio.*

8 *Frater naturalis illegitimus non habet querelam, etiam ſi legitimatus ſit per reſcriptum Principis.*

9 *Frater coniunctus per lineam tantum fœmininam, an de iure Regio habeat querelam.*

10 *Agnatis alijs, vel cognatis vltra fratrem vel ſororem, non competit querela.*

11 *Fratri, vel ſorori turpi perſonæ inſtitutæ, non datur querela.*

12 *Querelam non habet frater, quando integra legitima ei eſt relicta.*

13 *Intellectus nouus ad l. Pantonius ff. ſi à paren. quis ſue. manu.*

14 *Titulus inſtitutionis in fratre, non eſt neceſſarius.*

15 *Frater cui aliquid minus legitima relictum eſt à fratre, turpi perſona inſtituta, an habeat querelam.*

16 *Frater in totum, non autem vſque ad legitimam tantùm, rumpit fratris teſtamentum.*

17 *Ingratitudinis cauſa, fratrem à querela repellit.*

18 *Ingratitudinis cauſa, an frater repellatur à ſucceſsione fratris ab inteſtato.*

19 *Caſus in quibus frater propter cauſam ingratitudinis repellitur à ſucceſsione abinteſtato: & ſaluatur glo. §. ingratitudinem.*

20 *Frater de iure Regio repellitur à ſucceſsione fratris teſtamento condito, & abinteſtato, propter cauſam ingratitudinis.*

21 *Legitima fratris turpi perſona inſtituta, quæ ſit.*

22 *Legitima fratris an ſit hodie aucta.*

23 *Authen. ex cauſa, an locum habeat in fratre.*

24 *Correctoria diſpoſitio quando extendatur.*

25 *Turpitudo perſonæ quòd non ſit cauſa principalis querelæ, ſed ratio naturalis.*

26 *Clauſula codicillaris ſi ſit appoſita turpi perſona inſtituta, an inducat*

ducat fidei commiſſum vniuerſale.

27 *Quærela an competat fratri, quando perſona turpis non ex toto, ſed ex parte inſtituta eſt.*

28 *Turpis perſona inſtituta ſi repudiauit ſuam portionem, an competat quærela fratri, ſi ſit alius cohæres honeſtus.*

29 *Turpis perſona quæ dicatur.*

30 *Fratri non datur quærela, quando perſona turpis inſtituta eum excluderet abinteſtato: & aſsignatur ratio.*

31 *Turpis perſona, quando viuo teſtatore ad frugem melioris vitæ redierit, non dicitur turpis, ſi propter mores erat turpis antea reputatus.*

32 *Malus emendatus dicitur, quando per triennium continuum à vitio abſtinuit, & incontinentia perſeuerauerit: & qualiter intelligatur.*

33 *Fratri datur quærela, quando perſona turpis eſt inſtituta quæ capax erat, ſecus tamen ſi incapax, ſeu indigna.*

Quæ auxilia habeāt collaterales contra teſtamēta aliorum collateralium, vt legitimam ſibi debitam conſequantur hæreditatem. Cap. XI.

SVPEREST vt de remedijs collateraliū aduerſus aliorum tranſuerſalium teſtamenta cōpetentibus inſpiciamus. Quo
1 niam defuncto collaterali † abſq; deſcendentibus, vel aſcendentibus ad eius ſucceſſionem (ſi inteſtatus deceſſit) tranſuerſales vocantur, authen. de hære. abinteſt. veni §. ſi igitur colla. 9.
2 Hæreditas † etenim, ad collaterales ſimiliter iure naturali expectat, vt bene colligitur ex authen. de hæredi. & Falci. §. 1. colla. 1. & expreſſius probatur in l. hac parte ff. vnde cognati, ibi, Quos ſanguinis ratio vocat, & in l. conſtat C. quorum bonorum, ibi, Cum prudentium omnia reſpōſa: & lex ipſa naturæ ſucceſſores eos facit; l. ſed

tē. §. fi.ff.de caſ.pecu. Ex quibus iuribus apparet nō eſſe verum, quod legū interpretes negāt, cognatis ſeu collateralibus ſucceſſionē iure naturali debitam eſſe. Nec oberit ſi dicatur, quòd paſſim ſucceſſio collateralibus (maximè teſtamento condito) negatur: † quod
3 contingere non poſſet, ſi de iure naturali debita eſſet: cum naturale ius ſemper firmum & immutabile ſit, §. ſed naturalia inſtitu.de iure natu.gen.& ciui. Nam ego reſpondeo, quòd in caſibus in quibus cognatis, aut parentibus, aut liberis ſucceſſio negatur, vel eis condito teſtamento ſucceſſio aufertur, iure naturali non erat debita. Nam licet illa inclinatio, & voluntas, ratio ſanguinis, & vis à natura inſita ſit hominibus, vt cognatis ſua bona relinquant, tamen illa vis, inclinatio, ſeu uoluntas, & ratio ſanguinis, non ſemper inducit ius naturale, ſed quatenus rationalis eſt: veluti ſi in aliquo caſu alia naturalis ratio fortior ſuadeat contrarium eſſe melius. Et hinc eſt, quòd filij ſpurij, nefarij & inceſtuoſi ad ſucceſſionem parentum non admittuntur, authen. ex complexu C.de inceſtis nup. licet ea ſit circa eos voluntas, & affectio naturalis quæ in legitimis, quia rō boni & æqui ſuadet contrarium. Præterea, condito teſtamento ad certam tantùm partem liberi, aut parētes admittuntur, & collaterales omnino à ſucceſſione (niſi fratre aut ſorore turpi perſona inſtituta omnino vt infra dicetur) excluduntur. Nam ratio alia naturalis ſuadet contrariū, videlicet quòd in re propria quilibet eſt moderator & arbiter l. in re mandata C. mandati: quia iniquum eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarū alienationem, l. non vſq; ff. ſi à parente quis fuerit manu. Et nihil eſt tam conueniens naturali æquitati, quam voluntatē domini volentis rem ſuam ad alium transferri,

ratam haberi, §.per traditionem inſtitu.de rerum diui. & nihil ſit quod magis hominibus debeatur, quã ſupremæ uoluntatis liber ſtylus, l.1.C.de Sacro. Eccle. Rurſus, licet omnibus cognatis ſucceſſio iure naturali debeatur, & eos rõ ſanguinis ad hæreditatẽ vocat, qñ tñ in aliquibus ex his fortior rõ naturalis militat, alios excludit: & ex hoc prouenit, quòd liberi excludunt parẽtes, parentes alios cognatos, cognati proximiores, alios remotiores. Hoc totum ex iure naturali (quod ſemper bonum & æquũ eſt, iuxta l. ius ciuile ff.de iuſti. & iure) prouenit. Nam licet bonum ſit, quòd fratres defuncto ſuccedant, melius eſt quòd liberi eius ad ſucceſſionem admittantur, & fratres, & alios remotiores cognatos excludant. Vnde illud quod ſimpliciter bonum eſt, ſi meliori comparetur, vicem mali habet: & ita non poſſumus dicere eẽ ius naturale, quod ſemper bonũ & æquũ eſt. Et hinc eſt, quòd Fortu.Gar.in l.1.in prin.nu. 46. reprobat glo.in l.ſi ſeruus communis §.quod verò ff.de furtis, dum adnotauit, aliquid eſſe bonum cuius contrarium melius eſt: Nam illud quod videtur bonum aut æquum, in effectu non eſt bonum nec æquum, quia amittit vim æqui & boni concludendi. Et ſimiliter minus malum, ſi maiori malo comparetur, vicem boni habet, c.duo mala 13.diſt.Couarru.in epito.prima par. cap.4. & prædicta omnia corroborantur per tradita à Fortu. in d.l.1.§.ius naturale nu.12.vbi docet, quòd ea quæ homini competunt ex genere animalis, vt maris & fœminæ coniugatio, filiorum educatio, & reliqua, vt iuris ſint naturæ, neceſſe eſt quòd rationi ſubijciantur: aliàs in ipſo homine non poteſt eſſe aliquod ius naturæ quod rationi non congruat. Primò ex ſupradictis infero, quòd decipiuntur dd. volentes liberis impropriè iure naturali

deberi

deberi ſucceſſionem, cum rationis ſit naturalis ſucceſſio, & non ex ſolo inſtinctu naturæ, quod damnat Fortu. in d.§.ius naturale nu. 24. Nam cum inclinatio & affectus ille proueniat à natura, neceſſario dicendum eſt, quòd ſit naturalis: Imò tu ex ſupradictis cognoſces, quòd ſine ratione non eſſet ius naturale. Imò cõtra dd. puto, quòd nõ ſolum liberis ſucceſſio propriè iure naturali debita eſt, ſed etiam parentibus, & cœteris cognatis: nam ſimiliter ex affectu, & inclinatione naturali eis debetur; & eos ratio ſanguinis ad ſucceſſionem vocat, & in dictis iuribus probatur, quorum verba propriè accipienda ſunt arg. l. non aliter ff. de leg. 3. & licet in alijs cognatis non ſit ita fortior ille affectus, & inclinatio, & voluntas ſicuti in liberis, nihilominus naturalis propriè eſt. Secundò ex ſupradictis colligitur declaratio ad quæſtionem quam diſcutit Iaſon in l. quoniam in prioribus C. de inoffi. teſta. & in l. ſi pater nu. 21. C. de inſtit. & ſub ſti. Dec. in conſi. 106. nu. 4. Ripa lib. 1. reſponſ. cap. 7. Couar. in epito. 2. parte cap. 8. nu. 5. An legitima filiorum, aut parentum lege, aut ſtatuto tolli poſſit. Nam ſi in aliquo caſu vel loco, ratio boni & æqui ſuadet quòd tollatur, vt in exemplis ſupra adductis, poterit tolli: nec voluntas & inclinatio illa naturalis præſtat impedimentũ, quo minus illud quod bonum & æquum eſt conſtituatur: vnde in hoc cõſiſtit difficultas, an erit bonũ & æquũ, aliàs autem non erit lex: cum lex etiam ciuilis, eſt recta ratio quæ dirigit ad debitum finem, quæ ſi non eſt iuſta, bona, & æqua, non eſt lex, c. erit lex 4. diſt. Ad inſtitutũ igitur accedendo ſciendum eſt, quòd licet cognatis ſeu collateralibus iure naturali ſucceſſio abinteſtato deferatur, vt ſupradictum eſt, † condito tamen teſtamento, ſi
6 præteriti ſunt vel exhæredati, omnino ab hæreditate regulariter

ratam haberi, §.per traditionem inſtitu.de rerum diuiſ. & nihil ſit quod magis hominibus debeatur, quã ſupremæ uoluntatis liber ſtylus, l.1.C.de Sacro. Eccle. Rurſus, licet omnibus cognatis ſucceſſio iure naturali debeatur, & eos rõ ſanguinis ad hæreditatẽ vocat, qñ tñ in aliquibus ex his fortior rõ naturalis militat, alios excludit: & ex hoc prouenit, quòd liberi excludunt parẽtes, parentes alios cognatos, cognati proximiores, alios remotiores. Hoc totum ex iure naturali (quod ſemper bonum & æquũ eſt, iuxta l. ius ciuile ff.de iuſti. & iure) prouenit. Nam licet bonum ſit, quòd fratres defuncto ſuccedant, melius eſt quòd liberi eius ad ſucceſſionem admittantur, & fratres, & alios remotiores cognatos excludant. Vnde illud quod ſimpliciter bonum eſt, ſi meliori comparetur, vicem mali habet: & ita non poſſumus dicere eẽ ius naturale, quod ſemper bonũ & æquũ eſt. Et hinc eſt, quòd Fortu.Gar.in l.1.in prin.nu. 46. reprobat glo.in l.ſi ſeruus communis §.quod verò ff.de furtis, dum adnotauit, aliquid eſſe bonum cuius contrarium melius eſt: Nam illud quod videtur bonum aut æquum, in effectu non eſt bonum nec æquum, quia amittit vim æqui & boni concludendi. Et ſimiliter minus malum, ſi maiori malo comparetur, vicem boni habet, c.duo mala 13.diſt.Couarru.in epito.prima par. cap.4. & prædicta omnia corroborantur per tradita à Fortu. in d.l.1.§.ius naturale nu.12.vbi docet, quòd ea quæ homini competunt ex genere animalis, vt maris & fœminæ coniugatio, filiorum educatio, & reliqua, vt iuris ſint naturæ, neceſſe eſt quòd rationi ſubijciantur: aliàs in ipſo homine non poteſt eſſe aliquod ius naturæ quod rationi non congruat. Primò ex ſupradictis infero, quòd decipiuntur dd.volentes liberis impropriè iure naturali

deberi ſucceſſionem, cum rationis ſit naturalis ſucceſſio, & non ex ſolo inſtinctu naturæ, quod damnat Fortu. in d.§.ius naturale nu. 24. Nam cum inclinatio & affectus ille proueniat à natura, neceſſario dicendum eſt, quòd ſit naturalis: Imò tu ex ſupradictis cognoſces, quòd ſine ratione non eſſet ius naturale. Imò cōtra dd. puto, quòd nō ſolum liberis ſucceſſio propriè iure naturali debita eſt, ſed etiam parentibus, & cœteris cognatis: nam ſimiliter ex affectu, & inclinatione naturali eis debetur; & eos ratio ſanguinis ad ſucceſſionem vocat, & in dictis iuribus probatur, quorum verba propriè accipienda ſunt arg.l.non aliter ff.de leg.3. & licet in alijs cognatis non ſit ita fortior ille affectus, & inclinatio, & voluntas ſicuti in liberis, nihilominus naturalis propriè eſt. Secundò ex ſupradictis colligitur declaratio ad quæſtionem quam diſcutit Iaſon in l. quoniam in prioribus C.de inoffi.teſta.& in l.ſi pater nu.21.C.de inſtit. & ſubſti. Dec. in conſi.106.nu.4. Ripa lib.1.reſponſ.cap.7. Couar. in epito.2.parte cap.8.nu.5. An legitima filiorum, aut parentum lege, aut ſtatuto tolli poſſit. Nam ſi in aliquo caſu vel loco, ratio boni & æqui ſuadet quòd tollatur, vt in exemplis ſupra adductis, poterit tolli: nec voluntas & inclinatio illa naturalis præſtat impedimentū, quo minus illud quod bonum & æquum eſt conſtituatur: vnde in hoc cōſiſtit difficultas, an erit bonū & æquū, aliàs autem non erit lex: cum lex etiam ciuilis, eſt recta ratio quæ dirigit ad debitum finem, quæ ſi non eſt iuſta, bona, & æqua, non eſt lex, c.erit lex 4.diſti. Ad inſtitutū igitur accedendo ſciendum eſt, quòd licet cognatis ſeu collateralibus iure naturali ſucceſſio abinteſtato deferatur, vt ſupradictum eſt,
4 † condito tamen teſtamento, ſi præteriti ſunt vel exhæredati, omnino ab hæreditate re-

gulariter

gulariter excluduntur, nec aliquo remedio expugnare teſtamentum tranſuerſalis poſſunt, l. 1. in fine ff. de inof. teſta. ibi, Cognati enim proprij qui ſunt ultra fratrem, melius facerent ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent, cum obtinendi ſpem non habeant, tex. in prin. inſti. eod. verſi. ſoror: cum quibus concor. Regia l. 12. tt. 7. & l. 2. &
5 3. tt. 8. par. 6. † Frater autem aut ſoror ſi præteriti ſunt, aut exhæredati, turpibus perſonis ſcriptis hæredibus, à fratre vel ſorore, quærelam inofficioſi teſtamenti inſtituere contra teſtamentum poſſunt, vt in prædictis iuribus probatur, & in l. fratris, & in l. fratres C. de inoffi. te-
6 ſtam. Quod intellige † ſiue frater, aut ſoror præteritus ſit, aut exhæredatus, vt docet Barto. receptus in l. patris nu. 1. ſupracita. Nec enim in fratre magis exhæredatio quã præteritio operatur, ſicuti dicitur in matre in §. mater inſtitu. de exhære. libe. cuius tex. ratio, fratris præteritionem comprehẽdit, ſi rectè aduertas, & nullum eſſe diſcrimẽ, inter præteritionem, aut exhæredationem fratris apertè cognoſces, ex traditis in ſuperiori capite cir-
7 ca parentes. † Primò ſupradicta declara procedere, quando frater, vel ſoror eſt vtrinq; coniunctus, aut conſanguineus: nam vterinus frater aut ſoror, ad quærelam non admittitur l. fratris, vbi notant dd. ſupracita. Bar. in authen. ex cauſa nu. 14. C. de libe. præte. Rationem autem differentiæ, quare vterino fratri nõ datur quærela, communiter aſſignant dd. in d. l. fratres, teſte Curtio Iu. qui eam rationem amplectitur in auth. ex cauſa nu. 50. C. de liberis præteri. Quia quærela inofficioſi teſtamenti eſt remedium ciuile, vt communiter notant dd. in l. 2. C. de inoffi. teſta. & cognati tantùm ſunt incogniti de iure ciuili, vt probatur in prin. inſti. de ſucceſſione cogna. pro quo tu adde tex. in l. 1. in fine ff. de inoffi. teſta. & in

prin.

prin.inſti.eodem: vbi expreſsè cognati à quærela exclu-duntur. Sed hæc ratio mihi nullo modo placet,& omnino reijci debere exiſtimo: primò contra eam vrget, nam non eſt verum quòd cognati tantùm excluduntur à quærela, nam deſcendentes vel aſcendentes per lineã maternam ſunt cognati, vt probatur per §. 1. 2.& 3. inſtitu. de gradi. cogna. nec ſunt agnati, vt eſt tex.in prin. inſtitu.de legi.agna.tutel.& in prin.inſtitu.ad Tertuli.& tamen quærela eis competit, §.mater inſti.de exhæreda. libe.l.cum filium,& ibi notatur C. de inoffici. teſta. latè dixi in duobus capi. ſupra proximis. Et ſi reſpondeas, quòd ſecus eſt in cognatis deſcendentibus, vel aſcẽdentibus, quia hi cogniti ſunt de iure ciuili, cum ad ſucceſſionem vocãtur per S.C. Tertulianum, & Orficianum, & per conſtitutiones, vt in prin. inſtitu. ad Tertu.& ad Orfici.probatur: ſecus tamẽ eſt in fratribus, qui non erãt cogniti de iure ciuili antiquo, nec admittebãtur ad ſucceſſionem abinteſtato de iure ciuili: pro quo vrget, nam qui non admittitur abinteſtato, multo minus debet admitti contra teſtamentum, arg.l.in arenam C. de inoffi. teſta.§.eadem inſtitu.de hæredi. quæ abinteſta. deferun. nec quærela datur niſi illis quibus cõpetit ſucceſſio abinteſtato, textus eſt ĩ l. poſthumus in prin.& §. 1.ff.de inoffi.teſta. Sed tu reſponde, hoc non obſtare, nam filius emancipatus amittit ius agnationis, nec de iure ciuili antiquo admittitur abinteſtato, vt probatur in §.emancipati inſtitu.de hær. quæ ab int. & nihilominus ei datur quærela, l. 2. C.de inoffi.teſta.l.ſi ponas ff.eod.& etiam contra fratris teſtamentum, vt in d.l.fratres ibi, Durante vel non agnatione, iũcta glo. expoſitione ibi,& Mincha. ſucceſ.creati §.10.nu.584.adnotat. Nec obſtat, quòd nõ ſuccedebat de iure ciuili abinteſtato, nam ſufficit quòd

de iure Prætorio vocabatur, vt i d.l.poſthumus. Nec verũ eſt quod dd.in d.l.2.notãt, quòd ideo filio emancipato bonorũ poſſeſſio gratia litis agnoſcendæ datur, vt remoueat impedimẽtum, quòd de iure ciuili nõ poterat emancipatus ad quærelã aſpirare:quã cõmunẽ cum iudicio reprobat Vigli. in §.tam autem inſtitu. de inoffici. teſta. quoniam non conſtat, quærelam magis iuris ciuilis, quã Prætorij eſſe, ſed vtroq; iure deſtitutis dari:& ſi verum eſſet quod dd.dicunt, ſimiliter in noſtra ſpecie diceremus, quòd cum illa bonorum poſſeſſione, gratia litis agnoſcendæ, admittentur ad quærelandum, quod negant dd. vt Curt.Iun.vbi ſupra fatetur. Præterea, pater emancipator intentat contra teſtamentum filij emancipati quærelam l. pater filium ff. de inoffi.teſta. licet non ſit ei agnatus. Nec de iure ciuili antiquo quando eum, non contracta fiducia emancipauit, abinteſtato ſuccedit §.fi.inſtitu.de legi.agnato.ſucce. nam admittebatur de iure Prætorio ad ſucceſſionem filij emancipati inteſtati, §.ſunt autem inſtitu.de bonorum poſſe.quòd ſufficit vt cõperat quærela: vnde cum cognati de iure Prætorio vocantur ad ſucceſſionem abinteſtato, vt probatur in d.principio inſtitu. de ſucceſſi.cogna.non debent repelli à quærela. Rurſus hoc probatur, nam hodie nouiſſimo authenticorum iure ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis, & pariter agnati, & cognati ad ſucceſſionem abinteſtato admittuntur, vt probatur in authen.de hæredi.abinteſtato veni.§.nullam verò, auth. poſt fratres C.de legiti.hære. vnde cum ſint cognati hodie de iure ciuili cogniti, ſi hæc ratio vera eſſet, admitteretur vterinus ad expugnandum fratris teſtamentum, quærela:cum ceſſante ratione legis, ceſſet eius diſpoſitio, c. cum ceſſante extra de appella. cum vulga. Sed

contrarium

Digitized by Google

contrarium tenet Iaſ.in dicta l.fratres nu. 5.verſi. limita hanc legem, Curti.Iun.in d.authen.ex cauſa nu.50.poſt Specula.quem ipſe Curti.refert. Et ſi dices, quòd contra teſtamentum non ſit ſublata differentia agnationis & cognationis,ſed abinteſtato,ideo nō datur fratri vterino quærela: ſaltem confunditur fundamentum,quòd non admittitur abinteſtato de iure ciuili: vnde cur obſecro idem non eſt diſpoſitum in deſcendentibus, vel aſcendentibus per lineam maternam,& in emancipato? Veritas eſt meo iudicio in hoc articulo,quòd lex voluit in hac ſpecie magis fauere fratri agnato, quā cognato, concedendo ei quærelam contra teſtamentū fratris,turpem perſonā inſtituentis,non quia eſſet incognitus vterinus de iure ciuili,nam ſimiliter erat incognitus emancipatus filius, emancipator pater,& cognati aſcendentes,vel deſcendentes per lineam maternam,quibus omnibus quærela competebat,quæ non magis iuris ciuilis, quam Prætorij eſt. ſed fortè quoniam agnati ſunt de eius familia l. pronuntiatio in fine ff.de verbo.ſigni.tex. in prin.inſtitu.de legi.agna.ſucce. Et ex hac ratione in-
8 fertur,quòd frater † naturalis illegitimus nō habet quærelam,quia agnatus non eſt,ut colligitur ex §. nouiſſime inſti.ad Orfici.& ex l.hac parte,& l. ſpurius ff. unde cogna.Fabi.de Gio.in repe.authen.nouiſſima nu.34.C.de inoffi.teſta.idem tenet Iaſ.in d.l.fratres nu.5.verſi.Tertiò limita,poſt Bald.ibi.1.nota.& Sali.& Ange. in l. 1.ff. de inoffi.teſta.Iaſ.autem aliam adiungit rationem, quia ſunt infames,ut habet Azo.in ſumma C. de infami.& in tt.C.de natura.libe.ideoq; licet ex teſtamento aliquando admittuntur,nunquam tamen contra teſtamentum: unde nec contra tabu.nec quærela eis datur, ut docet glo.2.in l.1.in prin.ff.de contra tabu.Et in noſtra ſpecie

 ampliatur,

Digitized by Google

ampliatur, quòd nec fratri naturali per reſcriptum Principis legitimato, datur quærela: ita concludit Iaſ. vbi ſupra verſi. quartò limita, poſt Sali. ibi 1. colu. & in authẽ. ſi quis C. de natur. lib. quia legitimatio affert ius agnationis, & ſuccedendi inter patrem & filium, non tamen inter fratres & cœteros, l. communium in prin. vbi Bart. & Bald. C. de natu. lib. quos refert & ſequitur Iaſ. vbi ſupra, & alios plures dd. & hæc recepta ſententia placet, quamuis Mincha. vbi ſupra nu. 560. uoluerit contrariã defendere. Et aduerte, quòd idem Mincha. nu. 557. refert Grego. Lup. in l. fi. tt. 13. par. 6. per illã l. affirmare
9 de iure † Regio, fratrem coniunctum per lineam fœminínam, etiam contra teſtamentum fratris ſuccedere: dicit tamen Mincha. ſe hoc non firmare. Ego autem uerũ non puto, ſed quòd Regia l. 12. tt. 7. & l. 2. & 3. tt. 8. part. 6. interpretari debeant per ius commune, arg. l. 2. C. de noxali. action. & ea quæ tradit Goza. in rep. l. omnes populi nu. 250. ff. de iuſti. & iure. Secundò declara, hanc concluſionẽ procedere in fratre & ſorore, vt ſupradictum eſt, non tamen in cœteris collateralibus, etiam con
10 ſanguineis † ſeu agnatis: itaq; nec filio fratris quærela competit l. fratris ſupra cita. Nec oberit tex. in authen. poſt fratres C. de legi. hæredi. vbi in ſucceſſione patruũ, nepos in locum patris ſuccedit: nam illud locum habet in ſucceſſione abinteſtato, ſecus in ſucceſſione contra teſtamentum, de qua hic agimus, quæ non ita debita eſt.
11 Tertiò declara, non habere locum in fratre † vel ſorore turpi perſona, cui quærela inofficioſi teſtamenti denegatur, glo. in d. l. fratres Fabi. de Gio. in d. authen. nouiſſima nu. 34. poſt Bald. quem ipſe refert & ſequitur in l. 1. C. de ſecun. nupti. pro quo vrget l. in arenam C. de inoffi. teſta. Quartò declara, fratri vel ſorori competere quærelam

relam contra fratris vel ſororis teſtamentum, turpi per
12 ſona inſtituta, locum ſibi uendicare; † etiam ſi fratri integra legitima relicta eſſet; quam opini. tenet Guil. de Cug. in d. l. fratres, quem ibi ſequitur Paul. nu. 4. & 5. & Iaſ. nu. 6. verſi. Sextò limita, Deci. in conſi. 530. nu. 13. Anto. Gom. 1. tom. capi. 11. nu. 37. Mynſinge. in prin. inſti. de inoffi. teſta. verſi. ex fratris nu. 12. Ferdi. Vazq. Mincha. licet vacillando, ſucceſſ. creati. §. 10. nu. 589. & 590. & nu. 601. teſtatur communem Iaſ. conſulens cũ Paulo conſi. 71. nu. 3. volu. 1. & Deci. ubi ſupra: & pro hac opinione vrget Guil. conſideratio, quòd non meminit ſe legiſſe, fratrem in ſucceſſione fratris legitimam certã habere. Præterea adduci ſolet l. Pantonius ff. ſi à paren. quis fuerit manu. cuius uerba ſunt: Pantonius ait, ſi turpes perſonas, veluti meretricem, à parente manumiſſus hæredes feciſſet, totorum bonorum contra tabulas bonorum poſſeſſio parenti datur, aut conſtitutæ partis, ſi non turpis hæres eſſet inſtitutus. Sed his & alijs læuiſſimis fundamentis non obſtantibus, contraria ſententia & crebrior, & proculdubio verior eſt: videlicet, fratrem quando ei relicta eſt legitima, non poſſe cõtra teſtamentum fratris inſtituere quærelam, etiã turpi perſona inſtituta, & ſuccedere abinteſtato rupto teſtamẽto, vt prædicti iuris interpretes uolunt, nec ullo alio modo agere. Quam opin. tenet Bal. in d. l. fratres nu. 9. & ibi Sali. q. 3. Rode. Sua. in præludijs ad l. quoniã in prioribus nu. 12. plures dd. ad hoc citans C. de inof. teſta. Ange. in l. 1. nu. 6. vbi Iacobi. & Curti. nu. 3. Caſtellus in l. 7. Tauri glo. 1. colu. 2. Mincha. ſucceſſio. creati. §. 20. nu. 215. ſibi contrarius, & eam fatetur communem in locis ſupracitatis: & teſtatur magis communem Corne. conſi. 176. vol. 2. Quæ ſententia probatur optimè per tex. in authen. de hæredi.

hæredi.& Falci.§.primum itaq; ibi, Quandam partem, & ibi, Interdum fratribus. Nã cum ibi imponitur neceſſitas relinquendi certam partem fratri, turpi perſona inſtituta, ſatis cõſtat quòd in reſiduo poteſt inſtituere turpem perſonam, ſine metu quòd frater teſtamẽtum eius quærela euertat. Et tenendo iſtam ſententiam, nõ obſtat Guil.conſideratio, quòd non meminit ſe legiſſe, fratrem certam legitimam habere: nam legitimam habere ſatis conſtat ex §. primum ſupracitato, & uoluit glo. in authen.nouiſſima in uerbo, titulo, C.de inoffi.teſta.dũ tradit, quartam quæ debetur fratri turpi perſona inſtituta, non eſſe hodie per illum tex. auſtam: quod verum eſt, vt infra latius dicetur. Non obſtat l. Pantonius cui multipliciter occurritur per dd. Primò, quòd tex. ille loquitur in patre, cui legitima magis debita eſt quam fratri. Præterea, ibi patri nihil fuit relictum, ſed omnino fuit præteritus. Rurſus, ratio differentiæ inter patrem & fratrem omnino apparet: nam pater præteritus, aut exhæredatus indiſtinctè, etiam turpi perſona non inſtituta, teſtamentum filij quærela expugnat, vt ex dictis in ſuperiori capite latè apparet: frater verò nõ aliter, quã turpi perſona inſtituta, vt ſupra latè explicauimus. Ego
13 autem aliter illum † tex. ultra dd. intelligo, quòd loquitur in caſu ſpeciali, uidelicet in patre emancipatore, cui ſucceſſio duplici iure defertur, & debita eſt: Quippe iure ſanguinis tanquam patri, l. nam & ſi parentibus ff. de inoffi.teſta.& iure patronatus tanquam emancipatori, ſeu manumiſſori l. 1. §. fi. ff. ſi à paren. quis fuerit manu. ut ſupra latè in præcedenti capite expoſuimus: Et hæc eſt optima ratio ſpecialitatis, cum duo iura ciuilia, & naturalia ſimul iuncta plus ſolent operari §. ſed hodie inſtitu. de adoptio. & duo uincula plus ſolent ligare, auth.

Itaq;

Digitized by Google

Itaq; C. eo [illegible] Ex qua ratione ſatis appa-
ret, quòd nõ ſolum deciſio illius tex. non debet extendi ad fratrem, cui legitima minus debita eſt quam patri, ſed nec ad filium cui magis debetur, iuxta d. l. nam & ſi parentibus: vnde ſi filio reliquiſſet legitimam, vel minus legitima, licet turpem cum eo hæredem perſonam inſtituat, nõ poterit expugnare, & rumpere patris teſtamentum. Nec reſponſum l. Pantonius in eo locum habet, vt concludit Suarez ubi ſupra nu. 15. poſt Bald. in d. l. fratres, & conſuluit Paul. conſi. 60. col. fi. licet ipſe Pau. contrarium uoluerit in dicta l. fratres, & in l. omnino C. de inof. teſt. per l. cũ quæritur, & l. parẽtibus C. eo. Et idẽ eſſe in patre nõ emancipatore, vltra dd. puto, qñ à filio ĩ poteſtate eius cõſtituto clerico, milite, uel pagano, uel de bonis caſtrenſibus, uel quaſi, vel in Hiſpania de quibuscumq; teſtante, præteritus aut ex hæredatus, turpi perſona inſtituta, eſt. Nã cum in patre duo concurrant iura, melioris erit cõditionis, ſicuti in ſuperiori capite in alijs exemplis oſtendimus. Nam ſi pater olim, contracta fiduccia, emancipabat filium, retinebat ius ſuccedendi de iure ciuili §. fi. inſtitu. de legi. agna. ſucceſſio. non tamen filius emancipatus, qui ſolùm de iure Prætorio admittebatur §. emancipati inſti. de hæredi. quæ ab in. defe. Vnde conclude, quòd ſi fratri relicta eſt legitima, etiam turpi perſona à fratre inſtituta, nec quærela, nec ullo alio auxilio euertere poterit fratris teſtamentum. Quod amplia verum eſſe, etiam ſi legitima fratri non ſit relicta
14 titulo inſtitutionis, † cum non ſit neceſsè fratri relinquere legitimam titulo inſtitutionis, ſicuti liberis, aut parentibus: vt tenet Sali. & Suarez in locis ſupracita: & caueas à Mincha. qui in d. §. 20. nu. 214. neſciò quò errore ductus tenet, contrarium verum & commune eſſe: &

quòd

quòd etiam fratri turpi perſona inſtituta,legitima titu-
lo inſtitutionis relinquenda eſt à fratre: quod procul-
dubio nec uerum,nec commune eſt. Nam ante ius au-
thenticorum ſolùm deſcendentibus,& non omnibus,le
gitima titulo inſtitutionis relinquenda erat, ut apparet
ex l.inter cætera ff.de libe.& poſt.l.maximum uitium C.
de liberis præteri.tex.in prin.& per totum tt.inſtitu.de
exhæreda.libe.deſcendentes autem per lineam mater-
nam,& omnes aſcendentes,aut collaterales, uel patro-
ni poterant impunè præteriri,dum modo ei relicta eſſet
alio titulo legitima. Nouella autem conſtitutio in anth.
ut cum de appellatione cogno. §.aliud quoq; capitulũ,
tantùm in deſcendentibus, & aſcendentibus loquitur:
& cum ſit correctoria, ad fratres non debet extendi,ma
ximè cum in eis militet minor ratio: unde ſolùm indu-
xit de nouo, quòd deſcendentes per lineam maternã,
& omnes aſcendentes inſtituantur,non autem frater,ex
turpi perſona inſtituta,nec patronus: & puto quòd hoc
ſit de mente ferè omnium dd.nec ego reperio alium do
ctorem qui teneat contrarium. Imò ipſe Mincha.in d.
§.10.nu.582.uerſi.quartò & fortius, dicit totum con-
trarium,quòd communis opinio ſit in d.authen. nouiſſi
ma,quòd in fratre titulus inſtitutionis nõ ſit neceſſarius,
& in d.§.20. ipſe fatetur, quòd eam tenet Ange. & eſt
de mente Bart.in dicta authen. nouiſſima. Sed articu-
lus magis controuerſus eſt,vtrũ frater cui aliquid à fra-
tre relictum eſt (minus tamen legitima) turpi perſona
inſtituta,poſſit querela inofficioſi teſtamenti,ſi fratris te-
15 ſtamentum rumpere,& abinteſtato ei ſuccedere: † an
uerò ei tantùm remedium iuris agendi ad ſupplemen-
tum,ex diſpoſitione l.omnimodo C. de inofficio.teſtam.
cõpetat. Et Iaſ.in d.l.fratres nu.2.verſi. Tertiò extẽde

tangit

tangit iſtam difficultatem, ſed nihil in effectu reſoluit. Doctores tamen omnes tenentes ei competere quærelam, quando integra legitima relicta eſt, dicunt à fortiori idem eſſe ſi minus legitima. Et ſimiliter Deci. teſtatur hanc commu. Bene uerum eſt, quòd Paul. in d. l. fratres non loquitur in terminis huius, ſed ſuperioris quæſtionis. Et ultra prædictos dd. hanc partem amplectitur Sali. in d. l. fratres in 3. q. (licet quando legitima integra fratri relicta eſt teneat contrarium) & etiam uidetur de mente Baldi ibi. Pro qua opi. ultra fundamenta adducta in ſuperiori q. quæ in hac ſimiliter urgent, ſpecialiter corroborat Sali. hac conſideratione: Nam principaliter quærela in noſtra ſpecie in odium turpis perſonæ inſtitutæ, propter eius infamiam datur: filio autẽ cõpetit in odium patris eũ exhæredantis l. 1. & 2. ff. de inof. teſta. unde cum ſit diuerſa ratio in fratre, l. omnimodo loquens de filio, non debet extẽdi ad fratrem: Et quòd in fratre militet diuerſa ratio ſatis apparet ex eo, quòd ei regulariter non competit ſicut filio, ſed ſolùm quando turpis perſona eſt inſtituta. Prædictis tamen non obſtantibus hæc opinio reijcienda eſt, & contraria ſententia uerior, & receptior eſt, quòd inſtituere quærelã non ualeat, ſed iure agendi ad ſupplementum ſubuenitur, quando fratri relictum eſt minus legitima in teſtamento fratris: quam ſequuntur omnes dd. ſupracitati, tenentes non competere fratri quærela quando integra legitima ei relicta eſt: excepto Sali. qui in hoc articulo expreſſè firmat contrarium, & Bald. qui in eo non loquitur; & hanc teſtatur communem (licet ipſe relinquat cogitandum) Minchha. ſucce. creati. §. 10. nu. 189. & nu. 564. & eam ſequitur §. 20. nu. 215. & magis communem aſſerit Corne. loco ſupracita. & hæc ſententia

Digitized by Google

conſtat ex d. l. omnimodo C. de inof. teſta. ibi, Tam libetis quã alijs perſonis. Ex quo manifeſtè apparet, quòd non ſolùm liberis remedium illius legis, ſed etiam alijs perſonis datur, quibus competit quærela: ſed cum fratri cõpetat quærela, turpi perſona inſtituta, cõſtat quòd etiam tex. ille eum cõprehendit, & de eo loquitur: quod uoluit glo. ibi in uerbo, alijs perſonis. Et hæc ſententia iuuatur ex hac ratione, quoniam non debet eſſe melioris conditionis frater, quam filius: non obſtant conſiderationes Sali. & aliorum, quòd militat diuerſa ratio in fratre, & in filio, nam ei cõpetit quærela in odium inſtitutæ perſonæ: Item non eſt neceſsè ei relinquere tt. inſtitutionis legitimam, ſicut filio: vnde l. omnimodo agẽs de ſupplemento, loquens de filio, uidebatur quòd non debet extendi ad fratrem, nam ex ſupradictis colligitur reſponſio, quòd illa l. nõ ſolùm loquitur de filijs, ſed ẽt de fratribus: vnde cum ibi ſit expreſſum, non licet diſputare per debilia, & fortè non ſicura fundamenta, vt bene aduertit Suarez. Conclude igitur in hac difficultate, quòd ſi fratri relictum eſt aliquid, minus tamen legitima etiam turpi perſona inſtituta, nõ agit quærela, ſed iure agendi ad ſupplementum: Et ſi tota legitima, omnino excluditur, nec ullo modo expugnat teſtamentum fratris: quod idem eſſet in filio, cui à patre aliquid uel tota integra legitima relicta eſt, turpi perſona inſtituta. Et ultra dd. ſaltẽ quos uidi, idẽ eſſe in patre regulariter, qui nõ eſſet filij emãcipator, affirmo. Eſt tñ differẽtia inter hos: nã filio, uel patri aliquid eſt relinquẽdũ titulo inſtitutionis, pro forma: fratri uerò nõ eſt opus quòd aliquid relinquatur ut reſcĩdere nõ poſſit teſtamẽtũ fratris, ut ſupradictũ eſt. Et ex hoc intellectu infero, quòd licet ſit uera ſentẽtia Pauli in d. l. fratres nu. 4. quã ibi cõmu.

teſtatur Iaſ.nu.8.& Mincha.in d.§.10.nu.586.quòd fra
16 ter † in totum,non autẽ uſq; ad legitimam tantùm rum
pat teſtamentum fratris,non tamen iuſtè ad hoc citatur
l.Pantonius,nam hoc nõ prouenit ex turpitudine perſo
næ,ut malè ſcribentes putant, ſed ex natura quærelæ,
quæ regulariter in totum euertit teſtamentum (licet hò
die relicta per authen.ex cauſa C.de liber. præte.conſer
uantur) Bar.receptus in l.Papinianus §.fi.ff.de inof.teſt.
l.Pantonius,etenim loquitur in caſu ſpecialiſſi.& ĩ bono
rũ poſſeſſione contra tab.quæ datur patri emãcipatori,
ac regulariter uſque ad legitimam tantum rumpit, ut
ibi exemplo patroni,l.etiam §. ſi debita ff. de bonis libe.
diximus latè in capi.præcedenti. Quintò declara hanc
concluſionem,fratri uel ſorori competere quærelã con
tra teſtamentum fratris, uel ſororis turpem perſonam
inſtituentis non procedere,quãdo frater uel ſoror com
17 miſiſſet † unã cauſam ingratitudinis ex tribus quæ enu-
merantur in authen.de nupt.§.ingratitudinem,& in Re
gia l. 12.tt.7. part.6. contra fratrem teſtatorem: quam
opini.tenet glo.in d.§.ingratitudinem in uerbo, lucrum
in fine,& Bart.in d.authen.ex cauſa nu. 14. C. de libe.
præter.& in d.l.fratres nu.4.ubi ampliat locum habere,
etiam ſi frater ingratitudinis cauſam in ſuo teſtamento
non inſerat: quod etiam placet Sali.ibi nu.10.quod eſt
nota dignum,cum ſit ſecus in liberis,& parentibus,ut in
authen.vt cum de appella.cognos.§. aliud quoq; capi-
tulum,& §.ſiue igitur. Vnde ſi frater obijciat hæredi,
perſonæ turpitudinem,poterit hæres ei replicare de in-
gratitudine,per d.§.ingratitudinẽ: pro quo ẽt vrget l.li
bertus.1.ff.de in ius vocan. Aduerte tñ,quòd licet d.§.
ingratitudinẽ, in ſucceſſione quadam loquatur, quæ
fratri iure quodã ſpeciali defertur ab illa cõſtitutione,

Digitized by Google

videlicet quando frater uocatur ad ſucceſſionem bonorum, quæ frater defunctus à patre habuit, matre ſecundò nupta à proprietate excluſa: Tamen legum interpretes illam conſtitutionem extendunt ad ordinariam, & regularem fratris ſucceſſionem (ſaltem condito teſtamento) quod ex mente prædictorum dd. & in infra citandorum cognoſces: Quod clarius & expreſſius de iure Regio conſtat ex prædicta.l.12. quæ indiſtinctè loquitur. Sed controuerſum eſt, vtrum vna ex his tribus cauſis d. §. ingratitudinem, quæ fratrem excludit, turpi perſona inſtituta, à ſucceſſione & à quærela teſtamento condito, repellat etiam eum à ſucceſſione abinteſtato,
18 quando nullum teſtamentum fecit, ſed † frater ei deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus abinteſtato ſuccedit, per §. ſiue igitur in authen. de hæred. abinteſtaveni. Et partem affirmatiuam, nempè poſſe fratrem ex inteſtati cauſa agētem, repelli exceptione ingratitudinis obiecta & probata, tenet glo. in d. §. ingratitudinem in 1. intellectu, & ſentire videtur alia glo. in authen. de non elige. ſecun. nube. §. cum igitur, in uerbo, fratrū, eam probat Ange. in d. §. ingratitudinem Sali. in d.l. fratres. 8. q. Quam primò probāt per d. §. ingratitudinem, & per l. quæ autem ff. de iure patro. vbi habetur, quòd cauſa quæ repellit patronum à ſucceſſione liberti teſtamento cōdito, repellit ipſum à ſucceſſione abinteſtato. Sed hæc opin. non eſt admittenda, & negatiua communis, & uerior eſt: Imò quòd cauſa ingratitudinis quæ fratrem condito teſtamento excludit à ſucceſſione, non eſt ſufficiens ad excludendum eum abinteſtato: quam amplectitur Bart. in d.l. fratres. ulti. q. vbi Bald. q. 6. Ange. & Paul. nu. 7. & Iaſ. nu. 9. idem Ange. in l. 1. in fine ff. de inoffi. teſtā. ſibi contrarius. Eam tenet Areti. in l. 3. §.

filius

filius inter medias nu.8.ff.de lib.& poſthu. Curti. in au-
then.non licet nu.18.C.de libe. præteri. Benedictus in
c.Rainutius in uerbo, In eodem teſtamento 2.nu.47.de
teſtame.vbi Couarru.in prin.nu.7. Et hæc vera ſenten
tia conſtat ex l. cognatis ff. vnde cognati: & vrget l.om
nino verſi. Nã ſi nullam, & l.in arenam, & quod ibi in fi
lio notant dd.C.de inoffi.teſta. Non obſtat d.l.quæ au-
tem, quæ loquitur in iure patronatus, quod facilius tol-
litur quam ius ſanguinis, vt reſpondet Bart.arg.l. ius au
tem agnationis ff.de pactis l.iura ſanguinis ff.de reg.iur.
vt latè in cap.9.nu.8.ſupra expoſuimus. Nec obſtat §.
ingratitudinem, nam reſpondet Bart.quòd ille tex. non
loquitur de ordinaria ſucceſſione fratris, ſed repellitur
frater propter ingratitudinem, à quodã lucro quod ex
prouiſione illius legis ei competit: quod etiam tradit
Areti.(licet Bacillando) & fatetur Sali.& aduertit Co-
19 uarru.in d.nu.7. Ex quibus tu poteris † ſaluare d. glo.
ibi, in verbo lucrum 1.intellectu quæ communiter re-
prehenditur, quòd ſit vera in ſpecie illius tex.in qua ipſa
loquitur, quòd in ſpecie d.§. ingratitudinem non ſolum
teſtamento condito, ſed etiam abinteſtato frater poſſit
repelli, cauſa vna ingratitudinis de quibus ibi, à ſucceſ-
ſione fratris eorum bonorum quæ ex illa conſtitutione
ei deferuntur: Et ita limitã regulã generalem, quòd ex
ceptio ingratitudinis abinteſtato, hoc caſu ſpeciali obij-
ci poſſit. Et nota quòd in ſucceſſione contra teſtamen-
tum trahunt dd.illum §. ingratitudinem ad ſucceſſionẽ
ordinariã, & non in ſucceſſione abinteſtato: poteſt eſſe
ratio differentiæ, quia facilius quis admittitur ad ſucceſ-
ſionem abinteſtato, quam contra teſtamentum, §.cadẽ.
inſti.de hæredi.quæ abin.deferũ.l.in arenam C.de inof.
teſta. Secundò limita, quando frater occidiſſet fratrem,
quo

Digitized by Google

quo caſu à ſucceſſione fratris inteſtati repellitur, vt con
cludunt Paul.& Iaſ.in d.l.fratres per l.cum ratio §.fi.ff.
de bonis damna. Hodie tamen de iure Regio in Hiſpa-
20 nia indiſtinctè † frater repellitur à ſucceſſione fratris,
propter unam ex illis tribus ingratitudinis cauſis, tam
abinteſtato, quam teſtamento condito. Et non ſolùm
in ſucceſſione bonorum, de quibus in d.§.ingratitudinẽ,
ſed etiam in ſucceſſione ordinaria, per Regiam l. 12. tit.
7.par.6.quam ibi multum commendat Grego. Lopez:
cuius prouiſio in fratre tantùm ſibi locum vendicabit;
nec ad liberos, vel parentes extenditur, cum ſit corre-
ctoria iuris communis. Nunc aũt videndum eſt quan
21 ta ſit portio † legitima fratris, quando perſona turpis à
fratre inſtituta eſt: & licet Guil.quem refert Paul.in d.
l.fratres dicat, quòd non meminit ſe legiſſe certam legi
timam habere, glo.in d.authen.nouiſſima in verbo, titu
lo, & pleriq; alij legum interpretes de ea mentionem
faciunt, vt in ſequenti quæſtione videbimus. Et quòd
habeat certam legitimam bene colligitur ex authen.de
hæredi.& Falci.§.primum itaq; ibi, neceſſitatem impo-
nit:& ibi, interdum verò fratribus, iuncto §. ſi quis autẽ
infra eod.ibi, quartam abinteſtato concedit. Ex quibus
apparet, fratrem certam legitimã habere, nempe quar-
tam partem eius portionis quæ habiturus eſſet abinte-
ſtato, pro vt rectè ex his iuribus adnotauit Rode. Sua.in
euidenti.nu.12.ad l.quoniam in prioribus: ſicut in filijs
legitima erat, quarta pars portionis quæ habiturus eſſet
abinteſtato, l. Papinianus §.ſi quis mortis, & §.quoniam
quarta ff.de inoffi.teſta. Sed hac in parte inquirendum
22 putaui, an legitima † fratris ſit hodie aucta, quemadmo
dum eſt aucta legitima filiorum, per authen. de Triente
& ſemiſſe §.1.& authen.nouiſſima C.de inoffi.teſtamen.

Et

Et partem affirmatiuam hodie per illa iura auctam eſſe, tenet Cyn.in d.authen.nouiſſima, Ange.in l.1.nu.7.ff.de inoffi.teſta.vbi & Cur.nu.3 eam ſequitur Caſtellus in l. 7.Tauri glo.1.colu.2.in fine: commu.teſtatur Mincha. ſucceſſi.creati.§.20.nu.213. Pro qua opinione expendunt tex.in d.§.1.in verſi.idem obſeruandum, vbi inuit tex.augmentum legitimæ procedere in omnibus perſonis quibus competit quærela: vnde cum fratri, turpi perſona inſtituta, competit quærela, videtur dicendũ per illum tex.comprehendi, & eius legitimam eſſe auctam. Contraria verò ſententia receptior, & mihi verior, & tenenda eſt: quòd fratris legitima per prædicta iura non ſit aucta, ſed hodie ſit quarta pars portionis debitæ abinteſtato: quam Amplectitur glo. in d. authen. nouiſſima C.de inoffi.teſta.in verbo, titulo, & Bal.nu.9. & Paul.nu.4.& cœteri omnes in d.l.fratres C.de inoffi. teſta. Et parum ſibi conſtans ſequitur Ange.in d. auth. nouiſſima: & placet Salice. ibi verſicu. quæro quartò (licet non clare loquatur) & Iaſ.ibi nu.35. eam tenet & magis communem teſtatur Alex.in l.ſi patroni §. fi. nu. 7.ff.ad Trebelli.& Anto.Gom.in 1.tomo cap.11.nu.37. plures dd.referens: Claud.in tract. de legi.arti.4.nu.22. & 23. Et ita iudicauit conſi.Neapolita.vt refert Afflictis deciſi.204.nu.4.& deciſi.225.nu.2.& hæc eſt de mente multorum dd.diſputantium, an frater poſſit quærelã inſtituere, quando quarta, vel minus quarta, ei relictum eſt: de qua q.ſupra actum eſt. Et in eam videtur incli nare Rode. Suarez. vbi ſupra, in d.nu.12. Et mouentur prædicti patres, nam cum nouellæ illæ conſtitutiones legitimam filiorum augentes ſint correctoriæ, ad legitimam fratris non ſunt extendendæ, per notata in auth. quas actiones C.de Sacro.Eccle.& per l.præcipimus C. de

Digitized by Google

de appella. maximè cum longè diuerſa, & minor ratio militet in fratre, cui non eſt ita debita legitima. Nec oberit verſ. obſeruando, qui videtur per illa generalia verba comprehendere fratrem: nam reſpondeo quòd tex. ille loquitur de illis quibus ſimpliciter, & abſolutè competit quærela: fratri verò non datur regulariter; ſed ita demum, ſi turpis perſona ſit inſtituta. Imò ſi recte illam conſtitutionem conſideras, inuenies Iuſtinianum in nulla eius conſtitutionis parte agere de fratre, ſed in d. verſi. extendit ad cœteros omnes deſcendentes, vt apparet ex verſi. non licebit in fine: & ad adoptiuos, quibus competit quærela §. tam autē institu. de inoffi. teſta. Nouiſſimè autem videndum eſt, ſi frater te-
23 ſtamentum fratris expugnauit † ob id quod ab eo, turpi perſona inſtituta, præteritus, ut exhæredatus fuit, & reciſum eſt teſtamentum quærela, vtrum locum habeat prouiſio authen. ex cauſa C. de liber. præte. vel exhæ. & authen. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoq; capitulum, cum ſeq. vnde ſumitur, itaq; legata, & alia relicta conſeruentur. Partem affirmatiuā, conſeruari relicta, & nouellas illas conſtitutiones in fratre ſibi locum vendicare, tenuerunt antiqui, Petrus, Iaco. de Are. Cy. quos refert Sali. in d. l. fratres verſic. quæro nunc. 4. vbi aſſerit æquiorem eſſe, & ibi eam amplectitur Bald. nu. 8. C. de inoffi. teſta. Mouetur Bal. hac conſideratione: Nam quando odio inſtituti rumpitur teſtamentum, legata debentur, etiam ſi non ſint repetita in teſtamento à venientibus abinteſtato, l. eam quam, ſecundum vnam lecturā C. de fideicommi. Contrariam tamen opini. & negatiuam partem, prædictas ſcilicet nouellas conſtitutiones non habere locum in fratre, vt reciſo teſtamento per eū legata conſeruentur, obſeruat Alex. in dicta authen. ex

cauſa nu. 19. & in l.ſi patroni §.fi.ff.ad Trebel.nu.6.& 7. qui refert eã tenere Paul.Caſt.in conſi.161.col. penu. & fi.& affirmare neminem reperi contrarium dicentẽ: eam ſequitur, & communem teſtatur plures Docto. referens, Iaſ.in d.l.fratres nu.3.& 4.verſi. Quid ſi frater, & ſimiliter Mincha.ſucceſſi.crea.§.10.nu.580.& Greg. Lupus in glo.in verbo, el hijo, Regiæ l.fi.tt. 8. parte 6. Quam opin. tuetur, hac inter cæteras potiſſima ratione: Nam prædicta authen.ex cauſa, & corpus vnde ſumitur, loquitur tantum in liberis, & parentibus, & non in fratribus, & eſt correctoria iuris antiqui, quo attẽto, rupto teſtamento per quærelam, legata, & alia relicta non deberentur, l.Papinianus §.fi.& l.Titia ff.de inoffici. teſt.l.cum duobus C.eo.& lex correctoria nec ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis extenditur, vt notatur in authen.quas actiones C.de Sacro.Eccle. vbi Iaſ.communem aſſerit, teſte Minchã.vbi ſupra nu. 181. & facit glo.in c.cupientes in verbo, petere, de electi.in 6. In fratre etenim nõ reperitur mutatũ, & quod non mutatur extare non prohibetur l.præcipimus C.de appellat.nam legum correctio eſt euitanda l.1.C. de inof. do. Præterea, lex noua generaliter indũcens, vel corrigens, nũquam videtur corrigere caſus ſpeciales, niſi de his mentionem faciat, Iaſ.in d.l.fratres nu.4.poſt glo.in d.l.ſciendum in prin.ff.qui ſatiſda. coga. Nec oberit l. eam quam, & quod ibi notat glo. in verbo, hæreditas, dum dicit de delicto: nam reſpondit Alex.in d.l.ſi patroni §. fi. cum Bart.in d.l. eam quam 1. q. hoc procedere quando hæres ſcriptus eſſet in tali delicto, quòd hæreditas veniret ſibi auferenda tanquã indigno, à Fiſco: quo caſu Fiſcus legata, & alia relicta præſtat l.Marcellus §. fi.& l.recuſare §.ſi Fiſco ff.ad Trebelli. Secus tamen eſt

quando eſt inſtituta turpis perſona, quæ tamen non eſt incapax, vel indigna, nec ab ea hæreditas à Fiſco aufertur. Præterea ad d. l. eam quam C. de fideicommiſ. reſpondet Alex. quòd ratio vera quare ibi debentur legata eſt, quia teſtator errabat in conditione perſonæ inſtitutæ, quam putabat ſibi eſſe coniunctam, cum non eſſet: vnde ex mente teſtantis tranſit hæreditas ad venientes abinteſtato, qui ſibi coniuncti erant: & quos veriſſimilè eſt teſtatorem velle ſibi ſuccedere, arg. l. ſi patronus & l. nec apud C. de hæredi. inſtitu. Et hanc vltimam dicit tutiorem Sali. in d. l. fratres, & in eam videtur inclinare (licet æquiorem primam fateatur) & adeo dubiam eſſe hanc q. aſſerat, quòd principali remedio, & declaratione opus eſſet. Sed licet hæc opinio vltima recepta communiter per ſcribentes ſit, prima antiquorum ſententia magis mihi placet, quæ partem affirmatiuã tenet: nempè quòd conſeruentur relicta reciſo teſtamento per fratrem. Primò me ſuadet ratio, nam licet regulariter di-
24 ſpoſitio † correctoria non extendatur, vt in dicta l. præcipimus, & notatur in l. ſi conſtante ff. ſolu. matri. vbi Ripa teſtatur commu. opini. ratione tamen abſurdi euitandi, etiam in correctorijs, licita eſt extenſio, vt concludit Ludo. Goza. in repe. l. omnes populi nu. 274. ff. de iuſti. & iure poſt Alex. & Moder. in l. 2. C. de in ius vocan. per tex. in l. his, ibi, Satis tacitè cautum putamus, ſecundum vnum intellectum C. de reuocan. dona. & vrget tex. in l. ſcire oportet §. illud ff. de excuſati. tuto. declarat Iaſ. in d. l. fratres nu. 4. ſed ſi illa iura comprehenderent filium, & non fratrem, ſequeretur abſurdum, quòd frater cui non ita fortiori ratione ſucceſſio debetur, eſſet melioris conditionis quam filius. Præterea, regula illa locũ non habet, quando in caſu non expreſſo maior eſt ratio, quo

caſu

Digitized by Google

caſu ex maioritate rationis fit extenſio: ita concludit Gozadi. vbi ſupra per d. l. his, teſtatur commu. Mincha. vbi ſupra nu. 582. poſt Tiraq. quẽ ipſe refert, de vtroq; retractu pagi. 566. & in l. ſi vnquam C. de reuocan. donati. verbo libertus nu. 37. vrget glo. in Clementi. fin. in verbo literas, de reſcriptis. Sed certũ eſt quòd eſt maior ratio, quòd voluntas defuncti rata habeatur contra ſucceſſionem fratris, quam filij. Rurſus vrget, nã quando duo ſunt per l. antiquã exæquata, diſpoſitio noua correctoria loquens de vno, extenditur ad aliud, ſi in eo ſit eadem ratio: probat tex. in authen. de hæredi. ab inteſta. §. his autem, iuncta l. 1. & l. antepenu. ff. de legi. tuto. lege antiqua cautum eſt per modum regulæ, quòd qui præfertur in ſucceſſione, præfertur in tutela, in d. §. ex his, & §. nullã verò, cognatos ad ſucceſſionem vocat, & deinde ſubiungit, ex his quæ de hæreditate diximus, & quæ de tutela ſint manifeſta cõſiſtunt, probat tex. in prin. inſtitu. de legiti. patro. tute. & eſt vulga. glo. in l. fi. C. de furtis glo. pen. notant dd. præcipuè Mari. Soci. Iun. in l. 2. ff. de lega. 1. Sed ſucceſſio liberorum, parentum; & fratrũ, etiam condito teſtamẽto ſunt æquiparata, vt probatur in authen. de hæredi. & Falci. §. primum colla. 1. vbi innuit tex. quòd teſtantibus imponit neceſſitatem, quandã partem diſtribuere quibuſdam perſonis, tanquam hæc pars ſecũdum naturam eis debeatur, quale eſt filijs, ſubiungit tex. interdum etiam fratribus æquiparatur. Inſuper, quia ſicut liberis, & parẽtibus datur quærela, ita fratribus, turpi perſona inſtituta, l. 1. ff. de inoffi. teſta. tex. in prin. inſtit. eod. & quòd ſit eadem, & fortior ratio in fratre ſatis ex ſupradictis apparet. Vltimo probatur, nam caſus omiſſus gratia rarioris vſus, pro expreſſo habetur, vt cõcludit Mincha. poſt Tiraq. in locis ſupracitatis:

ſed veriſſimile eſt quòd in illis nouellis conſtitutionibus omiſſus fuit iſte caſus, quia raro accidit quòd frater prætereatur, turpi perſona inſtituta. Nec oberit ſi con ſideres, quòd illa iura ſecundum veras, & receptas ſententias, non extenduntur ad fratrem, vt in eo quòd inſti tutionis titulus non ſit neceſſarius, & quòd legitima non ſit in fratre aucta, vt ſupra concluſum eſt: Nam reſpon deo, quòd in fauorabilibus militat minor ratio in fratre, & ideo non fit extenſio: ſed in odioſis militat eadem, & fortior, vt in noſtra ſpecie. Nec obſtat conſideratio Minch. vbi ſupra, quòd nõ maior eſt ratio in fratre quã in filio, cum ſit maiori odio dignus, qui turpem perſonã inſtituit, vt probatur in l. Pantonius ff. ſi à paren. quis fue rit man. Nam reſpõdeo, quòd quidquid uelit Minchą. & in contrarium referat Sali. licet vilitas, & turpitudo
25 perſonæ conſideratur, † principalis tamen cauſa quære læ, puto quòd ſit ratio ſanguinis, & naturalis: quod ſatis colligitur ex d. §. primum, in authen. de hære. & Falcid. aliàs autem ſi potior cauſa quærelæ uilitas perſonæ inſtitutæ eſſet, cõcederetur fratri vterino, & vlterioribus agnatis, vel cognatis quibus negatur quærela, vt ſupra expoſuimus. Præterea ſi aliquid, etiam vnum tantùm denarium, vel minima res relicta eſt fratri, non agit quærela, ſed ad ſupplementum, quod non fieret ſi turpitu do tantùm, vel magis quàm fauor fratris conſideraretur. Rurſus ſi filius eſſet præteritus, vel exhæredatus, turpi perſona inſtituta, nõ cõſeruarentur legata, & filius in totum teſtamentum patris euerteret, quod non eſt uerum, vt ex ſupra adductis conſtat: ergo principaliter tur pitudo non conſideratur. Non obſtat l. Pantonius, nã vt ſupradictũ eſt, loquitur in caſu ſpeciali, in patre emãcipatore, cui duplici iure ſucceſſio defertur, vt conſtat

ex l. 1. §. fi. ff. ſi à paren. quis fuerit man. vnde ſecus eſſet in patre non emancipatore, nam turpi perſona inſtituta, ſecundum meum intellectum, conſeruantur legata, & alia relicta. Imò ſi odium inſtitutæ perſonæ conſideratur, ſufficit quòd inſtitutio reſcindatur, uel irritetur, nec nocere debet legatarijs honeſtis, & non odioſis: & ſi dices quòd punitur delictũ teſtatoris, reſpondeo quòd ſufficit quòd puniatur in eo in quo deliquit, argu. l. ſi fugitiui C. de ſeruis fugi. ſed in legatis non deliquit, ſed in inſtitutione. Et ex ſupradictis infero ad ea quæ adnotat Iaſ. in d. l. fratres nu. 2. verſicu. Quartò nota. & Mincha. in d. §. 10. nu. 591. poſt Paul. quem ipſi referũt:
26 Quòd etiam ei eſſet appoſita in fratris teſtamẽto † clauſula codicillaris (vt ex ſtylo notariorum aſcribi ſolet) quæ inducit regulariter fideicõmiſsũ uniuerſale, & conuertit directam inſtitutionem in fideicommiſſariam l. quærebatur §. vtrum ff. de mili. teſta. l. poſthumus §. fi. ff. de iniuſto rupto: non tenebitur frater ſi ruptum eſt teſtamentum quærela, vel aliàs non valet abinteſtato, ex cauſa fideicommiſſi, turpi perſonæ inſtitutæ, hæreditatẽ reſtituere, licet alijs legata debeantur: Quod voluit etiam Fabi. de Gio. in repeti. authen. nouiſſima nu. 291. C. de inoffi. teſtam. Nam aliàs facile fieret fraus legi, quæ concedit quærelam odio inſtituti, hoc caſu fratri, quod non eſt admittendum: ne quod vna via prohibetur alia admittatur, contra regu. Cum quid de regu. iuris in 6. Quod dictum non puto verum, ſed potius diſcedum, quòd huiuſmodi codicillaris clauſula operetur, quòd frater retẽta ſua quarta, teneatur etiam turpi perſonæ, hæreditatem reſtituere: cum vt ſupra concluſum eſt, odium inſtitutæ perſonæ turpis, non ſit principalis cã quærelæ, ſed fauor fratris. Et hanc opini. tenet Cynus quem

Digitized by Google

quem refert Alex.in l.ſi patroni §.fi.nu.5.ff.ad Trebelli. vbi nu.7.eum ſequitur,& reprobat Paul.qui tenet contrarium,& reſpondet, nó fieri fraudem legi, cum fratri ſuam quartam retineat, ſicut quando relicta eſt fratri legitima integra,vel aliquid etiam minus legitima, turpi perſona inſtituta: quo caſu vt ſupra concluſum eſt, frater habebit legitimam,& turpis perſona hæreditatē. Aduertit inſuper,quòd vnam tantum quartā detrahit, per ea quæ adnotat Bart.in l.Papiaianus §.meminiſſe ff. de inoffi.teſta. Vnde magis cauebis à Mincha.vbi ſupra dum infert,quòd ſi frater eſſet inſtitutus,& iuſſus reſtituere hæreditatem turpi perſonæ, quòd tale fideicommiſſum non valeret, ſaltem quando frater prohibitus eſſet detrahere Trebellianicam: nam hic non loquitur de turpi perſona incapaci, ſed de ea quæ teſtamenti factionem habet, vt infra dicetur. Pro complemento autem huius materiæ, vlterius prædictam concluſionē declara,quòd fratri competit quærela contra fratris teſtamentum,quando nihil ei relictum eſt,locum habere,
27 ſiue † ex toto hæres turpis perſona ſit inſtituta, ſiue ex parte: quia perinde eſt, ac ſi abinitio ex toto fuiſſet hæres inſtituta,quia reſiduū ei accreſcit, l.1.§. ſi ex fundo, &l.ſi alterius ff.de hære.inſti.l.1.& 2.ff.de acqui. hære. Et hoc non ſolùm locum habet quando nullus alius fuit hæres inſtitutus, ſed etiam quando alia perſona honeſta; ſi tamen ſuam portionem repudiauit, quæ portioni accreſcit, l.ſi Titio,& Mæuio,63.in princip.& in §.fina.ff.de legatis ſecundo. Aduerte tamen, quòd ſi turpis perſona eſt hæres inſtituta cum alia honeſta perſona, ſi illa honeſta perſona non repudiat, competit fratri cui nihil relictum eſt quærela,tantùm pro illa parte, pro qua turpis perſona inſtituta eſt, & pro ea reſcindetur

detur teſtamentum, & pro alia remanet validum: Ita concludit Paul.in dicta l.fratris num.8.& Iaſon in dicta l.fratres num.2.verſicu.ſecundò extende, Mincha ubi ſupra nu. 574. plures referens dd. argu.l. cum duobus
28 C.de inofficio.teſtamen. Sed quæſtionis eſt, † vtrum competat fratri quærela cõtra teſtamentũ fratris, quando perſona turpis inſtituta eſt cum alia perſona honeſta, ſi perſona turpis ſuam portionẽ repudiauit:& quòd hoc caſu non detur fratri quærela, concludit Iaſ.vbi ſupra uerſi. limita dupliciter, poſt Bald.& Salyce.ibi: Idẽ affirmat Montaluus in dicta l.12.titu.7.part.6.in fine. Nam in hac ſpecie, quærela non poteſt naſci, cum ante aditam hæreditatem non competat,& vt cõpetere poſſit, debet per turpem perſonam adiri, cuius occaſione conceditur,l.ſcimus §.fi.C.de inoffi.teſtam. Vnde non ſufficit quòd hæreditas ſit adita ab honeſta perſona, cõtra quam quærela non datur. Contrariam tamen ſententiam in hoc articulo defendit Mincha.in d.§.10.nu. 576 (licet relinquat cogitandum) Imò quòd etiam ſi turpis perſona repudiet, nihilominus frater, cui nihil relictum eſt, poterit pro ea parte pro qua inſtituta fuit turpis perſona, expugnare: Et mouetur per l.mulieri & Titio,& quod ibi glo.notat ff.de conditi.& demonſtra. vbi qñ repudians non poterat habere portionem, repudiatio pro infecta habetur, quaſi in fraudem facta: pro quo etiam conſiderat l.ſi Titio & ei.7.ff.de lega.2.Præterea, ſequeretur aliàs abſurdum, quòd facile poſſet fieri fraus fratri, qui pro parte poterat teſtamentum rumpere,& ſucceſſionem abinteſtàto habere, ſi perſona turpis repudiat, fortè aliquo accepto à perſona honeſta: Et pro hac parte contra dd.vrget tex.in authen.de hære.& Falci.§.primum, vbi iuncta glo.habetur, quòd fratri debetur

Digitized by Google

betur legitima, quando perſona turpis eſt inſtituta: vnde cum iam eſſet debita renuntiatio, fratri non præiudicat, cum non debeat alteri per alterum deterior conditio inferri, iuxta regu. non debet ff. de regu. iuris. Nec ad rem pertinet, quòd per turpem perſonam adita non ſit hæreditas, nam reſpōdet Mincha. quòd nihil intereſt à quo adita ſit hæreditas, cogita. Et aduerte quòd non ſolum de iure communi quærela non naſcitur ante aditam hæreditatem l. Papinianus §. ſi cōditioni ff. de inof. teſtam. Nec quinquennium currit, vt in d. l. ſumus. §. illud C. eod. cum quo concor. Regia l. 4. tt. 4. par. 6. Verū nec de iure nouiſſimo Regni, quo cautum eſt, contenta in teſtamento hæreditate non adita valere, licèt contrarium videtur dicendum, quia quærela non naſcitur ante aditam hæreditatem, ex ratione quam tradit Ang. in d. §. ſi conditione: videlicet, quia quærela ordinatur ad rumpendum teſtamentum, quod uires non habet ante aditam hæreditatem, & tamē de iure Regio quærela videtur quòd non ordinatur ad rumpendum teſtamentum, cum exhæredatio valeat ſine hæredis inſtitutione, quo arg. torquetur Grego. Lup. in d. l. 4. qui tandē concludit tenendum eſſe, quærelam non naſci ante aditam hæreditatem, etiam de iure Regio, nec quinquennium incipere currere ante hæreditatem aditam: vnde neceſſario exigitur, quòd hæres vocatus abinteſtato, ex deciſione d. Regiæ l. 1. adeat, vel curator detur bonis: & ita dicit quòd ſeruatur ī praxi: Sed poſſumus rn̄dere, quòd quærela datur hodie ad ſucceſſionē illā annullandam, quæ abinteſtato competit, ex diſpoſitione illius legis, & ad exhæredationem irritandā: quod corroboratur per doctrinam Peraltæ in l. cum quidam nu. 9. ff. de lega. 2. qui tenet quòd licet hodie conſeruentur contenta in

teſtamento,

teſtamento,non adita hæreditate,tamen neceſſario debet hoc caſu interuenire hæres, qui teſtamentum defendat. Sed magis vrgent tradita ab Anto. Gom.in l. 24. Tauri.nu.fi.vbi poſt glo.ſingularem quam ibi ſequuntur dd.in l.qui filio §.ſeruus,in verbo,codicillis ff.de hæred. inſtitu.docet,quòd in omnibus caſibus in quibus cōtenta,& relicta in teſtamēto,vel codicillis abinteſtato conſeruantur, ad hoc vt prædicta debeantur, neceſſario requiritur aditio hæreditatis abinteſtato: pro quo vrget l.2.ff.de fideicommi.liberta.cuius ratio ea potiſſima eſt, quoniam hæres adeundo, ex quaſi contractu legatarijs obligatur,§.hæres inſti.de oblig.quæ ex qua.contra.naſ. l.apud Iulianum §.fi.ff. ex quibus cau. maio. Item quia hæreditas iacens non obligatur legatarijs, cum teſtatoris,& non hæredis ſuſtineat perſonam: & teſtator ad legata non tenetur,ſed hæres,arg.§.legatum inſtit. de lega.vbi legatum eſt,donatio quædam à teſtatore relicta,
29 ab hærede præſtanda. Vltimo inquirendum eſt, † quæ dicatur perſona turpis,& primò dicitur perſona turpis, qui patitur infamiam iuris,dd.in d.l.fratres,vbi Iaſ.num. 10.ueluti ille qui ex crimine publico,vel etiam ex priuato,infamia irrogante damnatus eſt,l.infamem ff.de publi.iudi. Præterea,laborans infamia facti,glo. in l. nullā C.ex quibus cauſis infamia irroge.Iaſ.vbi ſupra, vbi ponit exemplum in filio ſacerdotis: ſed tu aduerte quòd idem Iaſ.ibi nu.6.adducit,quòd quilibet illigitimus,etiā naturalis dicitur infamis:& quo ad quærelam, quælibet infamia ſufficit,vt colligitur ex tex.in d.l.fratres, ibi, vel læuis notæ macula. Idem ſi ſit concubina propria teſtatoris,vel ſit turpis quæſtus,vt meretrix,vt in d.l. fratres, ibi,Turpitudinis,& in l.in arenam C.eod.de inoffi.teſta. l.Pantonius ff.ſi à paren.quis fue.manu. Idem dicunt

de vſurario, Mincha. vbi ſupra nu. 592. Iaſ. in d. l. fratres, poſt Bald. & Saly. in l. improbum C. de his qui notã. infami. omnia prædicta exempla adducit Mincha. in d. §. 10. nu. 569. cum ſeq. & vide Ange. & dd. in l. 1. ff. de inof. teſta. Fabrũ in §. ſoror inſt. eo. & adde, quòd de iure Regio quælibet perſona malæ famæ, ſeu opinionis dicitur turpis, l. 2. tt. 8. par. 6. quæ in hoc reputatur ſingularis per Mincha. num. 571. Sed tu prædicta declara, & reſtringe
30 non procedere, quando illa turpis perſona † excluderet fratrem ab inteſtato, veluti ſi perſona turpis inſtituta erat filius teſtatoris, quo caſu fratri quærela non datur, Paul. in l. fratris nu. 6. C. de inoffi. teſta. Iaſ. in d. l. fratres nu. 6. verſi. Octauò limita, poſt glo. in l. Titia, verbo, ſi ſoror ff. de inoffi. teſta. cuius ratio ea potiſſima eſt, quam aſſignat Iaſ. Quoniam nullum remedium competit ei qui irrito, vel reciſo teſtamento non ſuccederet abinteſtato, l. Poſthumus §. ſi quis ex his ff. de inof. teſta. vbi Bald. & Ange. l. illud §. 1. ff. de bono. poſſe. contra tabu. glo. in verbo parentibus, in l. 1. ff. de inof. teſt. Regia l. 1. tt. 8. part. 6. Qui enim non admittuntur abinteſtato, longè minus contra teſtamẽtum, §. eadem inſtitu. de hæredi. quæ abinteſta. defe. Et per eandem rationem idẽ erit de iure Regio, ſi aſcẽdens, etiam turpis perſona, fuerit inſtitutus, nam aſcẽdẽtes excludunt abinteſtato collaterales, per Regiam l. 6. Tauri. Sed cum de iure communi, parentes abinteſtato ſuccedunt cum fratribus, & ſororibus, vt in authen. defuncto C. ad Tertu. & in auth. de hæredi. abinteſta. venien. §. 1. hæc ratio ſibi locum nõ vendicat: vnde cogita quid erit in hoc caſu interprætandum: & ſimiliter quando frater honeſtus eſſet præteritus, & frater turpis perſona inſtitutus: quo caſu abinteſtato pariter ſuccederent, per d. authen. de hæredi.

abin.

Digitized by Google

abin.venien.§.ſiue igitur. Caue tamen quòd parentes debent honorari,& ſemper perſona parentis honeſta ui deri debet,l.liberto ff.de obſeq.parc. vel pa. etiam ſi ſit inhoneſta ſecundum glo.receptã ibi, & vide l.qui accu ſare,& l.hi tamen ff.de accuſation.& l.ſi magnum, & l. ſi ſororem,& quæ ibi notant ſcribentes C.de ijs qui accuſa.non poſſunt. Aduerte tamen, quòd vbi cautum ſtatuto eſt,quòd extantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedant,quòd etiam ſi nihil relinquatur ſorori honeſtæ,turpi perſona inſtituta,ſi tamen alter eam præcederet abinteſtato,nõ competit ei quærela, vt ſenſit Iaſ. vbi
31 ſupra. † Secundò declara,& reſtringe nõ habere locũ, quando turpis illa perſona inſtituta,ad frugem melioris vitæ uiuo teſtare redierit,quo caſu nõ datur fratri quærela,nec ipſa propter turpitudinem remouetur ab ea, nec turpis perſona reputatur,ut concludit Bald. in d. l. fratres,Faber in §.ſoror inſtitu.de inoffi.teſta. Mincha. ubi ſupra nu.599.Monta.in Regia l.12.in fine tt.7. par. 6.Iaſ.in l.in arenam C.de inoffi.teſta.arg.l. imperialis §. 1.C.de nup.c.ferrum 50.diſt. Et hæc opinio eſt recepta quamuis ei contradicant tradita per Coſt. in §.& quid ſi tantum 3.parte num.190.Sed retenta communi ſententia eſt ſciendum, quòd perſona turpis emmendata
32 † dicitur,quando per triennium continuum à vitio abſtinuerit,& incontinentia perſeuerauerit,arg.tex.in authen.de mona.§.ſi uerò infra triennium, & §.hinc autẽ nobis colla.1.& urget c.fi.17.q.2.declarat Tiraq.de pœnis cauſa 29.nu.5.& cauſa 51.nu.158. Boe.ad Dynum in regu.ſemel malus de regu.iu.in 6.poſt Ange.& Saly. in l.fi.§.ſi fundum.1.ff.qui ſatiſda.coga. Iaſ. in l.ſi prius ff.de noui ope.nunti.urgẽt tradita à Guido.Papæ in ſuis deciſi.q.260.incipien.Curator: Et à Ripa in l.is cui bo-

nis nu. 43.ff.de verbo. oblig. & hæc procedunt, quãdo propter mores erat turpis perſona. Sed hoc declarat Alci.in tracta.præſumpti.regu.2.præſump.7.nu. 2.locũ habere, quando malus feciſſet magnam pœnitentiam, puta quia ingreſſus eſt religionẽ, pro ut iura illa loquuntur, uel ſaltem quando probaretur, pluries eueniſſe illi occaſionem ſimilis malifaciendi, & tamen ſe abſtinuiſſet, ſecũdum Iaco. Belbiſium in diſputatione quam poſuit in l.omnimodo C.de inof.teſt.quam refert Alberi.
33 ibi. Tertiò declara locum ſibi uendicare, † quando illa perſona turpis haberet teſtamenti factionem paſſiuam, ſecus tamen eſſet ſi propter ſuam turpitudinẽ eſſet incapax: nam tunc hæredis inſtitutio non ualet: Et hæreditas cui competat, uide ad notata ſupra in capi.5. Si ſit incapax indigna, ad fyſcum pertinet, ut ibi, & uoluit Alex. ĩ l.ſi patroni §.fi.n.7.ff.ad Trebel. Et hinc eſt quòd ſi perſona turpis erat concubina clerici teſtatoris, quæ fuit hæres a clerico ĩſtituta, hæreditas ad fyſcũ pertinet, ut latè expoſuimus in d.cap.5.quia eſt indigna, nec teſtamenti factionem paſſiuam habet: ſecus regulariter eſt in aliorum concubinis, ut docet Paul.in l.donationes ff. de donati.Barto.in l.miles ita, in prin.ubi Iaſ.ff.de mili. teſta. An uerò fratri contra teſtamentum fratris clerici, uel militis, hodie competat quærela, uel aliud remedium ad conſequendam legitimam, eſt quæſtio difficilis, quam in ſequ.capi.in fine explicabimus.

SVMMARIVM.

1 *Militis teſtamentum, vel pagani de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio, an ſubiaceat quærelæ: & nu. 15. & 31.*

2 *Miles vt teſtando habeat militis priuilegia, oportet quòd in caſtris,*

ſtris, expeditione militiæ occupatus, teſtetur.

3 *Militem non ſolum equo militantem, ſed peditem eſſe oſtenditur.*

4 *Milites noſtri temporis, an gaudeant aliquibus militum priuilegijs: & quibus remiſsiuè.*

5 *Veteranus quis dicatur.*

6 *Paganus eſt omnis qui non miles eſt.*

7 *Castrenſe peculium quod dicatur, & quaſi caſtrenſe.*

8 *Peculium quaſi caſtrenſe dicitur, etiam quòd aduocatus à priuatis clientulis percepit, ſecundùm communem opi.*

9 *Salaria quæ ratione dignitatis, vel officij ſoluuntur de publico, dicuntur ad peculium quaſi caſtrenſe pertinere, non tamen quæ officialibus mechanicis.*

10 *Clericus habet peculium quaſi caſtrenſe, etiam primæ tonſuræ.*

11 *Milites, & etiam pagani de caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi peculio, de iure antiquo ſine metu querelæ teſtabantur.*

12 *Filiofam. militi, vel pagano de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio teſtari licet.*

13 *Redditur ratio quare teſtamentum ueterani filij fam. non ſubiacet querelæ, & ueterani ſui iuris ſic: & nu. 31.*

14 *Militis præteritio pro exhæredatione habetur.*

15 *Intellectus ad tex. in authen. ut cum de appella. cognoſ. §. & hæc quidem de parentum.*

16 *Lex generaliter loquẽs, etiam correctoria, generaliter debet intelligi, & etiam in materia odioſa.*

17 *Concordia, quòd militis teſtamentum ſubiaceat querelæ, ſed eius præteritio pro exhæredatione habeatur.*

18 *Præteritionem, & exhæredationem non eſſe hodie omnino exæquatas, contra Politum.*

19 *Clerici teſtamentum, an ſubiaceat hodie quære. & nu. 31.*

20 *Clericus an habeat priuilegium, quod eius præteritio habeatur pro exhæredatione.*

21 *Liberè uerbum quomodo accipiatur.*

22 *Effectus qui ſequuntur, ex eo quod competat contra teſtamentũ Clerici querela, & non condictio ex lege.*

23 *Milites cœleſtes, & terreſtres in quo differunt.*

24 *Intel-*

24 *Intellectus ad Regiam l.3.tt.22.part.1.*
25 *Bona quæ ratione Clericatus obueniunt, dicũtur quaſi caſtrenſia.*
26 *Clerici primæ tonſuræ, an habeant prædicta priuilegia.*
27 *Prima tonſura, an ſit ordo.*
28 *Initiatus prima tonſura, vt gaudeat priuilegijs Clericorum, quæ requirãtur.*
29 *Explicatur c. nullus, ſeſſi. 23. Concilij Tridentini.*
30 *Leges Imperatorum, quando comprehendunt Clericos.*
31 *Clerici, aut militis fratris, vel pagani teſtantis de peculio caſtrenſi, vel quaſi, teſtamentum an expugnetur querela à fratre præterito.*
33 *Liberti militis teſtamentum, an expugnetur à patrono contra tabulas bonorum poſſeſ.*
34 *Emancipatori patri contra filij emancipati Clerici, aut militis, an detur contra tabulas bonorum poſſeſſio, vel querela.*

Teſtamenta militum, aut paganorum teſtantium de Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi peculio, an hodie ſubiaceant quærelæ. Cap. XII.

VALDE controuerſum apud vtriuſq;
1 iuris interpretes eſt, vtrum † teſtamentũ
militis, aut pagani teſtantis de caſtrenſi,
vel quaſi caſtrenſi peculio, quærelæ inofficioſi teſtamenti ſubiaceat, & quòd
remedium contra id competat. Pro cuius articuli clariori intelligẽtia præmitto, quòd ad hoc vt milites priui
2 legia militum teſtando habeant, † oportet, eos teſtamentũ, in caſtris dum ſunt in expeditione militiæ occupati, condere: aliàs ſi ædibus ſuis, vel alijs in locis degunt, iure communi, & non priuilegio teſtantur, totum probatur in prin. & in §. 1. & §. ſed hactenus, inſtitu. de mili. teſta. declarat Iaſ. in l. miles in prin. ff. de re iud. nu. 7. Deci. in l. quamquam nu. 11. C. de mili. teſtam. Vnde

miles

miles appellatur à mollitia,ideſt duritia,quã pro ſua Re
publica ſuſtinet; aut à multitudine,aut à malo quod ar-
cere milites ſolent,aut à mille hominum numero, vt do
3 cet.l.C.in l.1.§.fi.ff.de mili.teſta. Militem † autem nõ
ſolum honoratum equo militantem,ſed & peditem eſſe
tradit Ioan.Corra.in l.præcibus nu.10.C.de impube. &
alijs ſubſti.poſt Bude.in l.fi.col. 4. ff. de ſenato. licet fa-
teãtur errorẽ inualuiſſe,vt Iuriſperiti,milites pro equite
4 dicant. Milites † autem noſtri temporis, an aliquibus
militũ priuilegijs gaudeant,& quibus,vide Dec. in rub.
5 C.de mili.teſtam. Veteranus † dicitur,qui cum plures
annos fuerit in militia, poſtea honeſtam cõſequitur miſ
ſionem,l.1.& 2.ff.de priuile.vetera.l.veteranus C.quan
6 do prouo.non eſt neceſſe.Paganus autem † appellatur,
omnis qui non miles eſt,vt ſenſit glo.in §. illis inſtitu. de
mili.teſtam.verbo,paganorum,ibi, quaſi dicat non mili
tum,Alex.in l.Centurio col.8.ff.de vulga.&.pu.Corra.
vbi ſupra num.13.pro quo vrget l.3.& l.idemq; 9.& in
l.quod dicitur,in fina.verbis ff. de milita. teſta. Et licet
propriè paganus ruſticus ſit, à pago hoc eſt villa ſic di-
ctus, tamen in iure etiam vrbanus,ſi non miles eſt,paga
nus dicitur,& Corra.vbi ſupra rationem reddit, quoniã
olim Romana ciuitas in certas partes diuidebatur, quas
pagos appellabant. Secundò præmitto, quòd caſtrẽſe
peculium eſt,quod filiusfam.in caſtris à quolibet acqui
7 ſiuit, † non acquiſiturus aliàs,l.ſi fortè, & l. caſtrenſe ff.
de caſtren.pecu. Quaſi caſtrenſe peculium appellatur,
quod filiusfam.magiſter liberalium artium Medicus,vel
Aduocatus de publico acquiſiuit,vt adnotauit glo.in §.
1.inſtitu.per quas perſonas nobis acqui.per l.fin. C.de
inoffi. teſtam. & vrget l. fi. C.qui teſta.face.poſſunt,vbi
Deci.declarat,& adiungit, quòd licet iura illa loquan-
tur

Digitized by Google

tur de his aduocatis,quæ publica ſalaria percipiunt, idē
8 dicendum eſt de ſalarijs quæ à priuatis † clientulis percipiūtur: quod voluit glo. in l.fori C.de aduoca.diuer. iud. per illum tex.ibi,quidquid ex eius profeſſione, vel ipſius occaſione quæſierint: quam opinionem ſequitur ibi Alberi.eam tenent,& receptam teſtantur communiter Lucas de Pena,& Platea in l.iubemus C. de ſilentiarijs lib. 12. & Deci. vbi ſupra: pro quo vrgēt tradita à Baldo in l.1.C.de ſuffragio, poſt Cynum, & Iaco. Butr. quos ipſe refert,quòd hæc ſalaria aduocatorum ſuccedunt in locum ſtipendiorum antiquorum, quæ de publico olim ſoluebantur: quod tradit etiam glo. in d. l. fori. Sed Bald. in d. l. 1. contra hoc aduertit,quòd olim non omnes aduocati percipiebāt ex publico ſalaria, ſed tantùm aduocati fyſcales,& pauperum, & ſimiles. Et ita fit hodie in Hiſpania, & Paul. de Caſt. tradit,quòd Florētiæ ſunt duo aduocati fyſcales,qui de publico percipiunt ſalaria,in l.fi.num.4.C.de inoffi.teſta. ſed nō eſt recedendum à communi,pro qua citat Deci.l.cum allegas C.de caſtren.pecu.lib.12.Declara tamen prædicta, quòd ſalaria quæ ex publico percipiuntur,dicūtur quaſi caſtrenſis peculij eſſe, ſibi locum uendicare, quando ratione dignitatis, vel officij tribuuntur: Non tamen eſt intelligendum, quòd ſalaria quæ de publico dantur magiſtris † lapidum,vel carpentarijs, & alijs artificibus mechanicis,qui conducti ſunt ad opera publica, ad peculium quaſi caſtrenſe pertineant: cum huiuſmodi ſalaria à priuata cauſa,non ab officio deſcendāt, vt docet
9 Bald.in l.fi.C.de inoffi.teſta.per l.cum opem C. de bonis quæ libe. Adiungit autem prædictis Dec.vbi ſupra, mulierem poſſe peculiū quaſi caſtrenſe habere, per tex. & quod ibi Bal.adnotauit,in l.cū multa C.de bonis quæ libe.

10 libe. Aduerte tamen, quòd etiam clerici † habent peculium l. Sacro Sanctæ C. de Epiſco. & cleri. quia ſunt milites cœleſtes, vt tradit glo. Bart. & Iaſ. in l. miles ff. de re iud. Sed in hac ſpecie diſcrimen eſt inter milites terreſtres, & cœleſtes, ſeu clericos: nam clericis bona quocumq; iure, poſt ordinem aſſumptum, vndecunq; obuenerint acquiſita, ad eorum peculium quaſi caſtrēſe ſpectant, vt concludunt Inno. Hoſti. Cardi. Anto. Imo. Ancha. Abb. Barba. Couarru. in c. quia nos, extra de teſtam. per l. Sacroſanctæ, & authen. presbiteros C. de Epiſco. & cleri. Paul. & alij in d. l. Sacroſanctæ. Quod locū habet etiam in clericis primæ tonſuræ, ſecundum magis receptam opin. vt conclu. Coua. vbi ſupra poſt Rode. Suarez in tracta. maioratus, fol. 878. nu. 33. & Ioan. Lupus in repe. rub. §. 42. nu. 7. & Deci. in c. in præſentia de probati. nu. 64. quod infra latè explicabimus. Tertiò præmitto, quòd de iure digeſtorum, & Codicis, milites ſine
11 metu quærelæ † poterant teſtamenta ſua condere, nec etiā ſi milites eſſent qui vellent de inofficioſi teſtamenti quærelam mouere, teſtamentum eorum poterāt quærela expugnare, l. ſi inſtituta §. ſi de inofficioſo ff. de inof. teſta. Nec oberit regula, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio: Nam licet miles priuilegium habeat, quòd eius teſtamentum non poſſit quærela euerti, nō tamen eſt priuilegiatus in hoc, quòd ipſe poſſit aliorum teſtamenta expugnare. Et nō ſolum locum ſibi vendicabat in milite qui in expeditione militiæ occupatus in caſtris teſtamētum faciebat, verum etiam in ueterano, & pagano, de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio teſtantibus, qnorum teſtamenta quærelæ non ſubiacebant, l. fi. C. de inoffic. teſtam. Quod erat vſquè adeo verum, vt eſſet in poteſtate militū, vel

paganorum de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrẽſibus teſtantium, liberos, aut parentes, vel fratres, turpi perſona inſtituta, legitima priuare, l. fi. ſupracita. l. ſicut certi iuris C. de milita. teſta. Nam cum teſtamentum quærelæ non ſubiaceat, legitima non eſt detrahenda, vt concludunt ſcribentes in l. Centurio ff. de vulg. & pupil. vbi Alex. nu. 49. verſi. moueor, & ibi Ripa nu. 43. Mari. Soci. Iuni. nu. 157. pro quo vrget d. l. iubemus C. de ſilentiarijs lib. 12. Intellige tamen, quòd ea quæ dicta ſunt de pagano, & veterano locum habent, quando erat filius in poteſtate conſtitutus qui teſtamentum faciebat: Nã licet regulariter filiusfami. teſtamentum facere non valeat, l. qui in poteſtate ff. de teſt. l. penu. C. qui teſta. face. poſ. tex. in prin. inſtitu. quibus non eſt permiſ. face. teſta. nec de his ẽt bonis in quibus patri non acquiritur vſusfructus, vt docet Alex. & Iaſ. in l. penu. & fi. C. qui teſta. face. poſſunt, Pau. in l. fi. C. de inofficio. teſtam. Ex priui-
12 legio tamen non ſolum filijs fami. militibus, † ſed etiam paganis de caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus peculijs diſponentibus, teſtari permiſſum eſt, vt in d. l. fina. C. de inofficioſo teſtam. probatur, & in l. penu. & fi. C. qui teſta. face. poſſunt. Vnde filiusfamilias duplex priuilegium habebat, quòd poterat teſtari, & eius teſtamentũ non ſubiacebat quærelæ: ſed ſecus erat in eo qui ſui iuris erat, nam ſi non erat miles, ſed veteranus, eius teſtamentum quærela euerteuatur, l. Papinianus §. Papinianus ff. de inoffi. teſta. Sed eſt maximum dubium, quæ ſit
13 ratio quare † teſtamentum filiorumfam. veteranorum non ſubiacent quærelæ, ſi de caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus teſtentur: & veteranorum qui ſui iuris ſunt, quærela expugnantur. Et Pau. Caſtren. in d. l. fi. C. de inoffi. teſta. nu. 2. reddit rationem, quòd filiusfam. teſtatur

tur

Digitized by Google

tur ex priuilegio, ideò non ſubijcitur remedio iuris cōis: paterfamilias autem teſtatur iurecommuni. Sed hæc ratio inſufficiens mihi videtur, nam quando alicui conceditur facultas teſtandi ex priuilegio, ſemper intelligitur conceſſa, vt teſtari debeat ſecundum ius commune, vt infra latè in quæſtione de clerico dicetur. Imò hac ratione attenta, totum oppoſitum eſſet diſponēdum, cum manifeſtum ſit, debilius eſſe priuilegium, quam ius commune, l. eius militis §. militia miſſus ff. de mili. teſta. Secundam rationem aſſignat Fulgo. in d. §. Papinianus, & in d. l. fi. verſi. ſed cum cauſa, colu. fi. C. de inoffi. teſtam. Nempè quia ad quærelam nemo admittitur, niſi his qui abinteſtato ſuccedere poteſt, l. poſthumus ff. de inoffici. teſta. & latè in ſuperiori capite explicauimus: Sed filius fam. non habebat hæredem abinteſtato olim, ſed pater eius bona abinteſtato, iure peculij occupabat, l. 1. & 2. ff. de caſtrenſi pec. Vnde cum non habeat ſucceſſorem abinteſtato, nullus poteſt contra eius teſtamentum venire. Sed nec hæc ratio ſatisfacit, nam ex eo (meo iudicio) ei qui non competit ſucceſſio abinteſtato, non datur quærela, aut aliud remedium ad rumpendum, vel irritandum teſtamentum, quia per illa remedia res reducitur ad cauſam inteſtati, & ſua non intereſt, cum ad eū ſucceſſio abinteſtato non pertineat: ſed in noſtra ſpecie, ſi pater erat præteritus à filio in ſua poteſtate conſtituto, de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi teſtante, ſua intereſſet quod rumperetur, & reduceretur ad cauſam inteſtati, vt ipſe occuparet bona filij, iure peculij. Vnde ſatis puto, quòd vera ratio ſit, quā Imperator reddit in d. l. fi. C. de inoffi. teſta. in fine, videlicet, quia priuilegium liberè, & ſine metu quærelæ teſtandi ſolum modo paganis, & veteranis conceſſum eſt, de peculio caſtrenſi,

ſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi: ſed in filiofam. tantùm remanent bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, cum nomine peculij, nam in eo qui ſui iuris, ſeu paterfam. eſt, amittũt nomen peculij, & confunduntur cum alio patrimonio: quam rationem explicat Paul. in dicta l. fi. vbi Iaſ. nu. fi. licet quibuſdam videatur læuiſſima: Nam licet bona non dicantur peculium, ſunt tamen caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia, etiam in eo qui ſui iuris factus eſt: Vnde Pau. vbi ſupra in fina. verbis innuit, quòd hæc ſunt mere poſitiua, nec in his poteſt aſſignari viua, & concludens ratio: vnde ſentit, quòd erit recurrendum ad l. non omniũ quæ à maioribus noſtris conſtituta ſunt ratio reddi po-
14 teſt, ff. de legibus. Præterea † miles habet aliud priuilegium, quòd eius præteritio non reddit teſtamentum ipſo iure nullum, ſed pro exhæredatione habetur, l. ſicut certi C. de mili. teſt. §. ſed ſi in expeditione inſti. de exhæredati. libe. quod locum habet, quando occupatus in expeditione teſtamentum faciebat, vt in dictis iuribus probatur: ſecus ſi poſt miſſionem, pro quo vrget §. ſed hactenus inſtitu. de mili. teſta. Item procedit quando pater filium præterijt, non ignorans ſe filium habere, vt in dictis iuribus apparet: per quæ vtiliter limitatur regula l. inter cætera ff. de libe. & poſthu. & tex. in prin. inſtitu. de exhæreda. libero. His ita conſtitutis dubium eſt, vtrũ teſtamentum militis, vel pagani de caſtrenſi, vel quaſi caſtrẽſi peculio teſtantis ſubiaceat quærelæ: & an prædi
15 cta iura antiqua ſint † hodie correcta de iure nouiſſimo authenticorum, per authen. vt cum de appella. cogno. §. & hæc quidem de parentum, vbi Imperator poſtquã iam ab eo in §. aliud quoq; capitulum, cautum erat, non licere parentibus liberos præterire, vel exhæredare ſine cauſæ legitimæ expreſſione, ſubiũgit in §. & hæc quidẽ,

Et hæc

Et hæc quidem de parentum ordinauimus teſtamentis. Iuſtum autem perſpeximus & è contrario de liberorũ teſtamentis, hæc eadem cum aliqua diſtinctione diſponere. Sancimus itaq; non licere liberis parentes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus proprijs, in quibus habent teſtandi licentiam, eos omnimodo alienare &c. Ex quo conſtat, quòd ea quæ diſpoſita ſunt in §. aliud quoq; capitulum, in patre teſtante, locum ſibi vendicāt in filio, & neceſſario colligitur, quòd etiam loquatur de filio milite, aut pagano de caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi peculio teſtante: cum ibi tex. innuit, in quibus habent teſtandi licentiam: Nam hæc verba ad emancipatum filium non poſſunt referri, cum de omnibus teſtetur, ſed ad filium in poteſtate militem, aut paganum de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio teſtantem: nam de profectitio, aut aduententio, etiā in quo pater uſumfructum non habet, teſtari non poteſt, l. fi. C. de inoffi. teſtam. expreſſius in l. penu. & fi. & ibi Alex. & Iaſ. notant C. qui teſta. face. poſſunt. Et per illam nouellam conſtitutionem, partem affirmatiuam, quòd hodie teſtamentum militis, & pagani de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi diſponentis, ſubiaceat quærelæ, & quòd iura antiqua contrarium diſponētia ſint correcta, obſeruat glo. in l. Papinianus §. Papinianus, verbo, & cōtra ff. de inof. teſtam. ſimilis glo. in rub. ff. ſi à parēte quis fuerit manu. & in l. fi. verbo, teſtamenta C. de inoffi. teſt. & ſenſit vnica glo. in authen. in teſtamento C. ad Tertuli. dum citat authen. presbiteros, & hanc opini. amplectitur Barto. in authen. ex cauſa C. de libe. præte. vel exhære. nu. 13. vbi Alex. nu. 5. & Iaſ. col. vltima & ibi omnes ſequuntur cōmuniter: idem Bar. in l. filio præterito nu. 22. ff. de iniuſto rupto: idem Alex. in l. ſicut nu. 5. vbi Iaſ. nu. 8. ſequi

Digitized by Google

tur,& teſtatur communem C.de teſta.mili. Idem Iaſ.in l.fi.C.de inoffi.teſta.nu.5.eam tenet & communem appellat d.Couar.in c.quia nos nu.7.extra de teſt.& Ferd. Mincha.plures dd.citans,ſucceſſio.creati.§.24.num.33. Secunda opinio in hac ſpecie eſt huic primæ omnino contraria,quòd non ſolum teſtamentum militis in expeditione militiæ occupati,hodie non ſubiaceat quærelæ, ſed nec pagani de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio teſtante: itaq; diſpoſitio l.fi. C.de inoffi.teſta. & l.penu. & fi.C.qui teſta.face.poſſunt, non ſunt hodie correctæ per dictam nouellam conſtitutionem: quam opini. defendit Alci.in l.Centurio nu.24.ff.de vulga. qui reſpondet ad tex.in d.§.& hæc quidem, quòd ibi nihil agitur de quærela inofficioſi teſtamenti,& in illis uerbis, in quibus habent teſtandi licentiam, reſpõdet quòd loquitur de filio emancipato, vel de alio qui habet licentiam teſtandi. Sed hæc Alci.opinio ferè ab omnibus modernis reijcitur,nec vllo modo tenendo eam reſpõderi poteſt ad dictum §.& hæc quidem; nam cum loquatur de his qui in aliquibus rebus habent teſtandi licentiam, nullo modo de emancipatis intelligendus eſt,qui de omnibus ſuis rebus valet teſtari,ſed de eo qui eſt in poteſtate,qui de caſtrenſi,vel quaſi caſtrenſi peculio poteſt,& non de profectitio,aut aduentitio teſtari. Nec obſtat quod dicit,in tex.illo nõ agi de quærela,nam cum tex. ibi dicat, quòd non licet filio patrem præterire, aut exhæredare, intelligendus eſt,quòd ſi præteritus eſt pater,quòd habebit remedia iuris,nempè quòd ſi ſine cauſæ expreſſione,erit nullum teſtamentum vt ibi:ſi cum cauſa competit quærela,arg.l.1.& l.nam & ſi parentibus ff.de inoffi. teſtam.& tex.in prin.inſtitu.eod.& ita communiter intelligunt ſcribentes illum tex. Vnde alia tertia opinio

eſt,

eſt,quæ tenet mediam viam,quòd licet verũ ſit,nouellã illam conſtitutionem comprehẽdere paganum, vel veteranum,etiam de rebus caſtrenſibus, vel quaſi teſtamentum facientem:non tamen comprehendat, nec locũ habeat in filio fam.milite, qui iure militari in caſtris de bonis caſtrenſibus teſtamentum facit. Itaq; ſi pater eius,vel aſcendens qui eum habet in poteſtate, preteritus,vel exhæredatus fuerit ab eo: vel è contra ſi filius, vel deſcendens in poteſtate fuerit præteritus,vel exhæredatus cum cauſæ expreſſione à patre ſciente,non poterit quærelam inofficioſi contra eius teſtamentum mouere. Et iſtam op. originaliter tenet glo. in authen. ex cauſa ver. irritum C. de libe. præter. & tenuerunt alij, quos refert Bart.ibi,& in dicta l.filio præterito,vbi Imo. nu. 13.verſi.ſed hiç occurrit dubium,videtur ſentire,in puncto iuris hanc opinionem veriorem eſſe (licet non firmat pedem : & fateatur contrariam æquiorem eſſe) Inſuper eam veriorem appellat Roma.in l.ſicut nu.7.C. de teſt. mili. vbi Iaſ.dicit ſuſtentabilem eſſe, contra omnes in nu.8.& Ferna.Vazq. Mincha.in lib. 3. ſucceſſion. creat.§.24.nu.31.innuit ſibi ſemper placuiſſe,& eod. §. nu.51.(licet ſibi parum conſtans) nu.33.tenuit contrariam,vt ſupra dictum eſt: & hanc vltimam tenet idem Mincha.lib.2.ſucceſſio.creat.§.20.nu.171. poſt Vigliũ in §. de illis nu.12. vbi dicit eam in puncto iuris veriorẽ eſſe: licet fatentur primam opinionem & æquiorem, & receptiorem eſſe,inſtitu.de mili.teſta. Idem Viglius in §.ſed ſi in expeditione inſti.de exhæ. libe. ſecundũ quos non ſolum teſtameutum prædicti militis qui in expeditione teſtatur, deſcendentem quem in poteſtate habet ſcienter præterit,vel exhæredat,non eſt teſtamentum ipſo iure nullum,ſed nec ſubiacet quærelæ inofficioſi teſtamenti.

menti. Et pro hac ſententia adduci ſolet, quód cũ no uella illa conſtitutio §.& hæc quidem de parentum, ſit correctoria, & nihil expreſsè decidat in derogationem priuilegiorum militũ,intelligi & interpretari debet quo minus de antiquo iure detrahat: præcipue cum conſtitutio illa generaliter loquatur:vnde non debet extendi ad caſum per ius antiquum ſpecialiter deciſum,argu. doctrinæ glo.& quod ibi dd.tradunt in l.ſciendũ.ff. qui ſatiſda.cogan.& minimè eſt præſumendum,velle in dubio tolli priuilegium militis,cum ſit perſona in iure valdè priuilegiata: & in eo attendatur tantum merum ius gentium iuxta l.1.ff.de milita.teſta. Quando enim eſt de mente iuris tollere priuilegium, ſolet exprimi, vt in auth.qua in prouintia C. vbi de crimi. agi oportet, vbi glo.plus ſencit, quòd licet expreſsè priuilegiũ tollatur, non tamen intelligitur ſublatum priuilegium quod eſt in corpore iuris cõprehenſum. Prædictis inſuper ſufragatur c. veniens de præſcription. vbi priuilegium non tollitur niſi in l.noua fiat mentio de illo,aliàs autem l.noua trahitur ad anteriorem,& è contra,per l.non eſt nouum,cum duabus ſequentibus ff.de legi.auth. offeratur C.de litis conteſtatione. Vrget præterea, nam legum correctio non eſt inducenda per ſubauditiones,glo.in c. cupiẽtes de electione lib.6.§.quod ſi per viginti: verba enim quantumcunq; ampla, & generalia, non intelliguntur comprehendere priuilegium, niſi de eo fiat ſpecialis mentio,l.3.& ibi glo.C.de ſillen.lib.12. quem ſignauit Bald.in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.4. de conſtitution.extra,& in prima conſtitutione C. Et per ſupradicta fundamenta concludunt prædicti dd. militis teſtamentum qui teſtatur iure militari in expeditione, nõ ſubiacere querelæ,ſicut olim: Item præteritionẽ militis haberi

haberi pro exhæredatione. Itaq; non ſit correctus tex. in l.ſicut C.de teſta.militis,& in l. ſi cũ vel in vtero eod. in §.illis, & in §.hactenus, & §.penu.inſti.eod. in l.fi.C. de inoffi.teſta. Et ad §.& hæc quidem de parentum,primò reſpondent, quòd licet neceſſario ſit intelligendus ille tex.quòd loquatur de filijs in poteſtate, cum emancipati de omnibus rebus teſtentur, intelligi tamen debet de pagano, vt aduocato de quaſi caſtrenſibus teſtamentum faciente,non autem de milite in militiæ expeditione occupato: & in hoc corrigantur iura antiqua, videlicet l. fi.C.de inofficio.teſt.l.penu.& fi.C.qui teſtamenta facere poſſunt. Et licet paganus, & aduocatus per l. antiquam æquiparentur militibus in expeditione militiæ occupatis, vt apparet ex l.fi.C.de inofficioſo teſtamento,quo ad quædam,non tamen debemus intelligere,quòd in noſtra ſpecie l.noua loquens de vno, debeat extendi ad alium: nam tex.in d. §. & hæc quidem de parentum, agit de materia odioſa quærelandi, & impugnandi teſtamenta:alia iura loquuntur, vt prædictæ ll. fina. de materia fauorabili: vñ de æquiparatione in materia fauorabili,ad æquiparationẽ in materia odioſa,non eſt validum argumentum,vt tradit Iaſ. in noſtra ſpecie,in l.ſicut certi C. de teſt.militari,nu.fi.per l. cum quidam ff.de lib.& poſth. Vel ſecundo modo verificari poteſt tex. ille in filio milite qui non in expeditione occupatus, ſed poſt miſſionem teſtamentum condidit, quo caſu præteritio ab eo facta, etiam ſciente filium habere,non habetur pro exhæredatione:ita intelligũt prædictum tex.Iaſ.in d.l.ſicut certi, Ferna.Vazq.Minch.vbi ſupra §. 24.nu.51.poſt Viglium in d.§.illis nu.12. Nec enim ſecundum eos eſt multum reſtringere deciſionem illius tex. nam licet ſit correctoria, & in vno corrigat,

quandò de quaſi caſtrenſibus, vel caſtrẽſibus poſt miſſionem teſtatur, in quibus minor ratio eſt, non debet extendi ad teſtantem iure militari, in quo longè maior ratio priuilegij concedendi militat, cum ei plus à iure tributum ſit: maximè cum agitur de legum correctione, quæ omnimodo euitanda eſt, iuxta l. 1. C. de inof. donat. Quarta op. eſt in noſtra ſpecie quæ videtur æquior, ſi non eſſet euidenter falſa, nempe quòd militis teſtamentum hodie non ſubiacet querelæ inofficioſi teſtamenti ſicuti nec olim, ſed aſcendens, vel deſcendens præteritus, vel exhæredatus ab aſcendente, vel deſcendente milite, conſequitur legitimam condictione ex lege: videlicet ex auth. presbiteros 1. C. de Epiſc. & cleric. quam opinionem ſequuta eſt glo. in l. de inofficioſo C. de inof. teſtam. & eam refert, & minus benè ſequitur Corraſ. in l. precibus C. de impube. & alijs ſubſti. quam refert Bart. in d. auth. ex cauſa, & in d. l. filio præterito, licet eã contemnit: & iſtam opinionẽ videtur amplecti Lanze. Pol. in repetitione l. filium quem habentẽ nu. 178. C. fami. herciſcundæ, vbi tradit, æquum eſſe militis teſtamentum conditũ, dum eſt occupatus in expeditione, quo ad omnia ſuſtineri, præterquã quo ad legitimam. Sed iſta op. eſt falſiſſima, & nõ admittẽda, & ferè ab omnibus reijcitur tanquam euidenter falſa: & vltra Barto. & dd. in d. authen. ex cauſa nu. 13. & in l. filio præterito, eam impugnat Rapha. in d. auth. presbiteros, dicens quòd licet eſſet verum, quòd non eſt certum actionem ex illa l. dari in caſu illius tex. auth. presbiteros, non tamẽ extenditur ad alios caſus: & in hac opi. reſident dd. ferè omnes: cũ autem non habeat cõdictionem ex l. illa, ſi negatur querela, nullo modo poterit conſequi legitimam, vt aduertit Vigli. in §. ſed ſi in expeditione nu. 3. inſti. de exhæredatione

datione liberorum. Concludo igitur, quòd prima op. eſt æqua, receptior, & mihi in puncto iuris verior, videlicet teſtamenta etiam militis de caſtrenſibus iure militari in expeditione condita, querelæ ſubiacere inofficioſi teſtamenti, per illum tex. in d. §. & hæc quidem de parētum, qui generaliter, & in diſtinctè loquitur in rebus in quibus teſtandi licentia conceſſa eſt: & ita in diſtinctè debet intelligi, tam de teſtantibus de caſtrenſibus, ē iure militari, quam de quaſi caſtrenſibus, per regu. l. de prætio ff. de publici. in rem action. Nec oberit quod ſupra dictum eſt, quòd eſt l. correctoria, & ideo reſtringenda: Nam reſpondeo, quòd hæc non eſt extēſio propriè, ſed comprehenſio, nam cum in diſtinctè tex. ille loquatur in filijs teſtamentum facientibus, in rebus in quibus habent licentiam teſtandi, non extenditur ad militē deciſio illa, ſed per generalitatem verborum comprehenditur ē ille qui eſt occupatus in expeditione militiæ, cū
16 † l. generaliter loquens, generaliter debeat intelligi: & etiam ſi ſit correctoria, & in materia odioſa, vt comprehendat omnes caſus, quatenus proprietas verborum requirit, vt docet glo. recepta in c. contra Chriſtianos, de electione lib. 6. Et hinc eſt, quòd ſi ratione pœnæ l. iubeat aliquē eſſe inteſtabilem, intelligitur actiuè, & paſſiuè teſtamēti factione priuatum eſſe, nec eius teſtimonium recipiendum fore, l. cum lege, & ibi annotauit Areti. ff. de teſta. licet materia pœnalis ſit odioſa, & in pœnis benignior interpretatio faciēda ſit, l. ſi Præſes, cum vulg. ff. de pœnis: verum cum generaliter loquatur, & verba illa ſint apta comprehendere, generaliter debent intelligi, vt omnia illa comprehendant: quod probatur optimè per l. 1. §. quod autem ff. de aleato. per quē tex. ſecurè tradit Lance. Gali. in repetitione l. Cen-

turio nu. 228. quòd ſtatutum quantumcunq; odioſum comprehendit quantum generaliter complectitur: imò quod plus eſt,& ſi ī vno caſu ſit maior ratio quã in alio, per l.generalem omnes caſus comprehenduntur, etiam in materia odioſa, vt reſoluit Calde.in materia diſpenſationis,quæ proculdubio odioſa eſt,in conſil. 1.in rub.de conſangu. & affinit. docet Alexan. in authen.ex teſtam. per l. in fraudem §.fi.ff de milita.teſta.vbi gñalis erat illa determinatio,vbi Bald.notat illum tex. & Gozadi. in repetitione l.omnes populi nu. 253.ff.de iuſt. & iu. per quem tex.adnotauit Deci.in l.ex teſtamẽto C. vnde lib. Alcia.in lib.4.Para.cap.10.Ferna. Vazq. Minchaca lib. 2.ſucceſſi.& reſolu.§.18.nu.60. quòd l. generaliter loquens in paganis,milites comprehẽdit, & priuilegiatas perſonas: proquo etiam vrget l.captatorias,& lex ſi Rufinus C.eod.tt.de teſtam.mili. Nec obſtat, quòd verba quantumcunq; generalia, & ampla, non intelliguntur cõprehendere priuilegium,niſi de eo fiat ſpecialis mentio,maximè ſi ſit clauſum in corpore iuris: nam occurri poteſt, quòd in noſtra ſpecie illud non poteſt habere locum,cum illa nouella conſtitutio neceſſario ſit intelligenda,quòd comprehendat priuilegia in corpore iuris clauſa: nam cum prohibeat teſtari liberè filijs, de his rebus in quibus licentia teſtandi conceſſa eſt, & permitat quærelam inſtitui inofficioſi teſtam. caſu quo pater ſit exhæredatus, neceſſario tollit priuilegium l.fi. C. de inoffici.teſtam.& l. penu.& fi.C.qui teſta. face. poſſ. nam ſecundum illa iura, erat priuilegium, quòd de caſtrenſibus,& quaſi caſtrenſibus poſſent, ſine metu quærelæ, filij teſtamenta condere: vnde cum veniat ille tex. ad tollendum priuilegium,& generaliter loquatur, debemus intelligere, quòd oĩa priuilegia tollit, per vim

compre-

Digitized by Google

comprehenſibam. Imò quod plus eſt in noſtra ſpecie, etiam ſi hæc eſſet extenſio propriè,& non comprehenſio,locum haberet,quamuis ſit lex illa correctoria: cum ſit certum,etiam in correctorijs, extenſionem eſſe licitam,quando per eam reuertitur ad ius commune, & tollitur priuilegium,vt in noſtro caſu,iuxta glo.doctrinã à doctoribus receptam in c.ſtatutum in ver.numerandũ, de præb. lib.6.quam obſeruat Feli. in c.cùm acceſſiſſent col. 2.de conſtitution.Iaſ.in auth.quas actiones ſal.4.C. de Sacroſan.Eccle.Ripa.in l.Centurio nu.44. ver. idẽ reſpondetur ff.de vulga. Admitto tamen, & hæc erit
17 concordia † inter dd.quòd tex. ille in d. §.& hæc quidẽ de parentum,non corrigit iura antiqua diſponentia, vt militis præteritio ĩ expeditione occupati, habeatur pro exhæredatione, vt l.ſicut certi & l.ſi cũ vel in vtero C. de teſta.mili.§.illis & §.hactenus,& §.penul.inſti. de mili.teſta.in §.ſed ſi in expeditione,inſti.de exhæreda. lib.l. ſi.C.de inoffi.teſta. Nam veritas eſt, quòd hodie ſicut olim,eius præteritio pro exhæredatione habetur, nec hoc puto contra communem opinionem eſſe: imò ſi rectè dicta dd.perpenduntur communiter hoc tenetur, vt aduertit Alex. vbi ſupra,licet Iaſ. decipiatur dicendo, communem opinionem eſſe in contrarium,& poſt eum Mincha.vbi ſupra §.24.nu.32. quorum errorem aduertit etiam Lance.Poli.in d.repetitione l.filium quem habentem C.fam. herciſcun. nu.178.& ita in iſto caſu procedit,& eſt vera op.Imol.& Roma.& Viglij in §. ſed ſi in expeditione, & Mincha. vbi ſupra nu.32.qui omnes, ſi rectè verba eorum conſiderantur, non loquuntur in prædictis locis de quærela inofficioſi,ſed de iure dicendi nullum,quòd præteritio militis habeatur pro exhæredatione,quando à ſciente milite in expeditione occupa-

to,

Digitized by Google

to, facta eſt. Caueas tamen ab eorum ratione, quæ nimis generalis, & non vera eſt, videlicet quia deciſio illius auth. non comprehendit militem in expeditione militiæ teſtantem, nam hoc eſt falſum: licet enim verum ſit, quòd per eum nō tollitur priuilegium militis, in hoc, quòd præteritio eius habeatur pro exhæredatione, bene tamen comprehendit militem, & tollit eius priuilegium, in hoc, quòd eius poſſit quærelari teſtamentum, & hæc eſt communis op. vt ſupra dictum eſt, ſi rectè dicta dd. conſiderentur. Vnde cauendum eſt à Bar. in d. authen. ex cauſa, vbi ſentit, priuilegium quòd pro exhæredatione præteritio habeatur, hodie ſublatū eſſe. Nec valet quod pro excuſatione Iaſonis adducit Poli. vbi ſupra, quòd cum iam hodie exhæredatio comparatur præteritioni, & nihil inter ſe differant per d. §. aliud quoque, & auth. ex cauſa, præteritionis inanè eſſet iam hodie illud priuilegium, quòd præteritio pro exhæredatione habeatur: nam tu aduerte, falſum eſſe quod Poli. vult

18 † hodie exhæredationem, & præteritionē omnino exæquatas eſſe: nam licet hoc voluerint aliqui antiqui dd. vt Marti. gloſat. tamen antiquuorum op. reprobata eſt, vt conſtat ex glo. in ver. irritū, & ibi dd. omnes in auth. ex cauſa C. de lib. præteri. Bart. & ibi dd. in l. 1. ff. de teſt. ſecundum communem ſententiam, & intelligētiam ad illa iura, licet exhæredatio, & præteritio æquiparentur in hoc, quòd ſi aſcendens, vel deſcendens fuerit exhæredatus ſine cauſæ, vel minus legitimæ expreſſione, pro præteritione habeatur, ſitq; teſtamentum ipſo iure nullum, ac ſi præteritus filius in poteſtate eſſet: ſi tamē cū expreſſione cauſæ legitimæ fuerit exhæredatus, ſi cauſa non probatur, valet teſtamentum, licet ſubiaceat quærelæ inofficioſi teſtamenti, quod non erit quando eſſet filius

filius in poteſtate præteritus: quo caſu etiam ſi in præteritione, cauſa legitima ingratitudinis filij adiecta eſſet, teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, ex defectu formæ, de qua in l.inter cætera ff.de libe.& poſthu.in prin. inſti. de exhæreda.lib. quod probat glo.celebris in authen.de hæred.& Falci.§.exhæredatos in ver.noluit colla.1.quã ſequitur Bar.in auth.ex cauſa nu.12.vbi Alex.& Iaſon nu.8.communem teſtantur C.de lib.præteri.Crotus in repetitione §.& quid ſi tantum l.gallus ff. de lib. & poſthu.nu.102.Vigli.in §.emancipatos inſti. de exhæreda. libe.quæ ſententia proculdubio vera eſt, quando filius eſſet præteritus cũ cauſæ legitimæ expreſſione, per verba minimè æquipolentia exhæredationi, veluti ſi diceretem in teſtamento, filio meo decem dumtaxat lego, quia mihi negauit alimenta, & latè probat Couarru.in c.Rainuntius in prin.nu.2.extra de teſtamen. poſt glo.& Bar. in l.qui volebat ff.de hæredi.inſtitu.& Igneum in repetitione auth.ex cauſa nu.74.C.de lib.præteritis,& Iaſ.in l.ſi filius qui in poteſtate ff.de lib.& poſthu. Viglius in §. emancipatos ſupracita.inſti.de exhæ. libe. Pro quo vrget, quòd præteritus dicitur ille qui nec eſt inſtitutus, nec exhæredatus,& ſi ei aliquid ſit relictum in teſtamento glo.in l.nam & is §.fi.ff.de inoffi.teſtam.glo. magna in prin.glo.ſimilis in §.1.inſti.de exhæreda.lib.in ver. præteritio.Iaſ.in l.poſthumo nato C. de bonorum poſſeſſ. contra tabu.nu.5.& ibi Deci.declarat in 1.lectura nota 3. Quamuis quando præteritio ſit verbis æquipolentibus exhæredationi, habeatur pro exhæredatione, vt concludunt prædicti dd.poſt Areti.in §.& quid ſi tantũ nu. 20.vbi Crot.n.102.veluti ſi quis ita dixerit, filius meus alienus ſubſtãtiæ meæ fiat, per l.3.C.de lib.præt.vel exhæreda.Itaq; reddeundo ad propoſitum noſtrum concludo

to, facta eſt. Caueas tamen ab eorum ratione, quæ nimis generalis, & non vera eſt, videlicet quia deciſio illius auth. non comprehendit militem in expeditione militiæ teſtantem, nam hoc eſt falſum: licet enim verum ſit, quòd per eum nõ tollitur priuilegium militis, in hoc, quòd præteritio eius habeatur pro exhæredatione, bene tamen comprehendit militem, & tollit eius priuilegium, in hoc, quòd eius poſſit quærelari teſtamentum, & hæc eſt communis op. vt ſupra dictum eſt, ſi rectè dicta dd. conſiderentur. Vnde cauendum eſt à Bar. in d. authen. ex cauſa, vbi ſentit, priuilegium quòd pro exhæredatione præteritio habeatur, hodie ſublatũ eſſe. Nec valet quod pro excuſatione Iaſonis adducit Poli. vbi ſupra, quòd cum iam hodie exhæredatio comparatur præteritioni, & nihil inter ſe differant per d. §. aliud quoque, & auth. ex cauſa, præteritionis inanè eſſet iam hodie illud priuilegium, quòd præteritio pro exhæredatione habeatur: nam tu aduerte, falſum eſſe quod Poli. vult
18 † hodie exhæredationem, & præteritionẽ omnino exæquatas eſſe: nam licet hoc voluerint aliqui antiqui dd. vt Marti. gloſat. tamen antiquuorum op. reprobata eſt, vt conſtat ex glo. in ver. irritũ, & ibi dd. omnes in auth. ex cauſa C. de lib. præteri. Bart. & ibi dd in l. 1. ff. de teſt. ſecundum communem ſententiam, & intelligẽtiam ad illa iura, licet exhæredatio, & præteritio æquiparentur in hoc, quòd ſi aſcendens, vel deſcendens fuerit exhæredatus ſine cauſæ, vel minus legitimæ expreſſione, pro præteritione habeatur, ſitq́; teſtamentum ipſo iure nullum, ac ſi præteritus filius in poteſtate eſſet: ſi tamẽ cũ expreſſione cauſæ legitimæ fuerit exhæredatus, ſi cauſa non probatur, valet teſtamentum, licet ſubiaceat quærelæ inofficioſi teſtamenti, quod non erit quando eſſet filius

filius in poteſtate præteritus: quò caſu etiam ſi in præteritione, cauſa legitima ingratitudinis filij adiecta eſſet, teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, ex defectu formæ, de qua in l.inter cætera ff.de libe.& poſthu.in prin. inſti. de exhæreda.lib.quod probat glo.celebris in authen.de hæred.& Falci.§.exhæredatos in ver.noluit colla.1.quã ſequitur Bar.in auth.ex cauſa nu.12.vbi Alex.& Iaſon nu.8.communem teſtantur C.de lib.præteri. Crotus in repetitione §.& quid ſi tantum l.gallus ff. de lib. & poſthu.nu.102.Vigli.in §.emancipatos inſti. de exhæreda. libe.quæ ſententia proculdubio vera eſt, quando filius eſſet præteritus cũ cauſæ legitimæ expreſſione, per verba minimè æquipolentia exhæredationi, veluti ſi dicerer in teſtamento, filio meo decem dumtaxat lego, quia mihi negauit alimenta, & latè probat Couarru.in c.Rainuntius in prin.nu.1.extra de teſtamen. poſt glo.& Bar. in l.qui volebat ff.de hæredi.inſtitu.& Igneum in repetitione auth.ex cauſa nu.74.C.de lib.præteritis, & Iaſ.in l.ſi filius qui in poteſtate ff.de lib.& poſthu. Viglius in §. emancipatos ſupracita.inſti.de exhæ. libe. Pro quo vrget, quòd præteritus dicitur ille qui nec eſt inſtitutus, nec exhæredatus, & ſi ei aliquid ſit relictum in teſtamento glo.in l.nam & is §.fi.ff.de inoffi.teſtam.glo.magna in prin.glo.ſimilis in §.1.inſti.de exhæreda.lib.in ver. præteritio.Iaſ.in l.poſthumo nato C. de bonorum poſſeſſi. contra tabu.nu.5.& ibi Deci.declarat in 1.lectura nota 3. Quamuis quando præteritio ſit verbis æquipolentibus exhæredationi, habeatur pro exhæredatione, vt concludunt prædicti dd.poſt Areti.in §.& quid ſi tantũ nu. 20.vbi Crot.n.102.veluti ſi quis ita dixerit, filius meus alienus ſubſtãtiæ meæ fiat, per l.3.C.de lib.præt.vel exhæreda.Itaq; reddeundo ad propoſitum noſtrum concludo

cludo differentiã eſſe, ſecundum communẽ opinionem hodie, inter exhæredationem, & præteritionem: quòd ſi filius in poteſtate à parẽte qui eum ſub poteſtate habet fuerit præteritus, per verba exhæredationem minime ſignificantia, cum expreſſione cauſæ legitimæ ingratitudinis, teſtamentum in pagano erit ipſo iure nullum: in militis verò teſtamẽto facta præteritio, cum habeatur pro exhæredatione, quando eſt occupatus in expeditione, operabitur quòd valebit teſtamentum, & poterit hæres inſtitutus probare cauſam ingratitudinis, & ſi cauſa non fuerit probata, nihilominus teſtamẽtum valebit, & erit neceſsè filio præterito, quærelam inofficioſi teſtamenti inſtituere, nec erit ipſo iure nullum teſtamentum, vt in pagano: vnde in hac ſpecie erit cauendum à Bart. in authen. ex cauſa nu. 13. à Poli. in d. repetitione l. filiũ quẽ habentẽ nu. 178. Et magis Poli. aſſertio confunditur ex Viglij, & aliorũ intellectu, qui ĩ pũcto iuris defendi põt, videlicet quòd auth. nõ licet, & auth. ex cã, & auth. vt cũ de appel. cognoſ. §. aliud quoq; capitulũ vñ ſumũtur, nollunt inducere nullitatem, quando aſcendens, vel deſcendens eſt exhæredatus, ſine cauſæ legitimæ adiectione: ſed volunt, quòd mediante quærela inoffici. teſtamenti, teſtamentum reſcindatur, quo caſu erit maxima differentia inter paganum, & militem in expeditione teſtamentum facientem: cum teſtamentum militis nunquam erit ipſo iure nullum, ſiue filius eius ſit exhæredatus, ſiue præteritus, cum vt ſupra dictum eſt, præteritio eius, pro exhæredatione habeatur: teſtamentum verò pagani erit nullum, ſaltem quando filius eius quem in poteſtate habet erit præteritus ab eo, per l. inter cætera ff. de lib. & poſthu. & per tex. in prin. inſti. de exhæreda. libe. Et cum hoc meo iudicio eſt ſatisfactum huic quæſtioni.

ſtioni.

ſtioni, quòd hodie teſtamento, etiam militum in expedi-
tione decedentium, ſubiaceat querelæ inofficioſi: quod
intellige, ſi ei illi ſint deſcendentes, prout tex. ille in d. §.
& hæc quidem de parentum; de his loquitur expreſsè,
ſiue milites ſint aſcendentes, vt ibi probatur: nam cum
ibi dicat, quòd idem diſponit in liberis teſtamentum fa-
cientibus, de rebus in quibus teſtandi licentia conceſſa
eſt, quòd diſpoſitum eſt de parentibus, intelligitur, quòd
ſupra in §. aliud, loquendo ſimpliciter de parentibus, in-
telligebat etiam, & volebat comprehendere parentes
etiam milites: pro quo vrget quod ſupra dictũ eſt, quòd
lex generaliter loquens, comprehendit milites etiam, &
perſonas priuilegiatas, & ita intelligunt dd. ſed præteri-
tio militis, ſicut olim, ſecundum cõem opinio. pro exhæ-
redatione habetur. Rurſus circa illum §. & hæc quidẽ
de parentum, ſuccedit alia & magis dubia quæſtio: Vtrũ
19 teſtamentum † clerici ſubiaceat querelæ, & hodie per il
lum tex. corrigant iura antiqua, an verò detur cõdictio
ex l. ad conſequendam legitimam, ex authen. presbite-
ros la. 1. C. de Epiſ. & cleri. Pro cuius declaratione præ-
mitto, quòd Imperator Leo conceſſit Epiſ. presbiteris,
& diaconis filijsfam. priuilegium, vt liceret eis peculiũ
quaſi caſtrenſe, in bonis occaſione clericatus obuenien
tibus habere, & quòd de eo in vltima voluntate, & in-
ter viuos liberè poſſent diſponere, l. Sacro. S. C. de Epi.
& cle. licet regulariter, qui ſunt ĩ poteſtate alterius teſta
ri prohibeãtur, per l. qui in poteſtate ff. de teſtamẽtis, & ĩ
prin. inſti. quibus non eſt permiſſum fa. verum quia du-
bitabatur, vtrum teſtamentum iſtius filijfam. Epiſcopi,
aut presbiteri, aut diaconi, querelæ inofficioſi teſtamen
ti ſubiaceret, Iuſtinianus Imperator eis conceſſit, quòd
in his rebus, quæ quaſi caſtrenſis peculij ſunt, non ſolũ
HH teſtari

Digitized by Google

teſtari eis liceat, vt iam Leonina cõſtitutione cõceſſum
expreſsè erat, in l.Sacro S.C.de Epiſc.& cleri. ſed inſu-
per conceſſit, quòd expugnari quærela de inofficioſo
eius teſtamentum non valeret, per l.cũ lege C.de Epiſ.
& cleri. Quod etiam in genere ſatis per eundem Iuſti-
nianum vtrumq; etiam cautum erat, quòd poſſet teſta-
ri, & eius teſtamentum nõ ſubiaceret quærelæ inofficio
ſi teſtamenti, per l.fi.C.de inofficio.teſtamento, l.penu.
& fi.C.qui teſtamenta facere poſſ. vbi filijs fam. conceſ
ſum eſt, de caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus teſtamen
tum condere, ſine metu quærelæ: quod intellige, quòd
etiam liberi, aut parentes poterant priuari legitima, pro
ut communiter dd. intelligunt, vt ſupra latè diſcuſſum
eſt, & dd. omnes concludunt in l.Centurio ff. de vulg.&
pup. Deinde ſuperuenit nouiſſimum ius authenticorũ
eiuſdem Iuſtiniani Imperatoris, & prius generaliter in
auth. vt cum de appella. cognoſ.§.aliud quoq; in princ. 21
iuncto verſi.& hæc quidem de parẽtum, vbi Imperator
Iuſtinianus ſanxit, quòd ſi filius fam. teſtamentum facit
de rebus in quibus ei conceſſa eſt licentia ſiue facultas
teſtandi, hoc eſt de caſtrenſibus, vel quaſi; teneatur legi
timam parentibus relinquere titulo inſtitutionis, ſicut
parentes ipſis, aliàs teſtamentum reſcindetur, videlicet
per quærelam, aut aliquando ipſo iure ſit nullũ, ſecundũ
communem opinionem, videlicet quãdo parens fuerit
præteritus, vel exhæredatus ſine cauſæ legitimæ expreſ
ſione. Adiecit inſuper idem Iuſtinianus in eiſdem au-
thenticorum nouelis conſti. aliam cõſtitutionẽ in auth.
de ſanctiſſi.Epiſ.§.presbiteros colla.9. vnde ſumpta eſt
auth.presbiteros 1. C.de Epiſ.& cleri. quæ in ſpecie am
pliat conſtitutionem l.Sacroſan.ſupracitatæ: quòd non
ſolum Epiſcopi, & presbiteri, & diaconi, verum, & ſub-
diaconi

diaconi, & etiam cantores,& lectores, quos omnes clericos appellat,hoc vtantur priuilegio, vt poſſint liberè teſtari,& inter viuos diſponere de rebus, quolibet modo ad eius dominium pertinentibus, declarans omnes has res ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum haberi: reſtringit tamen iura antiqua in fine, quòd liceat eis teſtamenta cōdere ſecūdū leges, dūmodo filijs, vel his non ſtantibus,parentibus legitimam relinquant: itaque in hoc venit correctiuè,quòd licet non tenebatur de iure Codicis relinquere legitimam parentibus, vt ſupra dictum eſt,cum ſine metu quærelæ teſtabatur,nec aliud remedium habebant ad conſequendam legitimam,hodie tamen per illum tex.tenetur eis relinquere eam legitimam. Sed ſuccedit dubiū,quo remedio poſſit aſcendens,vel deſcendens conſequi legitimam,quando ei in teſtamento clerici aſcendentis, vel deſcendentis nō eſt relicta,an quærela inofficioſi teſtamenti per generalitatem §.& hæc quidem de parentum, an verò condictione ex l. per illam auth.presbiteros. Gloſæ & dd.variāt in hoc articulo,& vltima op.quòd competat actio ex l. illa noua auth.presbiteros,placuit gloſæ ibi,vbi Bal.poſt Iac.Butr. eā ſequitur,ſimilis glo.in d.§.presbiteros auth. de ſanctiſſi. Epiſ.in ver.ferāt,eam amplectitur Abb. in c. quia nos num.4.extra de teſtamentis, & in eam videtur inclinare Ang.in l.1.§.fi.ff.de inofficio. teſtamento, vbi expreſſius Paul. nu. 7. & idem Ang.expreſſius eam defendit in l.fi.C.qui teſtamenta face. poſſ. vt tradunt ibi Roma.& Iaſ.licet in meo lib.nihil dicit Ange.ſed ibi eā ſequitur Ioann.Baptiſta Cacialup.num.fi.qui dicit eam etiam ſequi dominum ſuum,intellige Ioann. Petrut. de monte ſperello,quem ita ſolet appellare,& ibi eam tenet Rom.in fine,vt refert Iaſ.Sed aduerte,quòd Roma.

tenet oppoſitum, & eã videtur amplecti Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus in prin. nu. 13. C. de inofficio. teſtamento, ſolet etiam citari Ang. in auth. ex cauſa, vbi nihil dicit in meo libro: & eam ſequitur Corneus n. 33. in authent. ex cauſa, vbi num. 46. alias num. 100. & 150. dicit communem, vt teſtatur Couarr. in c. quia nos nu. 7. extra de teſtamẽtis: Ioann. Baptiſta Cacialup. dicit ſibi videri communem vbi ſupra in d. l. 1. cuius lectura nondum impreſſa eſt, vbi Iaſ. quæſtionẽ ad vtrãq; partem diſputat, nec intelligi poteſt quæ ſententia ſibi magis placet. Pro primo vrget principale fundamentũ gloſſarum, quoniam legum correctio eſt euitanda, cum leges legibus debeamus concordare, arg. l. 1. C. de inoff. do. ſed ſi daretur querela inofficioſi teſtamenti, ſequeretur correctio, l. fi. C. de inoffic. teſtamento, & l. penul. & fin. C. qui teſtamenta face. poſſ. l. cum lege C. de Epiſc. & cleri. vbi diſponitur, teſtamentum factum de rebus caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, ſiue à ſecularibus, ſiue à clericis non ſubiacere quærelæ inofficioſi teſtamenti: vnde vt euitetur legum correctio, debemus intelligere auth. presbiteros, in quantum dicit quòd debent habere legitimam aſcendentes, vel deſcendentes, non mediante quærela inofficioſi teſtamenti, ſed conditione illius l. & ita intelligunt prædictæ glo. illum tex. Secundum fundamentum adducit Barba. & Couarru. quod eſt Abbatis ibi in c. quia nos extra de teſtamentis, deducta argumẽtatione à milite ſeculi, ad militem Dei, quod eſt validum, iuxta glo. receptam in l. miles ff. de re iudica. & habemus quòd miles terreſtris habet priuilegium, quòd ſeu præteritione perſonarum non fit nullum eius teſtamentum, nec ex cauſa exhæredationis ſubiaceat quærelæ: vnde ſimiliter imò fortius, ſecũdũ Abbatem,

tem, hoc priuilegium debet habere miles Dei, pro quo adducit Barto. doctrinam in authē. ſi qua mulier C. de Epiſ. & clericis, & licet ibi loquatur de ingrediente religionem, tamen ratio ſua concernit etiam clericos, & ita dicit poſſe intelligi auth. presbiteros. Pro quo et vrget eiuſdem Abb. fundamentum in d. c. quia nos ex illo tex. ſumptum, inquantum dicit, quòd liberè poſſit clericus teſtari, & diſponere: nā ſentit tex. in illis verbis, quòd nec præteritione liberorum, uel parentum, quamquam debita portio eis non ſit relicta, non infirmatur ex eo teſtamentū, & adijcit ibi Couar. quòd nec ex cauſa exhæredationis ſubiaceat quærelæ inoffic. teſtam. & pro corroboratione Abbatis ſententiæ adducit tex. in l. filiā ſuā C. de inoffi. teſt. ubi Bald. notat ad hoc quòd liberum teſtamentum dicatur, quòd non admittit quærelam: & hoc fundamentum eſt confirmatio ſecundi, unde adde hic doctrinam Bart. ſupra poſitam. Contrariam tamen ſententiam, imò quòd non condictione ex lege, hoc eſt, ex illa nouella conſtitutione auth. presbiteros, conſequatur legitimam, de qua ibi agitur, ſed rumpendo teſtamentum per quærelam inofficioſi teſtamenti: & quòd ita debeat intelligi auth. illa presbiteros, uoluit glo. in l. Papinianus §. Papinianus ff. de inofficioſo teſt. & in rub. ff. ſi à parente quis fuerit manu. & in l. fi. uer. teſtamenta C. de inofficio. teſt. quæ gloſæ expreſsè tradunt, etiā clericos non poſſe teſtari, ſine metu quærelæ inofficioſi teſtamenti, & ad hoc citant prædictam auth. presbiteros intelligendo eam, quòd ibi vult tex. legitimā deberi reciſo teſtamento prius per quærelam: quam opinionem ante glo. ſequutus eſt Azo. quem refert, & ſequitur Petrus à bella perti. in d. auth. presbiteros ubi Saly. eam defendit, & Rapha. Fulgo. in l. fi. C. de inoffi. teſta. ubi &

 Roma.

Romæ.expreſsè aſſerit contrariam non eſſe ueram (licet male à Iaſ.& alijs pro contraria ſententia citari ſoleat) eam ſuſtinet idem Saly.in auth.ex cauſa n.18.C.de lib. præter. vel exhære.latiſſimè Barb.in c.quia nos,extra de teſtamentis,ubi d.Couarr.nu.fi.ſe non inuitum ei accedere teſtatur: & pro hac ſententia urget tex.in dicta authen.ut cum de appella.cognoſ.§.aliud,in uerſi.& hæc quidem de parẽtum,vbi generaliter cautum eſt, quòd ſi filius fami.diſponit de rebus in quibus habet teſtandi licentiam,& ita de caſtrenſibus, vel quaſi, tenetur parentibus legitimam tt.inſtitutionis relinquere, vel cum cauſa legitima exhæredare,ſicut parentes teneri liberis in §.aliud quoq; in ptin.ſancitum eſt:aliàs autem, vel teſtamentum erit ipſo iure nullum,ut ſupra dictum eſt cũ cõi, uel reſcinditur per quærelam, ſecundum aliã opinionem:vel ſi cum cauſa legitima fuerit exhæredatus, quæ non fuerit probata per hæredem,ſecũdum omnes, per quærelam reſcinditur.Vnde cum ille tex.generaliter loquatur, & indiſtinctè in rebus in quibus teſtandi licentia conceſſa eſt, debet intelligi etiam in rebus clerici ex quocunque titu. obuenientibus, in quibus, ut ſupra probatum eſt,conceſſa eſt ei teſtandi licentia: ideoq; generaliter illa l. debet intelligi, nec nos diſtinguere debemus,per allegatam l.de prætio ff. de public. in rem act.Pro quo urget quod ſupra traditum eſt,legẽ nouam generaliter loquentem in paganis, comprehendere milites,vel perſonas ẽt ualde priuilegiatas,ſecundũ Dec.in l.ex teſtamento C.unde liberi.Alcia. in lib.4. Para.cap.10.Ferna.Vazq.Mincha. lib.2. ſucceſſio.& reſolu.§.18.nu.60.pro quo adducunt l.captatorias & l. ſi Rufinus C.de teſt.mili.& auth.presbiteros,in quantum vult,quòd debent deſcendentes, vel aſcendentes habere

re legitimã, intelligi debet ſecũdũ illum §.& hæc quidẽ de parentum, non tamen cõdictione ex illa lege, vt prædictæ glo.& dd. uolunt. Nec ualet conſideratio aliquorum, quòd auth. presbiteros, & §. presbiteros ſupracitata, eſt poſterior §.& hæc quidem de parentum, vnde nõ poſſumus dicere, quod §.& hæc quidem de parentum, corrigat auth. presbiteros. Pro quo tu adde, quòd licet nouella vtraq; conſtitutio ſit in eodem corpore, tamen cum in ordine ſit poſterior, §. presbiteros præferendus eſſet §.& hæc quidem, ſi eſſet contrarietas, cum tempus compilationis, & non confirmationis debeat attendi, ut tradit Bart. receptus in repetitione l. omnes populi q. 3. principali in fine nu. 35. ff. de iuſti. & iu. vbi Goza. nu. 171. Itaq; non poſſumus dicere, quòd §.& hæc quidem de parentum, corrigat, ſed potius quãdo eſſet correctio aliqua, ipſe ab alio corrigatur. Sed reſpondeo, quòd dd. omnes concludunt, quòd nullus §. ex his alium corrigit; unde nolunt dd. qui hanc partem ſuſtinent, quòd §.& hæc quidem, corrigat §. presbiteros: Volunt tamẽ quòd §. presbiteros, & authẽ. presbiteros ex eo ſumpta intelligatur, in quãtũ dicit legitimã habeãt parẽtes, aut liberi per remediũ, de quo in d. §.& hæc quidẽ, reciſo videlicet teſtamento: cũ iura poſteriora, ad priora ſint trahenda, & è contra, iuxta l. non eſt nouum, & l. nam & poſteriores ff. de leg. cum ille tex. expreſsè non dicat, quomodo debeat habere legitimam. Præterea quòd auth. presbiteros non debeat intelligi, quòd uelit quòd parentes, uel liberi debeant habere legitimam, condictione ex illa lege, conſiderant tex. illum Saly. & Barba. vbi ſupra, in quantum in fina. verbis innuit, ſi tamen filij eorum, aut his non ſtantibus, parentes eorum legitimã ferant partem: non enim dicit tex. aduocent legitimam, ſed.

Digitized by Google

ſed ferant: itaq; ſubaudiendum eſt, quòd ferant ex teſtamento illo: & iſte eſt ſenſus uerus illius tex. non tamẽ quòd conditione illius l. poſſint conſequi legitimam in teſtamento non relictam: Rurſus pro iſta parte ſimiliter conſiderari ſolet §. & hæc quidem ſupra cita. verſi. Sin autem hæc non fuerint obſeruata, nullam uim huiuſmodi teſtamentum habere ſancimus: nam tex. ille refert ſe ad ſuperiora, vbi de teſtamento militis agitur, quòd ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis ſit irritum: vnde idem debemus dicere ſimiliter in teſtamento clerici. Quòd corroboratur inſuper, per uerſi. ſequentẽ, hæc autem diſpoſuimus, ut parentes, & filios, à teſtatorum iniuria liberos reddamus: & in verſi. ſola eſt noſtræ ſerenitatis intentio, à parentibus, & liberis iniuriam præteritionis, vel exhæredationis auferre: quæ ratio pariter militat in clerico, & in milite: & ideo conſtat, quòd iura antiqua ſint correcta per illum tex. etiã in clerico, quòd ferè omnes dd. communiter, & glo. prædictæ non negant: licet aliqui uelint, quòd per auth. presbiteros, ſit correctus §. ille alíud quoq;, cum ſuis uerſi. in hoc. Nec obſtat prædictis, primum contrariæ ſententiæ fundamẽtũ, quòd euitatur legum correctio, uidelicet l. fi. C. de inoff. teſtam. & l. cum lege C. de Epiſ. & cleri. nam tu responde, quòd illa iura iam erant correcta, per tex. in d. §. & hæc quidem, ut fatentur dd. quando teſtantur de rebus quaſi caſtrenſibus, & in noſtra ſpecie: & etiã communiter dd. tenent idem eſſe in caſtrenſibus, etiã quando miles in expeditione occupatus, condidit teſtamentum: vnde cum iam ex mente dd. & gloſarum tex. ille loquatur in clerico teſtante, ut ſupra concluſum eſt, authen. presbiteros, ſi diſpoſuiſſet, quòd non poſſet reſcindere teſtamentum per querelã, eſſet potius correctoria,

quia corrigeret §.& hæc quidē.Et ſi intelligitur ſecundū hanc ultimam opinionē, non corrigit,ſed potius per illum declaratur,unde hoc fundamentum poteris retorquere contra aduerſam ſententiam. Nec obſtat ſecundum fundamentum,arguēdo de milite terreſtri, ad cœleſtem, & quòd ſicut miles terreſtris habet priuilegiū, quòd ex cauſa exhæredationis non ſubiaceat quærelæ eius teſtamētū,nec ex præteritione dicit nullū, ſimiliter & in militē cœleſti uidetur dicendū. Nam reſpondeo, quòd ſecundū frequentiorem,& ueriorem ſnīam, à milite etiam in expeditione occupato teſtamentū conditum ſubiacet quærelæ,ut ſupra latè concluſum eſt. Sed
20 dubitari poteſt,vtrum † clerici præteritio,habeatur pro exhæredatione,ita quòd licet filium in poteſtate prætereat,teſtamentū non ſit ipſo iure nullū:Et partē affirmatiuam,quòd habeat hoc priuilegium, tenere uidetur Abb.ubi ſupra nu.4.Paul.de Caſtro in l.cum lege C.de Epiſc.eſt cleric.expreſsè & hoc dicit poſſe ultra dd.atttari Ioann.Petrut.de Monte Sperelo in l.pen. C. qui teſtamenta facere poſſ.in lectura ſua, quam in hoc collegio manu ſcriptam habemus: & pro hac parte, primò adducitur argumentum illius auth.presbyteros, quòd ſicut nō ſubiacet quærelæ ſecundū multorū opinionē, & intelligentiam illius tex. ſimiliter nec iuri dicendi nullum, ſed legitimam conſequitur condictione ex illa lege: quod corroboratur, nam præteritio militis habetur pro exhæredatione,l.ſicut C.de teſtamento militis, & ſupra latè diſcuſſum eſt,quòd hodie hoc priuilegiū non eſt ſublatum, ſecundum cōem ſententiam (licet male Iaſ.& Mincha. contrarium inaduertenter adnotarūt) Ergo ſimiliter & ex præteritione clerici, non erit nullū teſtamentum,ſed priuilegium habebit,quòd pro exhæ-

Digitized by Google

redatione habeatur, cum ſit ualidum argumentũ de mi lite terreſtri ad cœleſtem: quod etiã cõfirmatur ex tex. in c. quia nos extra de teſtamentis, in uerbo, liberè, vbi liberè poſſunt diſponere, unde poteſt intelligi liberè, ideſt ſine metu quærelæ, & iuris dicendi nullum, & ſine ſolemnitate iuris. Sed prædictis non obſtantibus, contraria ſententia eſt uerior, imò quòd clerici teſtamentũ, & quærelæ ſubiacet, & iuri dicendi nullum, & bonorum poſſeſſioni contra tabulas, & iuri agendi ad ſupplementum, nec eius præteritio habeatur pro exhæredatione: & hanc partem, quòd iuri dicendi nullum ſubiaceat, tenet Bald. in l. cum lege ſupra cita. uerſi. ſecundo nota, ubi ipſe tradit, quòd teſtamenta clerici non ſunt priuilegiata contra ius dicendi nullum: pro quo ẽt urget quod Paul. ibi notat, nempe quòd licet ſecundum illa iura teſtamentum clerici non expugnetur quærela, tamen ſi deficit alia ſolemnitas, poteſt dici nullum, licet prius ibi ipſe non rectè vult, quòd licet deficiat ſolemnitas inſtitutionis, uel exhæredationis, non ſit nullum: iſtam partẽ expreſsè tenet Saly. in d. auth. presbyteros, idem in l. generali C. de ſacroſ. Eccle. vbi tradit, quòd clericus in teſtamenti ſui factione, non reperitur priuilegiatus. Pro quo urget, nam pro forma teſtamentorum requiritur, quòd filius in poteſtate inſtituatur, aut exhæredetur, l. inter cætera ff. de libe. & poſthum. tex. in prin. inſti. de exhæreda. libe. & hodie, quòd non prætereatur, nec exhæredetur ſine cauſæ legitimæ expreſſione, ſecundũ cõmunem opinionem, aliàs ſit nullum per §. & hæc quidem: & clericus licet habeat aliqua priuilegia ut poſſit teſtari, tamen tenetur teſtari ſecundum leges, vt expreſsè innuit tex. in d. auth. presbyteros, ibi ſecundum ll. & in l. cum lege, ibi ſecundum leges, & tex. in l. fi. C. de inoffi. teſtamento,

Digitized by Google

teſtamento,& urget text.in l.generali C. de ſacroſ.Eccle.ibi,quòd tamen omni alia ratione iure munitum ſit: nam etiam ſi ſibi concedatur liberè teſtandi facultas, intelligitur ſeruata iuris ſolemnitate, ut ibi Paul.Salyce. & dd.alij notant,& Iaſ.in l.1. C.de Sacro San.Eccle.cõtra Barr.Inſtitutio autem, aut exhæredatio, pro forma neceſſaria iuris obſeruanda eſt. Nec obſtat auth.presbyteros, nam nego uerũ eſſe,quòd non ſubiaceat quærelæ,& etiamſi non ſubiaceret,tamen ſubiaceret iuri dicendi nullum,ut antiquitus erat conſtitutum, in omnibus qui diſponebant de bonis quaſi caſtrenſibus, ut conſtat ex l.fi.C.de inoffi.teſtamento,& uoluit Bald. in l.cũ lege, ſupracita. Nec argumẽtum de milite terreſtri obe rit,nam licet regulariter ualidum ſit quando priuilegiũ conceſſum ſit ob publicam utilitatem, nè diſtrahantur à militia,extendatur ad clericos,nè diſtrahãtur à diuinis: quando autem nõ eſt eadem ratio in clerico quæ in milite,non procedit argumentum:vnde in priuilegijs quæ conceduntur militibus propter eorum ſimplicitatem, & ignorantiam,ut in teſtamenti ſolemnitate,& factione actiua,non fit extenſio ad clericos,ita concludit Fely. in ca.cum ex officij nu.1.extra de præſcrip.poſt Abb.in ca. primo de cleri.egro.& Ancha.& Imol.ĩ c.Odoardus de ſolu.& Alex.in l. miles. ff.de re iudica.nã ſecũdum Abb. militi ſeculari non imputatur ignorantia iuris, cum habeat armis uacare,ut in l. 1. & ibi notatur C.de iuris & facti ignorantia: ſed militibus dei non ex toto parceretur,cum ipſi poſſint intendere ſcientiæ,& ſtudio litterarum, & hoc etiam voluit Fulgo. in l. Sacro Sanctæ uer. 4.nota.C.de Epiſ.& cleric.Lanze. Gali. dicit indubitatum eſſe, in repetitione l. Centurio nu. 55.ff.de vulg. per l.receptitia,ubi glo.fi.C.de Epiſc.& cleric.& c.ſub-

Digitized by Google

orta de re iudica.& Bar.in d.l.1.C.de iuris & facti.igno. & Ang.in §.appellantur inſti.de exception. Matha. nota.61.& dd.in d.l. Centurio cõmuniter, ut Claud.vterque Soci.& Poli. & Ripa nu. 19. & alij quos ipſi citant. Nec obſtat c.quia nos,uerbo,liberè diſponerè,nam ipſe
21 reſpondeo, quòd verbum liberè † diuerſimodè in iure accipitur,ut probat latè Iaſ.in l.1.C.de Sacro Sanct.Eccle.nu.4.cum ſeq.& verbum quod diuerſimode accipitur,pluresq; habet proprias ſignificationes,ſemper accipitur in illa quæ conuenit ſubiectæ materiæ, prout docet Goza.in l.omnes populi nu. 264.ff. de ius.& iu.per l.ſi uno cum vulg.ff.locati,& poſt Bart. & dd. in d. l. oẽs populi: vnde tu intellige quòd ibi dicit,quòd liberè poteſt teſtari de bonis intuitu perſonæ acquiſitis,uidelicet, de his quæ ex paterna ſucceſſione, uel cõſanguineorũ, aut ex artificio,uel ex dono acquiſiuit,reſpectu & habita conſideratione bonorum,intuitu Eccleſiæ acquiſitorum,de quibus prohibitum eſt,ut ibi,teſtari:& ita non liberè teſtatur:nec ualebit dicere,quòd aliquando reperitur expoſitum uerbum liberè.i. ſine ſolemnitate iuris. Nã in noſtra ſpecie ſpecialiter expræſſum eſt, quòd nõ debeat accipi, & interpretari,ſed debeat intelligi, quòd debet liberè teſtari,ſeruata tamen iuris,ſeu legum ſolẽnitate,ut probatur per l.cum lege, ibi,ſecundum ll. & in auth.presbyteros,ibi,ſecundum leges C.de Epiſc.& cleri, & facit lex fin. circa finem, ibi, ſecundum leges C.de inoffi.teſta.& l.generaliter.ibi, quod tamen omni alia ratione munitum ſit,& ibi gloſæ,& Bal.Paul. & cæteri dd. communiter notãt: quòd licet quis habeat poteſtatem teſtandi ad libitum,ſeu libere,uel aliquid aliud faciendi, intelligi debet ſecundum ll. ſeruata iuris ſolemnitate, latè Iaſ.in d.l.1.C.de Sacro Sanct.Eccle.num.4.cum ſeq.

& eſt

& eſt tex.in c.refragabili extra de offi.ordina.dd.cõmuniter notant ſecundum Barba.in ca.quia nos nu.7.extra de teſtamentis:nec admittenda eſt expoſitio Barba.in d. ca.quia nos ad illũ tex.quòd liberè intelligatur,liberè.i. ſine licentia patris,ſine qua non poteſt teſtari filiusfam. de bonis aduentitijs,uel profectitijs. Nã aduertè,quòd etiam cum ea non ualet teſtari de prædictis bonis,l.qui ſunt in poteſtate ff.de teſta.in prin.inſtitu.quibus non eſt permiſ.face.teſta.Imò ille tex.ſi rectè conſideretur, loquitur etiam in patrefam.teſtamentum faciente de bonis acquiſitis ex paterna ſucceſſione: vnde præſuponit, quòd patrem non habebat, cum de paterna ſucceſſione poſſe teſtari,diſponat.Bene uerum eſt, quòd iſta expoſitio erit congrua ad text.in l.Sacroſanctæ C. de Epiſc.& cleri.quòd dicat ibi,ad libitũ, ſeu liberè poſſe filiũfami. teſtari,reſpectu impedimenti patriæ poteſtatis, quæ impedit de alijs bonis quam de caſtrenſibus, uel quaſi teſtari. Et circa c. quia nos,aduerte,quòd fuit factum ſuper conſultatione,& lex facta ſuper conſultatione, non inducit nouum ius,nec antiquum mutat, ſed declarat, glo.in ca.fi.uerbo,reſpondemus,de verb.ſig.Crotus in repetitione l. ſi is qui pro emptore nu. 186.ff.de uſucapio.diximus ſupra in ca.4.nu.9. Ex ſupradictis colliges ſolutionem ad l.filiam ſuam C.de inoffi.teſtamẽto: quã adducit dominus Couarr. pro corroboratione Abbatis ſententiæ,quòd ideo ibi liberè teſtamentum condere intelligitur, quando non ſubiacet quærelæ, quia ibi ſecundum ſubiectam materiam ita debet accipi, aliàs autem eſſet ſecus,ut cõſtat in noſtra ſpecie propria: licet enim in l.Sacro Sanctæ,diſpoſitum erat,quòd poſſent presbyteri teſtari liberè, tamen non intelligebatur, ſine metu quærelæ:vnde neceſſaria fuit poſtea conſtitutio Iuſtiniani,

Digitized by Google

ni,de qua in l.cum lege C.eod.de Epiſ.& cleri. ut ibi ad uertunt dd. maximè Fulgo. & ibi expreſsè diſponitur, quòd in alijs,ſecundum leges debet teſtari. Vnde concludε,quòd hodie per illum text. in d.§.& hæc quidem de parentũ,iunćto principio §.aliud quoque capitulum, omnia teſtamenta ſubiacẽt quærelæ,ſiue à paganis, ſiue à militibus,etiam in expeditione occupatis, & de caſtrẽſibus,ſiue à clericis de quibuſcũq; bonis ſint facta: quod voluit Fulgo.in l.ſi.nu.5.C. de inoffi.teſtamento.In ſecularibus cõis eſt hæc opinio, & in clericis non puto contrariam eſſe frequentiorem (quidquid ut ſupradićtum eſt,aliqui uelint contrarium)& hæc inueſtigatio eſt vtilis admodum. Primò,nam ſi non petere poteſt legitimã cõdićtione ex lege, conſeruantur relićta in teſtamento tt.inſtitutionis:ſed ſi quærela,rumpitur teſtamentũ, quo ad inſtitutionem,per auth.ex cauſa C. de libe. præteritis uel exhæredatis. Item erit ſecunda utilitas & illatio, quòd tollitur dubium & quæſtio, an legitimam petere poſſit uſque ad triginta annos, uſque ad quod tempus condićtiones, ſeu ačtiones perſonales durãt,iuxta l.ſicut C. de præſcriptio. 30. uel 40. annorum, l. licet C.de iure deliberan. an uerò tollatur quinquennio, cum ſuccedat in locum quærelæ, & ſubrogatus debeat ſequi naturam eius in cuius locum ſubrogatur, iuxta iura vulgaria,de qua quæſtione agit Bal.in authẽ. presbyteros: nam habito pro conſtante, quòd hæc ultima opinio ſit uera(ut puto & tenenda)tenebitur quærelam intentare, & inſtituere intra quinquennium,per l.ſi quis filiũ in fine C.de inoffi.teſtamento. Tertiò infertur ex ſupra dićtis,non eſſe ueram regulam quam colligebat Bald.& poſt eum Paul.in l.cum lege,uerſ.tertiò nota ſupracita. C.de Epiſco.& cleri.quòd petitio legitimæ,non eſt pro

priè

priè impugnatio teſtamenti,cum detur hodie illa inſtã-tia, quòd liberi,aut parentes poſſint petere legitimam, per conditionem ex lege, ſine impugnatione: nam cum hæc inſtantia non ſit uera, erit etiam falſa regula: itaq; filius,aut parens præteritus, aut exhæredatus,hodie ſicut olim non poterit conſequi legitimam, niſi tribus remedijs antiquis:Impugnando uidelicet teſtamentum iure dicendi nullũ, aut contra tabulas bonorũ poſſeſſ. aut quærela de inofficioſo,& hoc declarat, quando totam legitimam vult petere. Nã in caſu legis oĩmodo, quando ei aliquid relictum eſt, agit ad ſupplementum, etiam hodie de iure nouiſſimo authenticorum, ſi tittu. inſtitutonis relinquatur,ut conſtat ex text.in dicto auth. ut cum de appella.cognoſ. §. hæc aũt verſic. cæterum. Ex ſupradictis colliges priuilegia quæ habent clerici in præſenti materia,& differentias inter eos,& laicos.Primum priuilegium,quòd omnia bona clerici,non ſolum quæ occaſione clericatus acquiſierit, ſed oĩa alia quocunque iure poſt ordinem aſſumptum acquiſita, ex quacunque ſucceſſione, vel labore, vel ex donatione, peculium quaſi caſtrenſe cenſetur: itaque etiam peculium aduentitium, vel profectitium in eo quaſi caſtrẽſe cẽſetur,l.ſacroſanctæ,& auth.presbyteros,& l.cum lege C.de Epi.& cle.c.quia nos extra de teſt.cõcordat regia l.3.tit.22.parte 1.& ibi dd.& in hoc differũt à laicis militibus,uel paganis habẽtibus peculium caſtrẽſe,vel quaſi:nam in his peculium caſtrenſe eſt, quod in caſtris acquiſitum eſt tantùm:quaſi caſtrenſe,quod ex publico officio receptũ eſt,ut notatur in l.fi.per text.ibi C.de inof fi.teſt.Hodie aũt in aduocatis,etiã quòd ex perſonis particularibus recipitur ratione aduocationis,dicitur peculium quaſi caſtrenſe, quia ſuccedit in locum ſalarij an-

tiqui,

tiqui, quod ex publico recipiebatur, ut notant dd. cōiter in d.l.fi.& in l.fori C.de aduocat. diuerſo. iudi. ut ſupra expoſuimus. Secundum priuilegium eſt, quòd licet ſit cler icus filiusfam. poterit teſtari de prædictis bonis, iuxta iura ſupracitata: eſt tamen differentia inter clericos, & alios habentes caſtrenſe, uel quaſi caſtrenſe peculiũ, nam clericis de aduẽtitijs, & profectitijs, & de omnibus alijs teſtari licet, præterquam de his quæ intuitu Eccleſiæ acquiſierint, de quibus teſtari nequeunt, iuxta cap. quia nos extra de teſt.& ca. clericus qui, & cap. duo 12. quæſtione prima, & c. Epiſcopus, 10.q.2.glo.fi.in c. quia nos, & ibi dd. declarant. Alij autem laici habentes peculiũ caſtrenſe, uel quaſi, licet in hoc concordent, quòd de his peculijs, quamuis ſint filijfam. & ſint in ptāte parentum habeant priuilegium, quòd poſſint teſtari, iuxta l. teſtamentum, & l.fi. C.de inoffi. teſta. l. penul. & fin. C. qui teſta. face. poſſ. tamen differunt, quòd prædicti non poſſunt teſtari de aduentitijs, nec de profectitijs, ſed tantùm de caſtrenſibus, uel quaſi caſtrenſibus. Vnde nota quòd clerici æquiparantur alijs habentibus peculium caſtrenſe, uel quaſi: nam ſicut illi non teſtantur de aduẽtitijs, & profectitijs, ipſi de his quæ intuitu Eccleſiæ acquiſiere, & ſic de proprio quaſi caſtrenſi peculio non teſtantur, & de aduentitiis, & profectitijs ſic. Alij uerò totum contrarium, de quaſi caſtrenſe & caſtrẽſe teſtātur, & diſponunt: de aliis autem profectitijs, aut aduentitijs, etiam conſentiente parente qui eos in poteſtate habet, & etiam de his in quibus parentes qui eos habent in poteſtate, non habent uſumfructum, teſtari non ualent, ut Alex. & Iaſ. adnotarũt, per iura illa in allegatis legibus penu. & fin. C. qui teſt. face. poſſunt. Sed aduerte, quòd
22 d. Coua. in d.c. quia nos † intelligit, & declarat regiam

l.3.

l. ſitt. 2 3. parti. prima, quòd in quantum illa l. diſponit, fi lium poſſe teſtari de bonis quæ pater ei donauit, exiſten te clerico, & in patria poteſtate, quòd reſtringatur vt in telligi debeat, quãdo facta eſt filio à patre prætextu mi litiæ clericalis: pro quo tu conſidera argumentum de milite terreſtri, qui habet vt caſtrenſia conceſſa à patre ad eundum ad caſtra, iuxta l. miles. ff. de caſtrenſi pecu. Sed certè hæc declaratio, & reſtrictio d. Coua. ad l. regiam non placet, nam l. illa indiſtinctè loquitur, quòd poteſt diſponere dè bonis à patre donatis, unde nos nõ debemus diſtinguere, argumẽto l. de pretio. ff. de pub. ĩ rẽ ac. cũ vulg. item urget generalitas l. Sacro Sanctæ, & l. cũ lege, & auth. presbyteros. C. de Epiſ. & clericis, c. quia nos extra de teſtamentis, ubi generaliter dicitur, de omnibus, poſſe diſponere, undecunque quæſitis: omniaq; bona undecunque quæſita, ad ſimilitudinem eſſe bonorum caſtrenſium. Nec obſtat argumentum de milite terreſtri, qui non diſponit niſi de bonis caſtrẽſibus, & de his quæ ei eunti ad caſtra à patre conceſſa ſunt, ut in d. l. miles. ff. de caſtrenſi peculio, illaq; tantum dicãtur caſtrenſia: nam ut ſupra latè explicauimus, hæc eſt diffe rẽtia inter milites armatæ militiæ, & clericos: quòd om nia bona quocunque modo acquiſita à clericis, ſunt ad ſimilitudinem peculij caſtrenſis, ut in dictis iuribus pro batur: quod eſt ſecus in alijs militibus terreſtribus, ut ad uertũt Inno. Hoſt. Card. Ant. Imo. Ancha. Abb. Barba. Coua. in d. c. quia nos extra de teſtamentis. Qui volũt,
25 quòd etiam acquiſita ob cauſam † clericatus, dicuntur eſſe quaſi caſtrẽſia, & hæc eſt communis opi. quam tenent ſupra dicti dd. in d. cap. quia, & Paul. de Caſtro in d. l. Sacroſanctæ, licet aliqui & male, uoluerunt non eſſe quaſi caſtrenſia, quæ ratione clericatus obueniunt,

Digitized by Google

quod non eſt uerum, & cõmuniter reprobatur: & tex. in l.Sacroſanctæ,& in l.cum lege ſupracita. C.de Epiſ. & clericis, expreſsè probant cõtrarium. Prædicta autẽ Couarr.reſtrictio, locũ ſibi uendicare poterit,qñ donatio eſſet facta filiofam. à parente, ante ordinem aſſumptum. Pro quo ultra præd.l.miles,urgent Conci.Tridenti.Seſsi.21.ca.2.& tradita à Fabro in §.fi.inſtitu.de inoffi. teſt. quamuis contradicere uideantur tradita ab eo.Couarr.in c.Rainutius §.2.nu.7.extra de teſta. Mincha.§.22. num. 44. quibus ſuffragatur l. filiusfam. C. fam. erciſ. ex quo tex. colligi poteſt concordia in arti. de quo loquuntur: nempe an debeat ei imputari in legitima. Ex prædictis,quòd bona à clericis, etiã filijsfa
26 mi.quocunque iure poſt ordinem † aſſumptum acquiſita cenſeantur caſtrenſia, aut quaſi dubium oritur, an locum habeat in clericis tãtùm in minoribus ordinibus initiatis: & vtrum omnia ſupradicta iura,priuilegia,& deciſiones l.Sacroſanctæ,& l.cum lege,& auth.presbyteros C.de Epiſc. & cleri.& c.quia nos extra de teſta.locũ habeant in eis clericis in minoribus ordinibus.Et partem affirmatiuam tenent Ioann.Lup. de pala.rub.in repe.rub.de dona.inter uirum & uxorem, §. 42.nu.7.Roderi.Suarez in q.maioratus nu.34.cum ſeq.Dida.de Segu.in l.Imperator nu.68.ff.ad Trebellia.Iaſ.in l.filiæ licet nu.6.C.fami.erciſcũdæ,Gomez Arias in l.27. Tauri nu.100.& in l.3.nu.32.& ante eos Paul.ĩ d.l.Sacroſanctæ,& Deci.in c.in præſentia nu. 64.de probatio. extra: idem eſt etiam in prima tantùm tonſura inſignitis,ut firmat Barba.& poſt eum ibi Couarr.nu.3.in ca. quia nos extra de teſta. Cepo. caute. 113. Rod. Suarez ubi ſupra,eam dicit receptam Couarr. ubi ſupra(quamuis de ea dubitat Imola ibi) & cõtrarium expreſsè teneat Vigli.

gli.in §.qui alieno inſtitu.quibus non eſt permiſ. nu.18.
27 Et pro hac op.vrget primò † tex.in c.cum contingat de ætate & qualitate,vbi probatur,primam tonſuram ordinem eſſe,& ibi adnotauit Anto.& cæteri dd.Barba.in c. quāto col.2.de conſuetu.quos refert & ſequitur Coua. ubi ſupra nu.4.poſt Ioann.Maio.diſt.24.q.1.& Suarez vbi ſupra per d.c.cum contingat,vbi glo.ibi notat,& ſimilis glo.in ſumma 32.diſtin. vbi tradit, quòd ordines minores dicuntur ſacri,quoniam in quolibet ordine cōfertur gratia,ſi dignè ſummatur:de quo per Mag. in 4.ſentētiarum,& idem tenet Abb.in c.clericus de vita & honeſta.cleri.qui intelligit glo. ibi contrarium ſentientem,ſtrictè loquendo,non dici ſacros ordines minores,ſed largè per c.ſi quis Epiſ.27.q.1.pro quo urget c. cum ab homine,ibi,in quocunque ordine,extra de iud. quod adnotauit ibi Abb.2.nota.clericum primæ tonſuræ gaudere fori priuilegio,vt coram iudice ſeculari nō valeat cōueniri:quod examinat Rod.Suarez vbi ſupra. Saltem negari non poteſt,primam tonſuram initiū quodam ſacri miniſterij,& officium Eccleſiaſticum eſſe, vt Coua.vbi ſupra nu.4.vbi tradit hinc eſſe, quòd clerici in minoribus ordinibus degradantur,iux.c.2.de pœn.in 6.vbi communiter dd.& Barb.in d.c.cum non ab homine,Berna.Diez in practi.crim.c.132.Fatetur tamen d. Coua.huiuſmodi degradationem, in his qui in minoribus ordinibus ſunt initiati,non eſſe moribus receptam: quod corroboratur per tradita à Suarez poſt Andr. Sicul.& Abb.ī d.c.clericus de vita & honeſtate clericorū: quòd quilibet clericus etiam primæ tonſuræ, eſt capax depoſitionis,per c.ſi quis Epiſco.ſupracita. Nec obſtat quod tradit glo.in auth.de monachis §. ſancimus,in vet. prima tonſura,quòd prima tonſura non eſt ordo: quod

Digitized by Google

etiam tenet Turri.Crema.diſt.21.arti.5.Sanc.Thom.in 4.ſententiarum diſt.24.q.3.arti.1.& ſimiliter non oberit tex.in d.c.clericus 2. de vita & honeſtate clericorũ, vbi dicitur clericos in minoribus ordinibus cõſtitutos, eſſe ſine gradu: nam reſpondetur per glo.in d. c.clericus, intelligi debere, non habere gradum, vel ordinem ſacrum ſtrictè loquendo: quam dicit communẽ Couar. vbi ſupra, vbi refert Corne.in ſingu.ſuis ver. accuſatio, eam glo. ſequentem, cum ſimi.glo.in ſumma 32.diſt.vbi aſſerit, largo modo etiam dici in ſacris conſtitutos eſſe. Sed aduerte, quòd dum legeret Salmãticæ doctiſsimus Arias Pinelus §.nec caſtrenſe l.1.ff.de collati.bonorum, voluit tenere contrariam opinionẽ: nempè primæ tonſuræ clericum non habere peculium quaſi caſtrẽſe, neč poſſe teſtari, ſi eſt in patris poteſtate conſtitutus: qui tenet contra Couarr. & cæteros ſupracitatos, per fundamenta Viglij vbi ſupra: Nam aliàs ſi prædicti clerici in minoribus ordinibus conſtituti, cenſerentur habere peculium caſtrenſe, & poſſent teſtari exiſtentibus in patria poteſtate, deſtruerẽtur plures tt.ac plura iura, quæ agũt de acquiſitione bonorum, & patriæ poteſtatis, cum hodie plures, vel ferè omnes inſigniti ſint prima tonſura.

18 Itaq; ſecundũ eũ, ſi aliud nõ adſit, ex ſola prima † tonſura non poteſt filius vti arg.reg.glo.in l. miles ita ff. de re iudi.de milite terreſtri ad cœleſtẽ, ſeu clericum primæ tonſuræ: nam vt prædictus ſemel tonſus, priuilegio auth. presbyteros & l.Sacroſanctæ, & l.cum lege ſupracitat.gaudeat, oportet vt habeat aliquod munus in quo deſeruiat Eccleſiæ, vt probatur ſecundũ ipſum in d.authen. presbyteros, quam contra communem opinionem retorquet. Imò quod plus eſt, voluit prædictus d. Pinelus, non ſolum clericũm primæ tonſuræ non habere

re prædicta priuilegia,ſed nec alius clericus:itaq; nullus clericus qui ſub patris fuerit poteſtate, valeat teſtamentum condere,per notata à Decio in l.ſenium nu. 14. C. qui teſta.fa.poſſ.nam tale priuilegium ſecundum eum; non probatur bene in iure. Nec obſtat l. Sacroſanctæ l.cũ lege,auth.presbyteros,quibus occurrit Deci.quòd illa iura ſunt Imperatoris,& cõſtitutio Imperatoris quæ ſpecialiter loquitur de clericis,quantũcunq; illa fauorabilis ſit,non valet,iuxta c. Eccleſia S. Mariæ extra de conſtitu.vbi Abb.adnotauit,& ad c.quia nos extra de teſtamentis reſpondet,quòd ibi non apparet,quòd loquatur de filijs fam.& per generalitatem illam non conſtat voluiſſe derogare iuri ciuili,& Dec.refert,& Vigl. in d. §.qui alieno nu.18.& per ſupradicta dicit communem opi.(nempè quòd clericus filius,qui in poteſtate cõſtitutus eſt poteſt teſtari) nõ eſſe veram. Quibus non obſtantibus,prædictas cões opiniones veriſsimas puto, & exiſtimo nõ ſolũ clericũ in ſacris ordinibus cõſtitutũ, ſed ẽt prima tonſura tãtũ initiatũ(licet ſit filius fa.) & peculiũ quaſi caſtrenſe habere,& de his quæ ei vndecũq; obueniant,ſeu ipſe acquiſierit(exceptis quæ intuitu Eccleſiæ, vel ante ordinem aſſumptum quæſiuit) liberè poſſe teſtari: prout Couarrubias poſt alios communiter voluit. Pro quo vltra prædicta vrgent tradita per Felinum in cap.Eccleſia S.Mariæ de conſtitu.nu.147. vbi dicta & diſpoſita in clerico,locum habere in clericis in minoribus conſtitutis affirmat. Nec obſtat inconueniens,quòd paſſim iura filiorum ac parentum, hac ratione corruẽt, nam legislatores hoc potuerunt conſiderare,& nihilominus in diſtinctè ita deciderunt: vnde in diſtinctè debent iura intelligi,nec nos iuxta iura vulgaria diſtinguere debemus: & licet eſſet durum,attamẽ l.ita eſt ſcripta

arg.l.

arg.l.proſpexit ff.qui & à quibus. Nec valet læuis conſideratio auth. presbyteros, quòd oportebat munus aliquod habere:nam licet tex.ille dicat, quòd cantores,& lectores clerici appellantur,nõ ex hoc colligitur, quòd oportet quòd illi qui habent minores ordines deſeruiãt Eccleſiæ,vt priuilegio illo gaudere poſſint: quod hodiæ apertius diſpoſitum eſt per Concilium Tridentin.c.
29 6.incipienti,nullus † prima tonſura Seſſio. 23. vbi tantũ requiritur,quòd clericus primæ tonſuræ,vt gaudeat priuilegio fori,quòd aut habeat beneficium, aut clericalẽ habitum,& tonſuram defferens ex mandato Epiſ. alicui Eccleſiæ ſeruiat,aut in aliqua ſchola,vel vniuerſitate,de licentia Epiſ.verſetur. Vnde ſi ibi ſpecialiter conſtitutum eſt tantùm in priuilegio fori,in alijs priuilegijs obſeruabitur communis opinio: regula enim certa eſt, quòd in vno conceditur, in alio negatur, & è contra, l. maritus vbi glo. & dd. C. de procura. cum ſimili. pro quo ego cõſidero d.c.nullus in fine, vbi clerici coniugati gaudent omnibus priuilegijs,de quibus agitur in c.vnico de clericis coniuga.in 6.ſi habitu clericali vtentes de mandato Epiſc.inſeruiunt alicui Eccleſiæ. Vnde clarè patet,quòd voluit facere differentiam inter clericos coniugatos,& alios non coniugatos,qui habent primam tantùm tonſuram,nempe quòd vt gaudeant coniugati priuilegijs omnibus,debent deſeruire: alij verò vt habeant priuilegium fori:nam alia priuilegia non negantur:& cum ſit correctoria lex non debet extẽdi,per ea quæ notat Iaſ.& dd.in authen.quas actiones C.de Sacro.Eccle.item quod non mutatur extare non prohibetur,l.præcipimus C.de appella. Nec obſtant adnotata per Deci.in d.l.ſenium per d.c.Eccleſia S. Mariæ: nam ipſe reſpondeo,negando non eſſe verum conſtitutionẽ

factam

Digitized by Google

30 factam in fauorem † clericorum, concedendo eis priuilegium (vt in noſtra ſpecie) nõ valere, nam contrarium tenet Abb. nu. 37. quem ipſe in aduertenter citat ibi, & poſt eũ Fel. nu. 37. Nec obſtat tex. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, cui occurrit ibi Abb. habere locum, quando ſtatutum loquitur generaliter, prout in ſpecie illius tex. nec affert commodum: vel quando loquitur præcipiendo, vetando, vel prohibendo, quo caſu non comprehendit clericos, quia videtur habere poteſtatẽ in eos: ſecus ſi ſtatutum laicorum porrigeret commodum clericis, et ſi diſponeret ſpecificè de his, ſi non præcipiendo, vetando, vel certam formam in agendis per eum dando: quo caſu, potius cenſetur priuilegium quam ſtatutum: pro quo vrget glo. traditio in verbo, de cætero, in prohem. Clem. Inſuper vrget tex. in c. 1. de noui operis nũtiatio. per quem tex. notat Feli. vbi ſupra, & ibi cõmuniter dd. quòd regulariter leges Imperatorum comprehendunt clericos: quod tenet idem Feli. eſſe verum, etiam quando ſpecialiter diſponunt ſuper his, ſi eſſent merè priuilegiati per leges illas, vt in noſtra ſpecie. Reſolue igitur breuiter totam hanc quæſtionem hoc modo. Aut
31 aſcendens † vel deſcendens præteritus eſt, vel exhæredatus, cum legitimæ cauſæ expreſſione, & hoc caſu nulla eſt differentia inter paganum, & militem, nec conſideratur de quibus bonis teſtentur, ſed teſtamentum eſt ipſo iure nullum, quando ab aſcendenti, vel deſcendenti fuerunt præteriti, aut exhæredati, per tex. in authen. vt cum de appellatione cogno. §. aliud quoq; capitulum, & §. & hæc quidem de parentum, ſecundum receptiſſimã ſcribentium interpretationem, quam latè ſupra in capi. 9. & 10. expoſuimus. Quæ iura locum habent non ſolũ in pagano, ſed etiam in milite, vel pagano de caſtrenſi peculio,

Digitized by Google

peculio, vel quaſi teſtante, ex mente dd. ſupradictorum colligitur eſſe. Et per generalitatem eorum bene probatur, & in ſpecie per §. & hæc quidem, ibi, à rebus proprijs in quibus habent teſtandi licentiam. Et idem in clerico dicendum eſt, cum in hac ſpecie de iure canonico contrarium non reperiatur cautum: vnde ſuccedit regula tex. in c. 1. de noui ope. nun. nam licet aliqua iura canonica faciant mentionem, non tamẽ nouum ius, nec cõtrariũ inducendo, ſed potius ciuile ius declarando, & approbando, vt in c. quia nos extra de teſtam. Aut præteritus eſt aſcendens, vel deſcendens, ab aſcendenti, vel deſcendenti, cum cauſa legitima ingratitudinis, quæ probata ab hærede vel teſtatore eſt, & tunc ſimiliter indiſtinctè repellitur, nec vllum remedium contra teſtamentum habet: ſiue clericus, aut miles, vel paganus ſit teſtator, aut ille qui ab hæreditate alienatus eſt, per tex. in auth. de hæredi. & Falci. §. exhæredatos, & Regias ll. 8. & 11. tt. 7. part. 6. Et per ea quæ notat Bart. in auth. ex cauſa nu. 12. C. de libe. præte. & quæ adduximus ſupra cap. 9. nu. 12. quæ licet generaliter loquantur, comprehendunt milites, clericos, & alias perſonas aliàs priuilegiatas, cum in hoc nõ reperiantur priuilegiatæ. Aut cauſa probata non eſt, & tunc oportet diſtinguere: nam aut eſt exhæredatus, aut præteritus. Si eſt exhæredatus cum cauſa, quæ probata non eſt, ſuccedit propria noſtra quæſtio, quòd hodie teſtamentum militis, & pagani, vel veterani teſtantis de peculio caſtrenſi, vel quaſi, ſecundum cõmunem ſubiaceat querelæ inofficioſi teſtamenti, ſicut regulariter aliorum teſtamentum, per d. §. aliud quoque capitulum, & §. & hæc quidem de parentũ; quæ iura per ſuam generalitatem comprehendunt perſonas etiam priuilegiatas, & in ſpecie per d. §. & hæc quidem:

& licet

& licet ibi nullum verbũ ſit de quærela, intelligi debet: nam cum ibi dicat, oportere quòd cauſa probetur, intelligitur quòd ſi non eſt probata, competit remediũ quod aliàs de iure dari ſolet, quod eſt quærela, l. 1. ff. de inoffi. teſta. tex. in prin. inſti. eod. etiam filio emancipato exhæredato, l. ſi ponas ff. de inoffi. teſta. l. 2. C. eod. & etiam parenti emancipatori, l. paterfilium cum l. ſeq. ff. eod. tt. de inoffi. teſta. Et idem eſſe in clerico, quod in milite teſtatore cenſeo (licet fortè ſit receptior opinio in contrarium) quòd non detur quærela contra eius teſtamentũ, ſed condictio ex lege, pro vt Corneus teſtatur, quamuis non affirmo quòd in eam magis communiter itum ſit. Aut fuit præteritus cum legitimæ cauſæ expreſſione, & tunc diſtingue: nam aut ille qui præteritus eſt erat aſcendens, & idem dicendum eſt quod in exhæredato, nam aſcendẽtium præteritio pro exhæredatione habetur, vt bene docet Fulgo. in d. l. paterfilium, vt latè ſupra in c. 16. explicauimus: & probatur per rationem tex. in §. fi. inſtitu. de exhæredati. libe. cum nullo iure ciuili, nec edicto Prætoris cautum reperiatur, quòd parentes exhæredentur. Aut præteritus fuit deſcendens, & tunc, aut erat deſcendens per lineam maternam, & ſimiliter eius præteritio pro exhæredatione habetur, per d. §. fi. Aut erat deſcendens per lineam paternam, & tunc, aut fuit præteritus verbis exhæredationi æquipolentibus (vt frequentius euenit in noſtra ſpecie, nempe quando cum cauſa præteritur) & ſimiliter hoc caſu pro exhæredato habetur, & idem dicendum quod in exhæredato, l. 3. C. de libe. præ. vel exhe. aut præteritus eſt cum cauſa, verbis exhæredationi non æquipolentibus (quod cum difficultate poteſt exemplificari) & hoc caſu eſt diſtinguendum: Nam aut fuit præteritus à milite qui occupatus

Digitized by Google

in expeditione militiæ in caſtris teſtamentum condidit, & eius præteritio ſi in militia, vel poſt miſſionem infra annum deceſſit, pro exhæredatione ex priuilegio habetur, l. ſicut certi, & l. ſi cum vel in vtero C. de teſta. mili. l. miles ita §. miles ff. de mili. teſta. §. ſed ſi in expeditione inſtitu. de exhæreda. libe. nam in hoc hodie nihil reperitur mutatum, ſecundum receptiorem, & veriorem ſententiam, vt ſupra contra Iaſ. concluſum eſt. Aut erat paganus teſtator, & tunc de quibuſcunq; bonis teſtetur, etiam de peculio caſtrenſi, vel quaſi, teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ex defectu inſtitutionis, ſi deſcẽdẽs præteritus, erat in poteſtate, per regu. l. inter cætera ff. de liberis & poſ. & tex. in prin. inſtitu. de exhære. libe. per quæ iura datur deſcendenti ius dicendi nullum. Inſuper, ei conceditur bonorũ poſſe. contra tabulas, per l. maximũ vitium §. ſancimus C. de libe. præte. vel exhæ. Et idem dicendum eſt in clerico teſtante, cum Baldo cõtra Pau. quia in hoc non reperitur clericus priuilegiatus, quòd eius præteritio habeatur pro exhæredatione. Si autem deſcendens præteritus cum cauſa, verbis exhæredationi non æquipolentibus, erat emancipatus, tantùm competit ei bonorum poſſeſſio contra tabulas, à quocũq; ſit præteritus, §. emancipatos inſtitu. de exhære. libero. & hæc diſtinctio approbatur per Regiam l. 1. tit. 8. part. 6. Et licet de emancipatis nihil dicat, Doctores tamen Regnicolæ volunt, quòd per iùs commune debeat interpretari, & declarari: pro quo vrget l. non eſt nouum ff. de legi. nam quod non mutatur, extare non prohibetur l. præcipimus C. de appella. Sed occurrit maximum du-
32 bium, quando frater † aut ſoror præteritus eſt, aut exhæredatus, turpi perſona inſtituta à fratre milite, vel pagano de bonis caſtrenſibus, vel quaſi teſtantibus, aut à clerico,

rico, vtrum ei competat quærela, vel aliud remedium, vt condictio ex lege, ad conſequendam legitimam fratris ſucceſſionem. Ioan. Faber in prin. verſi. adulterinis nu. 3. tangit iſtam q. & opus eſſe Auguſtũ adire pro lege cõdenda cõcludit. Iaſ. verò in l. fratres nu. 7. C. de inoſ. teſta. quem refert & ſequitur Mincha. ſucceſſi. creati. §. 1 o. nu. 606. affirmat, non competere quærelam, nec ullũ dubitare ait, niſi Ioan. Fab. & citat Ang. in l. 1. ff. de inoſ. teſtam. qui non loquitur in clerico, ſed in parente, vel deſcendenti, in quibus diuerſa ratio eſt, cum de his expreſsè nouellæ conſtitutiones loquantur: & concludit, quòd parentibus, aut liberis datur condictio ex lege. Citat inſuper Rom. inaduertẽter, qui ſimiliter de parentibus, & liberis tantùm agit in l. pe. C. qui teſta. face. poſſ. & eis competere quærelã concludit. Nec Iaſ. aut Mincha. declarant, an fratri detur cõdictio ex lege, vel aliud remedium ad conſequendam legitimam, turpi perſona inſtituta, de quo Faber dubitauit. Vnde articulus iſte proculdubio difficilis admodum eſt, & eget principali remedio: & quamuis Docto. hanc q. non diſputant, pro ponã tñ motiua quæ mihi eam difficilem reddũt. Et pro parte negatiua, quòd non cõpetat fratri quærela, cõtra teſtamentũ fratris militis, aut clerici, vel filij fam. pagani, de bonis caſtrenſibus, vel quaſi diſponẽtis, turpi perſona inſtituta vrget: Nam prædictorum teſtamenta, ex eorum priuilegio non ſubiacent quærelæ: Clerico aũt priuilegiũ eſt cõceſſum per l. cum lege C. de Epiſ. & cleri. alijs verò laicis per l. de inofficioſo, & l. teſtamentum militis, & l. fi. C. de inoffi. teſta. Sed nouellæ conſtitutiones illæ, nempè auth. vt cum de appella. cognoſ. §. aliud quoq; capitulum, & §. & hæc quidem de parentum, & authen. presbyteros C. de Epiſco. & clericis, per quæ

iura mutatæ ſunt præd.ll. & hodie concedũtur remedia contra prædictorum teſtamenta)non loquuntur de fratribus,ſed tantum de liberis,& parentibus: vnde ſuccedere debere videtur regula l.præcipimus C.de appella. illud videlicet quod non mutatur,extare non prohiberi: maximè quod cum illa iura noua ſint correctoria,extendi non debent,nec ex identitate rationis, per ea quæ notat Iaſ.& dd.in authen.quas actiones C.de Sacroſanctis Eccle.cum legum correctio ſit euitãda,l.1.C.de inoffi.doti.præcipuè cum minor ratio militet in fratre quã in liberis, vel parentibus,vt ei detur quærela cõtra fratris teſtamẽtũ. Pro cõtraria parte facit, nam legitima fratris,turpi perſona inſtituta,iure naturali debetur, & eſt æquiparata legitimæ liberorum, & parentum auth. de hæredi.& Falci.§.primum colla.1.& ita omnibus à lege conceditur quærela,l.1.ff.de inoffi. teſta. tex. in prin. inſtitu.eod.vnde lex noua corrigens in vno ex æquiparatis,extenditur ad caſum ommiſſum, iuxta glo. receptam in l.ſi quis ſeruo C.de furtis,& ea quæ tradunt dd. in l.2.ff.de lega.1.& in l.Marcellus ff. ad Trebelli. Præterea ad hanc partem defendendam me mouet,quòd licet prædictæ nouellæ conſtitutiones tantùm loquantur de parentibus, & liberis, tamen videtur quòd extenſio ad fratrem ſit admittenda, cum per eam reuertatur ad ius commune,nam de facili reuertitur quis ad ſuam priſtinã naturam:& fauorabilis diſpoſitio reputatur per quam reducitur ad ius commune, & tollitur priuilegiũ, vt docet Goz.in rep.l.omnes populi nu.155.ff.de iuſti. & iure,vbi tradit,quòd licet ſtatutum conditum à populo,qui non poterat ſtatuere ſine ſuperioris authoritate, aliter ſtatuendo,non poterit reuocari niſi cum eadẽ ſolemnitate:illud tamen locum non habet, quando popu

lus

Ius ſimpliciter vult ſtatutũ ſimpliciter tollere, & ad ius commune reducere, quod durius mihi uidetur. Et hinc eſt, quòd licet in ſtatutis nõ ſit licita extẽſio, l. quidquid aſtringendæ ff. de verbo. oblig. l. ſi verò §. de viro ff. eod. tamen quando per eam reducitur ad ius cõmune, admittendam eſſe tenet Goza. vbi ſupra nu. 268. poſt Bar. ibi num. 60. quod corroboratur per tradita ab Areti. in conſi. 44. in fine, & ab Imola, & Moder. in l. inter pares ff. de re iud. Quòd licet quando probationes ſunt pares, præferantur teſtes rei, iuxta gl. receptam in c. clerici 81. diſtin. tamen quando teſtes actoris fauerent iuri communi, debent præferri: quod etiam confirmatur per tradita à Decio in c. ad noſtram col. 2. in prin. extra de appella. Quòd quamuis durior vita non poſſit induci monacho, ſecus tamen eſt quando illa auſteritas olim fuit in regula, quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam. Vnde per hæc & alia plura exempla, quæ adducit Goz. vbi ſ. poſſumus percipere, quòd de facili admittetur extenſio in noſtra ſpecie, ad tollendum priuilegium, & reducendum ad ius commune: quòd etiam competat hodie quærela contra fratrum militum, & clericorum teſtamenta. Rurſus vrget, nã caſus ommiſſus gratia rarioris vſus, pro expreſſo habetur, vt adduxi in præce. capi. nu. 24. Imò aduerte, quòd in cantoribus, & clericis primæ tonſuræ, cum tantùm nouiſſimè ei conceſſa eſt facultas teſtandi, ſi ſunt filij fam. per d. auth. presbyteros, non poſſumus dicere quòd contra eorum teſtamenta non detur remedium quærelæ, aut condictionis ex lege, niſi authen. illã extendamus ad fratrem, inſenſu eorum qui tenent contrariam opinionẽ. Dubia mihi videtur hæc quæſtio, ſed magis placet quòd quærela etiam fratri, & indiſtinctè omnibus competat. Vlterius, reſtat examinare,

Digitized by Google

33 minare, an contra teſtamentum liberti † militis, compe- tat patrono bonorum poſſeſſio cõtra tabulas, & de hoc ſunt iura aperta, quòd patronus non admittitur ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas, contra bona liberti militis, quæ in caſtris acquiſiuit, l. etiam §. patronus, & l. ſi filius §. Papinianus ff. de bonis libe. l. fi. C. de inoffi. teſt.

34 Et ſimiliter † denegatur patri emãcipatori debita pars, tanquam patrono, ob beneficium emancipationis in filium collatũ, in bonis filij emancipati, quæ in caſtris acquiſiuit: cum bonorum poſſeſſio cõtra tabulas, ad exem plum patroni patri competat, vt in l. 1. in prin. ff. ſi à paren. quis fuerit manu. & eſt tex. expreſſus in l. ſi à milite §. fi. ff. de milita. teſtamen. & in d. l. 1. §. eſt & alius caſus: qui tex. licet ſimpliciter dicat, quòd ſi filius cœpit militare non competit patri bono. poſſeſſio contra tabulas, puto quòd intelligi, & reſtringi debeat, per alia prædicta iura ad conſequẽdam partem, de bonis acquiſitis in caſ tris, ſecus de alijs. Et quòd ita intelligatur extẽſio, quã glo. & Bar. & dd. in dicto §. eſt & alius, faciunt, quòd idẽ ſit ſi filius emancipatus factus ſit doctor, vel cœpit aduocare: nam intelligerem in his quæ occaſione doctoratus, vel aduocando acquiſiuit, ſecus in alijs bonis, in quibus pater emancipator legitimam debitam habebit. Et aduerte, quòd licet pater emancipator præteritus, vel exhæredatus à filio milite clerico, aut pagano, teſtante de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, non habeat bonorum poſſeſſionem contra tabulas, tanquam manumiſſor, habebit querelam inofficioſi teſtamenti, tanquam pater, vt ſupradictũ eſt per d. §. & hæc quidẽ, iuncta l. pater filium ff. de inoffi. teſta. Nam patri emancipatori ſucceſſio duplici iure debetur, vt probatur in l. 1. §. fi. ff. ſi à parẽ. quis fuerit manu. vt latè ſupra cap. 10. expoſuimus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris expreſſa, matrem à querela, & à petitione legitimæ excludit.*

2 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa, an excludat matrem à legitima de iure ciuili: & nu. 8.*

3 *Interpretatio §. ſed nec impuberis l. Papinianus ff. de inofficioſo teſtamen.*

4 *Ratio differentiæ, quare patri, & non matri conceſſa eſt poteſtas teſtandi pro filio impuberi.*

5 *Legitima an debeatur matri iure naturali immutabile.*

6 *Legitima quòd minui, & tolli poteſt per legem, vel ſtatutum.*

7 *Subſtitutio pupillaris expreſſa, an excludat matrem, non solùm à bonis parentis teſtantis pro filio, ſed etiam à bonis ipſius filij.*

9 *Pupillaris ſubſtitutio expreſſa, an excludat matrem à petitione legitimæ in foro animæ.*

10 *Intellectus ad c. ſi. 17. q. 4.*

11 *Lex quæ rigoroſa videtur, legis vim habet.*

12 *Subſtitutus pupillaris, matri inopi, & pauperi tenetur præſtare alimenta.*

Expreſſa pupillaris ſubſtitutio, an excludat matrē, non ſolum à querela, ſed etiam à petitione legitimæ: & quid in foro animæ dicendum erit. Cap. XIII.

1 INDVBITATVM, & manifeſtū, apud iuris interpretes eſt, † expreſſam pupillarem ſubſtitutionem, matrem non ſolùm ab inofficioſi teſtamēti querela, verum & à petitione legitimæ omnino remouere. Quam veriſſimam ſententiam amplectitur Bart. in l. 2. in prin. nu. 31. & ibi Doct. communiter cum ſequuntur ff. de vulga. & pupilla. Couarru. in c. Rainutius §. 5. extra

extra de teſta.communiter receptam teſtatur Minch. ſucce.creati §.11.nu.24.& §.15.nu.59. Mari.Soci. Iun. in d. l. 2. nu.94. eandem ſententiam totus mundus obſeruat teſte Baldo in l.humanitatis C.de impube.& alijs ſubſti. colum.7. Quæ vera concluſio conſtat ex aperto Vlpiani (meo iuditio) reſpóſo in l.Papinianus §.ſed nec impuberis ff.de inoffi.teſta.inquit etenim I.C. Sed nec impuberis filij mater inofficioſum teſtamentũ dicit, quia pater hoc ei fecit, & ita Papinianus reſpondet. Secundò probatur de iure codicis in l.præcibus verſi. ſi verò C.de impube.& alijs ſubſti.in ſecundo caſu. Tertiò expreſſius apparet ex tex.iuris canonici, omni ſolutione ſuperiori in c.ſi pater de teſtam.lib. 6. vbi per expreſſam pupillarem ſubſtitutionẽ, matrem à petitione legitimæ iure naturæ debitæ, excludi Summus Pótifex clarè ait. Qui tex. (ut omnes Docto.agnoſcunt) nullam admittit dubitationem. Sed huic receptiſſimæ ſententiæ, obſtare uidentur aliqua iuris argumenta, ex quibus apud iuris utriuſq; interpretes reditur dura. Et primum arg. eſt, nam qui facit actum nomine alterius, nó poteſt plus quam ille cuius nomine fit, l.minor §. fi. ff.de procura. Sed ſi filius ipſe teſtaretur, non poſſet matrem legitima priuare, l.1.& 2.ff.de inoffi.teſta.l.cum filium C.eod.tex. in prin.inſtitu.eodem, expreſſius in authen.de hæred. & Falci.§.1.colla.1.ergo uidetur dicendum, quòd nec pater, qui pro filio teſtatur poterit facere: pro quo urget l.nec per ſe C.de hæredi.inſtituen. Præterea, alterius facto nemo hæreditate priuari debet l.paterfam.ff.de hære.inſtitu. Imò nec ipſius patris factum obeſſe filio ſolet l.adoptiuum §.patronum ff.de in ius uocan. vnde impium, & iniquum uidetur, matrem facto patris, legitima ſibi iure naturæ debita, priuari. Rurſus ex priuilegio

patri

patri permittitur teſtamentum pro filio impuberi facere, qui propter ætatis defectum teſtari nequit, l. moribus ff. de vulga. & pupilla. tex. in prin. inſtitu. de pupil. ſubſti. cum regulariter vltima voluntas, pendere ab alieno arbitrio non debeat, l. illa inſtitutio ff. de hæredi. inſti. Sed priuilegia in alterius iniuriam non ſunt trahenda, l. impuberi ff. de admini. tut. l. cum filiusfam. ff. de mili. teſt. l. nec auus C. de emanci. libe. His tribus fundamentis terrentur ſcribentes, & ab ea diſceſſit Corra. in repeti. l. præcibus nu. 29. C. de impube. & alijs ſubſti. & iure ciuili falſam eſſe contendit, aſſeritq́; ſe Patauij, cum de centũ iuris quæſtionibus reſpõderet, validiſſimis rationibus id defendiſſe. Alia plura argumenta adducit Alberi. in rub. ff. de vulga. & pupilla. nu. 26. Sed vlterius obſtare videtur ſi conſideres, quæ potuit eſſe differentiæ ratio, quod parenti concedatur, vt ſubſtituendo pupillariter deſcendenti in ſua poteſtate conſtituto, poſſit matrem eius excludere à petitione legitimæ, & è contra, matri hæc poteſtas data non eſt: cum nondum certum ſit, an maior ſit amor paternus quam maternus, vt bene adnotauit Pinelus in 2. parte rub. C. de bonis mater. num. 22. poſt Ioan. à Lignano in libello de amicitia, quæſtione, quis magis diligat, fol. 12. & Antonius Vaca in l. 3. ad finem ff. de his qui ſunt ſui. qui concludunt, patres cõſtantius, matres verò vehementius filios diligere. Præterea nihil eſt quod matribus liberi non debeant c. fi. in fine de conuerſis, Gome. in §. fuerat col. 1. & 2. inſtitu. de action. Rurſus eadem eſt, vel eſſe debet patris, & matris pietas, l. 4. ff. de cura. furi. eadem reuerentia, l. 4. vel ſi. parentes, & l. parentes, ibi, vna omnibus parentibus ſeruanda reuerentia, & l. fi. ff. de in ius vocan. Pro quo vrget l. in coniunctione C. de nuptijs & l. propter inſidias,

MM ibi,

Digitized by Google

ibi, pietas & ratio naturalis C. qui accuſa.non poſſunt. Secundò vrget, nam legitima matri debetur iure naturali, tex.in authen.de hæredi.& Falc.§.1.colla.1.expreſſius in d.c.ſi pater, ibi, iure nature debita: vnde mutari iure poſitiuo non poteſt, iuxta §.ſed naturalia inſtitu. de iure natu. Et tenendo contra omnes, reſpondet Coraſi.vbi ſupra in d.l.præcibus nu.29.in d.§. ſed nec impuberis, non probari, expreſſam pupillarem ſubſtitutionem, matrem à legitimæ petitione excludere: nam licet l.C.ibi matrem à quærela excludat, quia pater fecit teſtamentum, non tamen per hoc negat, quin mater legitimam petere valeat, condictione ex l. omnimodo C. de inoffi.teſta. vel ex authen.presbyteros.i.C.de Epiſc. & cleri. Quod corroboratur, nam per generalem ſermonem, lex non vult legitimæ fieri præiuditium, l.ſi quãdo §.& generaliter C.de inoffici.teſtam. Confirmatur inſuper Accurſij ſimili doctrinæ in l.de inofficioſo C.de inoffi.teſta.vbi licet in quaſi caſtrenſi peculio ceſſet quærela l.fi.C.qui teſta.face.poſſunt l.fi.C.de inof.teſt.nihilominus tamen concludit glo.illa, parentes legitimã condictione ex l.d.authen.presbyteros petere poſſe. Et quia ſibi videtur ſatisfactum eſſe d.§.ſed nec impuberis, ſuo nouo, & non vero ſenſu, Vlpiani reſponſum Sanctiſſimum, Bonifacij verò conſtitutionem dicto c. ſi pater (quia cabillationem non patitur) & ipſum met ſummũ Pontificem, iniquum, & iniuſtum audatius quam oporteret appellat.
2 Vnde † concludit limitando regulam ſupradictam, locum tantum ſibi vendicare de iure canonico, ſecus de iure ciuili, quo attento à petitione legitimæ mater non excluditur. Quæ limitatio ſi vera eſſet, maxima vtilitas reſultaret ex ea, cum in noſtra ſpecie, cum non ſit materia peccati, & de rebus temporalibus, & nõ

ſpiritualibus

ſpiritualibus agatur, ius canonicum eſſet tantum in terris Eccleſiæ obſeruandum. Sed hæc Corraſij limitatio, conſtituens diſcrimen inter ius canonicũ,& ciuile, proculdubio non eſt admittenda:& prædictis non obſtantibus,iuſta & æqna eſt omnium ſententia,quòd pupillaris expreſſa ſubſtitutio, matrem à petitione legitimæ excludat: quod non ſolum probatur de iure canonico per dictũ c.ſi pater de teſtamen.lib.6.ſed ſatis apertè cõſtat
3 † ex d.§.ſed nec impuberis: nec Corraſij interpretatio admittenda,ſed omnino tanquam euidenter falſa reijcienda eſt. Nam tu conſidera, quòd excludendo Vlpianus matrem à quærela, neceſſario debemus dicere, quòd eam volebat etiam à petitione legitimæ excludere,cum alium modum conſequendæ legitimæ tunc temporis non habebat: nec abinteſtato, nec ex teſtamento, nec contra teſtamentum. Nam licet matri debeatur legitima in bonis filij abinteſtato,iuxta titu.ff.C.& inſtitu. ad Tertu.tamen quando ex teſtamento adita eſt hæreditas,abinteſtato non defertur l.quandiu, cum vulga. ff. de acqui.hæredi.l.quandiu ff.de regu.iur. Nec ex teſtamento poteſt legitimam petere, cum ei non fuerit relicta.Contra teſtamentum erãt tempore digeſtorum tria remedia,nempe ius dicendi nullum, bonorum poſſ.contra tabu.& quærela: duo prima auxilia ordinaria, ei nõ competebant,ſed tantum remedium illud ſubſidiarium quærelæ,vt colligitur ex l.cum filium,& ibi notant Docto.C.de inoffi.teſta.latè declaraui ſupra in cap.10. Vnde excluſa à remedio quærelæ,ab omni remedio,& petitione legitimæ erat excluſa. Itaq; Vlpianus excludẽs eam à remedio expugnandi teſtamentum per quærelã, excludit eam à petitione legitimæ. Et ideo ſi Santiſſimum eſt Vlpiani reſponſum, Sanctiſſima erit Bonifacij

Octaui,idem diſponens,conſtitutio. Nec valet dicere per Vlpiani reſponſum,licet matri negetur quærela,nõ tamen ei prohibetur legitimam petere actione perſonali,ſeu condictione ex l.omnimodo C. de inoffi. teſta. vel ex authen.presbyteros 1.C.de Epiſco.& cle. pro vt voluit Corraſi. nam multipliciter eius conſideratio tolli poteſt. Et primò,nam ridiculum eſt putare,Vlpianum excogitaſſe,cum matrem à quærela excluſit, illas condictiones ex lege habere,cũ prædicta iura ſint nouiſſimè à Iuſtiniano condita,qui multis annis Vlpiano poſterior fuit: vnde non potuit Vlpianus credere, matrem habere remedium introductum ab eo,qui nondum in mundo erat. Secundò occurri poteſt legi omnimodo, quæ ius agendi ad legitimæ ſupplementum concedit aliquibus perſonis,quòd prouiſio illius conſtitutionis ſolùm locum habet,quando teſtamentum quærela,vel alio modo poterat de iure antiquo ſubuerti, vt apparet ex uerbis illius tex.ibi,teſtatorum voluntatibus proſpiciẽtes, magnam & innnmerabilem ſubuertendæ eorum diſpoſitiones amputare cenſemus, in certis caſibus in quibus de inofficioſis defunctorum teſtamentis, vel alio modo ſubuertendis moueri ſolebat, actio &c. Quod probatur etiã in l.quoniã,& in l.nuper,& in l.ſcimus in prin. C.eod.tt.de inoffi.teſta.declarat Mincha.ſucceſſi.creati §.34.nu.83.Iaſ.in d.l.omnimodo nu.21.Sed cum mater in ſpecie d.§.ſed nec impuberis,nullum auxilium expugnandi teſtamentum habebat,vt ſupra dictum eſt, ſimiliter actione perſonali, ſeu cõdictione ex illa l.omnimodo, proculdubio carere debebat. Tertiò cõtra Corra. vrget conſideratio,nam remedium l.omnimodo(prout ex illo tex.conſtat,& Docto.omnes ibi agnoſcũt) ſolùm locum habet quando aliquid relictum eſt, vnde ſi eſſet

vera

vera opinio Corraſij(quæ proculdubio non eſt) ſolùm locum ſibi vendicaret in caſu quo aliquid eſſet relictũ matri: ſed mens eius eſt, quòd generaliter intelligatur in terminis Docto.etiam quando nihil matri eſſet relictum (ut frequentius in pupillari ſubſtitutione fit.) Vnde clare patet, Corra.errore labi manifeſto. Et magis decipitur dum putat, matrem condictione ex l. authen. presbyteros.i.C.de Epiſco.& cleri.conſequi legitimam poſſe: nam ut docet Rapha.ibi, licet eſſet uerum (quòd non eſt certum) actionem ex illa lege dari in caſu illius authen.extendi tamen non debet ad alios caſus. Nec oberit glo.determinatio in d.l.de inofficioſo C.de inof. teſta.quæ vult, quòd patri præterito à filio milite competat remedium illius auth.presbyteros, ad conſequendam legitimam contra teſtamentum filij, nam glo. illa recepta non eſt, & eam contemnit Bart.& poſt eum Docto. omnes in authen. ex cauſa nu. 13.C.de libe.præter. & in l.filio præterito ff.de iniuſto rupto, vbi omnes concludunt, quòd non ſolum in teſtamento pagani (in quo nullus dubitat excepto Corraſio) non procedit condictio ex illa authen.ſed nec in militis teſtamento locum habet: de quo latè ſupra in cap.12.actum eſt. Ex ſupradictis apparet nouum ſenſum Corraſij corruere, & non ſolùm de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili, per ſubſtitutionem expreſſam vulgarem, matrem non ſolũ à quærela, ſed etiam à petitione legitimæ excludi. Nec oberit arg.de l.minor §. fi. ff.de procura. quòd ille qui facit actum nomine alterius, non poteſt plus quam ille cuius nomine fit: nam illa regula non procedit, quando non fit eius mandato, ſed iuris prouiſione, vt in noſtra ſpecie, pro vt notauit Bar.in dicto §.ſed nec impuberis. Pater etenim iure ſuo, & non filij, facit teſtamentum pupillare,

pillare: nec eſt nouũ in iure, poſſe per alios facere, quod per nos non poſſumus, l. Ariſto. ff. quæ res pigno. obliga. poſſunt, l. 1. in prin. ff. de verbo. obliga. Nec obſtat regula l. pater familias ff. de hæredi. inſtitu. vbi facto alterius nemo debet hæreditate priuari: nam illa regula reſtringi, & limitari debet, niſi in caſu à iure permiſſo, vt in noſtra ſpecie per prædicta illa iura expreſſa, nempe §. ſed nec impuberis, & c. ſi pater. Ex quo apparet, quòd decipitur Corra. dum dicit, quòd matri infertur iniuria, excludendo eam à petitione legitimæ, nam cum iure permittente fiat non eſt iniuria, iuxta tex. in prin. inſtitu. de iniurijs, vbi iniuria dicitur, quod non iure fit. Et similiter reſpondetur ad iura dicentia, priuilegia non debere trahi in alterius iniuriam: nam quod concedente iure fit, non dicitur fieri in præiudicium, & iniuriam alterius: & ita ſatisfactum puto argumentis quibus iuris interpretes torquentur. Nec obſtat conſideratio, quòd hæc poteſtas non reperitur matri conceſſa, quòd ſubſtituendo pupillariter excludat patrem à legitimæ petitione: nam
4 † ratio differentiæ maxima inter patres, & matres eſt, quia ſubſtituere pupillariter liberis, eſt effectus patriæ poteſtatis, ſolùm etenim liberis qui sũt in patris poteſtate conſtitutis ſubſtitui pupillariter poteſt l. moribus ff. de vulga. tex. in prin. inſtitu. de pupi. ſubſti. vbi glo. adnotauit quem effectum matres habere nequeunt, cum poteſtas patris, & non matris ſit, l. 4. cum alijs ff. de cura. furi. Nec valet dicere, licet patres conſtantius, matres autem vehementius filios diligere: nam ius patriæ poteſtatis, non propter ſolum amorem, & pietatem erga liberos patribus conceſſum eſt, ſed etiam propter conſilium, quoniam patris conſilium, apud Iuriſconſultos, & Imperatores, erga filios maximi põderis eſt, vt apparet

ex l.

ex l.nec in ea ff.ad l.iuli.de adul.l.penu.C.de ſpõſa. con ſilium etenim maris,& non fœminæ eſt,l. 2. & ibi Deci. ff.de regu.iuris: pro quo vrget l. 1.ibi,virorum ff. de legi.nam mulierum conſilium parum tutum eſt, & aduerſus propria commoda plerũq; laborare inuenitur, iuxta tex.in d.l pe. Nec alicui durus videri debet iſte patriæ poteſtatis effectus,quòd pater videlicet poſſit ſubſtituendo pupillariter filio impuberi in poteſtate eius conſtituto,matrem à legitima excludere: nam durior effectus patriæ poteſtatis de iure antiquo erat, quòd quidquid filius acquirebat,ſi non erat peculij caſtrenſis, vel quaſi, ad patrem pertinebat,& ita parentum fiebat,vt eſſet eis licentia,acquiſitum per unum filium alijs,vel etiam extraneo donare,vel vendere,vel alio modo applicare, teſte Imperatore in l.cum oportet C. de bonis quæ libe. & in §.cum igitur inſtitu.per quas perſo. nobis acqui. Imò durior patriæ poteſtatis effectus olim erat,quòd erat parentibus poteſtas in filios vitæ neciſq;,l.fi. C.de patria l.in ſuis in fine ff.de lib.& poſth.ibi,nec obſtat quòd liceat eos exhæredare,quos & occidere licebat. Eamq;. poteſtatem ſæpius fuiſſe à parentibus obſeruatam oſtendit Pine.in 2.par.rub.nu.17. C. de bonis mater. quãuis aſſerit iam eſſe antiquatam: ſed num. 19. fatetur, ex illa occidẽdi liberos antiqua poteſtate, veſtigium adhuc durare in filia adultera,quam occidere patri habenti eã ſub poteſtate, permittitur, l.nec ea 22.ff.ad l.iuliam de adulte.& etiam hodie propter famem poteſt paterfiliũ vendere,l. 2.C.de patri.qui fili.ſuos diſtra.quod ius vendendi patri,& non matri permiſſum eſt,glo. in prin. inſti.de patria poteſta. quam ibi communiter receptam teſtatur Silueſt.& ſimiliter de iure Regio permittitur patri filium obligare,Regia l.3.tt.13.part.5. Vnde licet poſteriores

ſteriores leges ſemper ius patriæ poteſtatis minuerunt, vt tradit Aemili. Ferretus in l. filium quem habentem C. fami.erciſ.nu.120. vbi & Corra.nu.79. cum adhuc maneat ius occidendi filiam ex cauſa adulterij, & vendendi, vel obligandi filium ex cauſa famis, vel magnæ patris neceſſitatis: nimirum ſi poteſtatem habeat ſubſtituendi filio impuberi in poteſtate ſua conſtituto, eiusq; matris excludendi à ſucceſſione, etiam legitimæ: maximè cum pupillaris ſubſtitutio non ſit grauamen, ſed prouiſio, vt colligitur ex tex. in prin. verſi. fi. inſtitu. de pupil. ſubſti. nec matri eſt iniurioſum, cum de iure antiquo, etiam à ſucceſſione inteſtati filij, per agnatum valde remotum excludebatur, vt conſtat ex prin. inſtitu. ad Tertu. Vnde ſicut propter pietatem, & conſilium permittitur, quòd pater filiam adulteram occidere valeat, ſimiliter permittitur quòd mediãte ſubſtitutione expreſſa pupillari, poſſit matrem excludere. Nam ego conſiderabam, quòd euenire poteſt, quòd filio impuberi ſit vtile, quòd mater eius non poſſit ei ſuccedere, nempe quando veriſſimiliter ſuſpicaretur quòd poſt mortem mariti trãſibit ad ſecundas nuptias, vel inhoneſtè viuet, nam tunc ſuccedit doctrina Imperatoris in l. lex quæ tutores C. de adminiſtra. tuto. Fœminas plerunq; nouis maritis, non tantùm res filiorum, ſed etiam vitas abdicere. Nec eſt nouum in iure, fœmineum ſexum in pluribus articulis deterioris eſſe conditionis l. in multis, vbi Albe. ff. de ſtatu. homi. Deci. in l. 2. ff. de regu. iur. Nec obſtat dicere, quòd legitima matri iure naturali † debetur, quòd eſt immutabile:
5
nam ego fateor, quòd matri iure naturali debeatur (quamuis Doctores hoc negant) tamen quod legitima matri debeatur illo iure naturali immutabili, quòd ſemper bonũ & æquũ eſt (de quo loquitur l. ius pluribus ff.

de

de iuſtiti.& iure,& puto quod debeat intelligi §. ſed naturalia inſtitu.de iuſti.& iure) hoc non admitto, nam debetur ex uoluntate, & affectu, & ex inſtinctu naturali, quæ neceſſitatem non inducunt, quando ratio boni, & æqui ſuadet contrarium melius eſſe, vt in c.11.§.expoſuimus. Vnde Mincha.ſucce.crea.§.20.nu.297. & nu. 298.& nu.300.tradit, quòd licet affectus, & voluntas, & inſtinctus relinquendæ legitimæ liberis ſit de iure naturali, neceſſitas tamen relinquendi eam eſt de iure ciuili, iuxta tex.in authen.de hæredi.& Falci. §. frequenter, ibi, ex neceſſitate. Et hinc eſt, quòd valet ſtatutũ, quòd non teneatur pater relinquere filio legitimam, quoniã poteſt habere honeſtum & bonum finem, argu. l.vtrum turpe ff.de verbo.obliga.l.1.§.quæ onerandæ ff.qua.rerum actio non detur: & hanc dicit communẽ Mincha. vbi ſupra nu.296.plures citans Doctor. Iaſ.in l. quoniã in prioribus C.de inoffi.teſta.& in l.ſi pater nu.21.C.de inſtitu.& ſubſti.Couarr.in Epito.2.parte cap.8.num.5.

6 † legitima etenim minui,& omnino tolli per l. & ſtatutũ poteſt, Bald.in l.cum lege C.de Epiſco.& cleri.& in l.1. §.ius autem naturale ff.de iuſt.& iure, vbi Gali. in repe. l. Centurio nu.370.ff.de vulg. Alex. in l. quod de bonis ff.ad l.Falci.poſt Dynum in regula, indultum ff. de regu. iur.teſtatur communem Ripa lib. 1. Reſponſo. c.7. In homine enim non poteſt eſſe aliquod ius naturæ quod rationi non congruat, Fortu.in l.1.§.ius naturale nu.12. ff.de iuſti.& iure. Et ea quæ diximus de legitima libe-

7 rorũ, in noſtra ſpecie, à fortiori locũ habent in legitima iure naturæ debita parentibus: nã licet ego fateor, quòd ſimiliter iure naturali eis ſit debita (quód verius puto) tamen non ita fortiori ratione debita, vt colligitur ex l. nã & ſi parentibus ff.de inoffi.teſt.l.ſcripto ff. vnde libe.

ſteriores leges ſemper ius patriæ poteſtatis minuerunt, vt tradit Aemili. Ferretus in l. filium quem habentem C. fami. erciſ. nu. 120. vbi & Corra. nu. 79. cum adhuc maneat ius occidendi filiam ex cauſa adulterij, & vendendi, vel obligandi filium ex cauſa famis, vel magnæ patris neceſſitatis: nimirum ſi poteſtatem habeat ſubſtituendi filio impuberi in poteſtate ſua conſtituto, eiusq; matris excludendi à ſucceſſione, etiam legitimæ: maximè cum pupillaris ſubſtitutio non ſit grauamen, ſed prouiſio, vt colligitur ex tex. in prin. verſi. ſi. inſtitu. de pupil. ſubſti. nec matri eſt iniurioſum; cum de iure antiquo, etiam à ſucceſſione inteſtati filij, per agnatum valde remotum excludebatur, vt conſtat ex prin. inſtitu. ad Tertu. Vnde ſicut propter pietatem, & conſilium permittitur, quòd pater filiam adulteram occidere valeat, ſimiliter permittitur quòd mediãte ſubſtitutione expreſſa pupillari, poſſit matrem excludere. Nam ego conſiderabam, quòd euenire poteſt, quòd filio impuberi ſit vtile, quòd mater eius non poſſit ei ſuccedere, nempe quandò veriſſimiliter ſuſpicaretur quòd poſt mortem mariti trãſibit ad ſecundas nuptias, vel inhoneſtè viuet, nam tunc ſuccedit doctrina Imperatoris in l. lex quæ tutores C. de adminiſtra. tuto. Fœminas plerunq; nouis maritis, non tantùm res filiorum, ſed etiam vitas abdicere. Nec eſt nouum in iure, fœmineum ſexum in pluribus articulis deterioris eſſe conditionis l. in multis, vbi Albe. ff. de ſtatu. homi. Deci. in l. 2. ff. de regu. iur. Nec obſtat dicere, quòd le-
5 gitima matri iure naturali † debetur, quòd eſt immutabile: nam ego fateor, quòd matri iure naturali debeatur (quamuis Doctores hoc negant) tamen quod legitima matri debeatur illo iure naturali immutabili, quòd ſemper bonũ & æquũ eſt (de quo loquitur l. ius pluribus ff.

de

Digitized by Google

de iuſtiti.& iure,& puto quod debeat intelligi §. ſed naturalia inſtitu.de iuſti.& iure) hoc non admitto, nam debetur ex uoluntate, & affectu, & ex inſtinctu naturali, quæ neceſſitatem non inducunt, quando ratio boni, & æqui ſuadet contrarium melius eſſe, vt in c.11.ſ.expoſuimus. Vnde Mincha.ſucce.crea.§.20.nu.297.& nu. 298.& nu.300.tradit, quòd licet affectus, & voluntas, & inſtinctus relinquendæ legitimæ liberis ſit de iure naturali, neceſſitas tamen relinquendi eam eſt de iure ciuili, iuxta tex.in authen.de hæredi.& Falci. §. frequenter, ibi, ex neceſſitate. Et hinc eſt, quòd valet ſtatutũ, quòd non teneatur pater relinquere filio legitimam, quoniã poteſt habere honeſtum & bonum finem, argu. l.vtrum turpe ff.de verbo.obliga.l.1.§.quæ onerandæ ff.qua.rerum actio non detur: & hanc dicit communẽ Mincha. vbi ſupra nu.296.plures citans Doctor. Iaſ.in l. quoniã in prioribus C.de inoffi.teſta.& in l.ſi pater nu.21.C.de inſtitu.& ſubſti.Couarr.in Epito.2.parte cap.8. num.5.
6 † legitima etenim minui,& omnino tolli per l. & ſtatutũ poteſt, Bald.in l.cum lege C.de Epiſco.& cleri.& in l.1. §.ius autem naturale ff.de iuſt.& iure, vbi Gali. in repe. l. Centurio nu.370.ff.de vulg.Alex. in l. quod de bonis ff.ad l.Falci.poſt Dynum in regula, indultum ff. de regu. iur.teſtatur communem Ripa lib. 1. Reſponſo. c.7. In homine enim non poteſt eſſe aliquod ius naturæ quod rationi non congruat, Fortu.in l.1.§.ius naturale nu.12. ff.de iuſti.& iure. Et ea quæ diximus de legitima liberorũ, in noſtra ſpecie, à fortiori locũ habent in legitima iure naturæ debita parentibus: nã licet ego fateor, quòd ſimiliter iure naturali eis ſit debita (quod verius puto) tamen non ita fortiori ratione debita, vt colligitur ex l. nã & ſi parentibus ff.de inoffi.teſt.l.ſcripto ff. vnde libe.

NN Ex

Ex ſupradictis primò infero, quòd hæc concluſio, nempe quòd ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrē, etiam à petitione legitimæ ei in bonis filij, iure naturali debitæ, non eſt dura, ſed rationabilis, & iuſta, cum leges confidūt de parentibus, quòd optimū ſemper conſilium pro filijs capient: & ita hæc ſententia omniū voto (excepto Corraſij) approbata eſt, & frequentiſſimè ſeruatur in praxi. Et licet matres aliquādo maximè hac ſubſtitutione exaſperantur, tamen aliquandò ob in cōſtantiam, & imbecillitatem fœminarum erit vtilis: vndè iuſtum mihi videtur, quòd in poteſtate, & conſilio patris relinquatur. Secundò infero, non eſſe neceſſariam, nec veram declarationem, quam Corra. in d. l. precibus nu.
7 30. C. de impube. & alijs ſub. aſſignat, nempe quòd † matre excluſa per expreſſam ſubſtitutionem pupillarē eius filio factam, legitimam ſibi debitam, de his tantùm bonis eſſe deducendam, quæ filij erant anteaquam pater pro eo teſtaretur: non autem de bonis patris teſtantis: quāquam vnita, & coniuncta per filij aditionem fuerant. Nam in his fatetur conſentaneum eſſe, patris defuncti voluntatem ſeruari: vnde conſulit matri, vt bonorum ſeparationem impetret, quam filij aditio non impediet, arg. l. ſi filius qui patri ff. de vulga. & pupi. Sed hæc declaratio falſa, & non tenenda eſt, & ſimiliter à frequentiſſima omnium ſententia aliena: Cum & ipſemet Corraſius fatetur, bona pupilli, & patris per aditionem filij eſſe vnita, & confuſa, nec poſſe ſeparari ab hærede, ſed aut vtriuſq;, aut neutriuſq;, hæreditatem habere debere, vt clarè reſpondet I. C. in l. ſed & ſi plures §. filio impuberi ff. de vulga. & pupillà. & vrget l. 1. §. præterea ff. de ſepara. quæ iura adducit cōtra ſe Corra. nec his ſatiſfacit, & per illa iura ſuam declarationem reprehendit

Couarru.

Couarru.in c.cum eſſes nu.11.in fine extra de teſtamẽ. vbi communiter eſſe damnatam teſtatur, poſt Zaſiũ de pupillari ſubſtitu.nu.22. Vnde tenendum eſt, prædictã ſubſtitutionem in omnibus, tam filij, quam patris eius bo
8 nis, validam eſſe. Tertiò † infero, non eſſe veram Corraſij aliam declarationem, & limitationem prædictæ regulæ, quam ſupra reprobauimus: dum volebat hãc concluſionem procedere de iure canonico, per d.c.ſi pater, ſecus de iure ciuili. Quæ limitatio non eſt vera, quoniam idem diſpoſitum erat de iure ciuili, per d.§.ſed nec impuberis: maximè quòd legum correctio eſt euitanda, per l.1.C.de inoffi.do.l.præcipimus C. de appellati. nec diſcrimen inter ius ciuile, & canonicum eſt inducendum, ſi non appareat expreſſum, c.1.& 2. extra de noui operis nuntia. Quartò infero reprobationem alterius declarationis plurium Docto. & deciſionẽ articuli val-
9 de ſuper eo controuerſi: † volunt etenim aliqui iuris interpretes, matrem per ſubſtitutionem pupillarẽ expreſſam à legitima excludi in foro contentioſo, non tamen in foro animæ: ita limitat prædictã concluſionẽ Archid. in dicto c.ſi pater, vbi Domini Alci. de quinque pedum præſcripti.in prin. Philip. Dec. in l.precibus colu.4. vbi Corra.nu.30. C. de impube. communẽ teſtatur Gual. tt.5.caut.6.nu.2.& in eam videtur inclinare Poli. de ſub ſti.pupi.in 5.effectu, Alex.conſi.45.vol.1.& in l.Centurio ff.de vulga.Deci.in conſi. 228. quos refert Mincha. licet ipſe teneat contrariam, vt infra dicetur: Gome. in c.2.de conſtitu.in 6.nu.19.vbi inaduertenter hanc ſententiam magis cõem appellat, pro vt aduertit Couarru. in d.c.cum eſſes nu.11.de teſtamen. pro quo vltra fundamenta in prin.huius capi.adducta, induci ſolet tex. in c.fi.17.q.4.vbi filius non debet exhæredari inſtituendo

Eccleſiam. Præterea, donatio facta ab eo qui non habebat, nec ſperabat habere filios, poſtea ſuſceptis filijs, iure Poli, & non iure fori reuocatur: & quod de filijs dicit Archid. idē & de parētibus affirmāt alij dd. dicendū, arg. l. nam & ſi parentibus ff. de inoffi. teſta. Quod corroboratur, nam licet ius ciuile & canonicum, leſionem citra dimidiam iuſti pretij inter contrahentes defendāt, nec eius prætextu venditionem reſcindi debere diſponant, l. 2. C. de reſcinden. vendi. c. cum cauſam extra de emptio. & vendi. huiuſmodi tamen leſio, etiam citra dimidiam iuſti pretij, in foro conſcientiæ nō eſt permiſſa, Fran. Are. in l. ſi quis cum aliter col. pen. ff. de verb. obli. vbi aſſerit commu. eſſe, & Curti. Iun. in d. l. præcibus nu. 15. Rurſus vrget, nam l. iniuſta non obligat in cōſcientia, vt tradit Deci. vbi ſupra poſt Inno. in c. 1. de conſti. Sed iniuſtum, crudele, & maximum vitium videtur, excludere matrem à legitima ſibi in bonis filij iure naturæ debita, vt tradit Bald. in dicta l. præcibus col. 3. verſi. circa tertium, vbi Deci. nu. 10. & Corraſi. nu. 30. maximè quòd Docto. concludunt ſibi videri rigoroſam: & lex rigoroſa iniuſta videtur, c. filius noſter extra de teſtamē. Deinde vrget, nam cum legitima matri in bonis filij ſit debita iure naturali, vt in d. c. ſi pater, iure poſitiuo tolli nōn poterit, arg. d. §. ſed naturalia inſtitu. de iure natura. nam iura poſitiua contradicentia naturali æquitati, in foro conſcientiæ non ſunt ſeruanda, Inno. in c. quia plerique de immuni. Eccleſi. pro quo vrget c. ſi. 9. diſtin. & c. ſi. extra de conſue. declarat Lanzc. Galia. in rep. l. Centurio nū. 366. ff. de vulga. Et tenendo iſtam opini. reſpondet Deci. vbi ſupra ad d. c. ſi pater, eius diſpoſitionē procedere iure fori, non iure poli, de quo eſt noſtra diſputatio: nam cum ſit ius nouum, diſtinguitur per antiquum,

quium,iuxta reg.l.non eſt nouũ cum ſeq.ff.de legi. Nec oberit quod canon.debet ſeruari in conſcientia,nã huic difficultati occurrit Deci. verum eſſe quando loquitur ſimpliciter,ſecus ſi diſtingunt forum animæ, à foro contentioſo,vt in noſtra ſpecie videtur diſtinguere,per tex. in d.c.ſi.17.q.4. Et eſt aduertendum,quòd ſi hæc opin. eſſet vera, ſequeretur maxima vtilitas, quòd mater poſſet procedere contra ſubſtitutum, per denunciationem euangelicam coram iudice eccleſiaſtico, & eum excommunicare,argu. c. nouit extra de iudi. & ea quæ docet Bart.in extrauaganti ad reprimendum,in verbo, per denuntiationem,& à Curtio Iun.in d.l. præcibus nu.13.in fine,& à Barto.Soci.in l.moribus nu.21.in fine ff.de vulga.vbi dictum Archidi.dicit menti tenendum propter eius authoritatem,quia mater poterit aliquando,medio cõcordiæ aliquid cõſequi. Verum cõtraria ſententia,& verior,& receptior eſt: Imò quòd expreſſa ſubſtitutio pupillaris,matrem à legitimæ petitione excludit,non ſolùm in foro contentioſo,ſed etiam in foro conſcientiæ: & tutum eſſe in foro animæ eam excludere, tenet Bart. Soc.in l.moribus nu.21.ff.de vul.vbi Alci.nu.54.Lanze. Dec.in d.l. præcibus C.de impub.vbi Cur.Iun.nu.14.& Corne.col.2. Lanze.Gali.in repe.l.Centurio col.70.nu. 369.ff.de vul.Phi.Fran.i d.c.ſi pater de teſt.lib.6.Crotus in c.2.nota.i.de cõſti.lib.6.Alc.in c.nouit in prin.nu.41. de iudi.vt receptam ſequitur Zaſius in tracta.de ſubſtitutione,in ſubſtitutione pupillari nu.22.eam amplectitur,& communem teſtatur Ripa in d.l.moribus nu.45. Anto.Rub.conſi.69.eam etiam ſequitur & receptam communiter appellat Couarr.in d.c.cum eſſes nu.11.& in c.Rainutius §.5.nu.6.de teſtam.Mincha.ſucce.creati §.1.nu.25.& ſucce.& reſol.§.15.nu.16. quæ ſententia

conſtat

Digitized by Google

conſtat ex d.§.ſed nec impuberis,& c.ſi pater,cum quibus concordat Regia l.9.tt.5.part.6.quæ indiſtinctè loquuntur,& indiſtinctè in vtroq́, foro intelligenda ſunt, iuxta l.de pretio ff.de publici.in rem actione: licet malè Doctiſſimus Phili. Deci.adnotauerit contrarium,ſcilicet iura illa diſtinguere,quæ diſtinctio non apparet. Præterea vrget,nam canones ſunt ſeruandi in foro conſcientiæ, vt docet Feli.in c.1.fallen.6.extra de conſtitu. Nam l.canonica non permittit aliquid cum peccato, c. fi.de præſcripti.docet Abb.in c.vigilanti eod.tt. & in d. c.quia pleriq́;. Et hinc eſt,quòd qui authoritate canonis facit non peccat, cap.qui peccat 23.q.4. vrget l. Gracchus C.de adulte. Rurſus vrget,nam l.ciuilis quæ non eſt nutritiua peccati ligat, & ſeruanda in foro animæ eſt,vt bene concludit Ioan.Andre.in c.quamquam de vſuris in 6.poſt Sāctum Thomam quem ipſe refert: lex etenim iuſta in animi iuditio ſeruanda eſt, iuxta glo. in c.quæ in Eccleſiarum de conſti. Abb.Fel.& Dec.nu. 8.in c.1.eod.Iaſ.in l.nemo poteſt nu.106.ff.de lega. 1. Coua.in d.c.cum eſſes nu.6. extra de teſtam. Sanctus Tho.1.2.q.96.arti.4.vnde cum in dictis iuribus cautum ſit,quòd mater priuari poſſit legitima, mediante pupillari ſubſtitutione,ſecurum erit & in foro conſcientiæ. Nō
10 † obſtat c.fi.17.q.4.nam reſpondet Galia. vbi ſupra nu. 372.quòd in primo illius tex.caſu, nec in foro contentioſo,nec in iudicio animæ,ex aliqua iuris parte, propter Eccleſiam erat licita filij exhæredatio: & in ſecundo caſu,donatio ſubſceptis poſtea liberis, tam foro fori, quam foro poli reuocatur,per l.ſi vnquam C. de reuocan.donati.nec eſt lex quæ diſponat contrarium. Sed ſolùm in hoc reperitur diſcrimen, quòd forum fori nō diſponit,quòd bona donata naſcentibus filijs debeāt nō

petenti reſtitui, nec contrarium cauit: Sed forum poli bene vult, quòd etiam patri inopinanti, & non petenti debeat fieri reſtitutio, ſuſceptis iam liberis: & ita intelligere nouiter illum tex. aſſerit. Vnde intelligit, quòd reuocatur donatio vltra legitimam, contra quod communiter ſentiunt Doctor. poſt gloſ. & Bartol. in l. Titia §. Imperator ff. de legat. 2, quod nunc non examino. Sufficit tamen pro ſolutione illius tex. intelligere, quòd ille tex. loquitur in caſu diuerſo; nã ĩ noſtra ſpecie nulla differentia reperitur expreſſa inter forũ poli, & fori: nec eſt ratio quare diſcrimẽ ſit inducendum inter vnum, & alterum forum: nam in caſu certo & manifeſto, vbi nõ agitur de his quæ conſiſtunt in corde, vel cõiecturis, vel præſumptionibus, aut alijs aliter occultis, ius canonicũ non conſtituit aliquid diſpoſitiuè quod ſit peccatũ: imò ſi hoc faceret, non eſſet canon, c. ſunt quidam 25. q. 1. c. fi. 9. diſt. c. fi. de conſuet. c. fi. de præſcriptio. Sed in noſtra ſpecie l. canonica diſpoſitiuè decernit, quòd ſubſtitutus etiam legitimam habeat in præiudicium matris: Nec lex eſt iniuſta, nam iuſtum & æquum eſt, quòd diſpoſitio bonorum filij, conſilio, & pietati patris committatur: Nec matri eſt iniurioſa, cum iuris diſpoſitione fiat: Nec eſt riguroſa diſpoſitio, ſi conſideretur quòd olim mater etiã à ſucceſſione inteſtati filij remouebatur, & per agnatum quemlibet, etiam remotiſſimum excludebatur, vt apparet ex prin. inſti. ad Tertu. ſed qui poterat excludi abinteſtato, à fortiori condito teſtamento, argu. §. eadem, inſtitu. de hæredi. quæ ab in. defer. maximè quòd non eſt rigor, cum receptiſſimum ſit, quòd legitima nõ ſolùm parentum, ſed etiam liberorum, lege vel ſtatuto poteſt tolli, vt ſupra concluſum eſt: itaq; non eſt de illo iure naturali debita, quod tolli lege poſitiua non valeat, vt ſupra.

pra demonſtrauimus. Nec oberit quòd aliquibus videatur dura, & rigurosa: nam licet vni,& alteri,& pleriſq; videatur duriſſima, † legis vim habere non deſinit, arg.l.proſpexit ff.qui & à quibus: Iuſtam etenim eſſe legem, cùræ eſſe legislatori debet tempore quo fertur, c. erit 4.diſtin.nam poſt eam latam, non de ipſa iudicare, ſeu diſputare, ſed ſecundum ipſam iudicare oportet: et ſi multis iniuſta,& dura uideatur: nec ratio reddenda eſt, l.non omnium ff.de legi.ſed ſatis eſt, quòd legislatori iuſta uiſa fuerit, potueritq; habere aliquem honeſtũ finem, arg.l.1.§.1.ff.de poſtula.nã vt tradit Mincha. ſucceſſi.crea.§.20.nu.292.ſicut Reſpublica diutius conſiſtere ſine legibus non poſſet, ſimiliter nec cum ipſis, ſi de earũ ratione, & iuſtitia paſſim temereq; liceret diſputare, arg.proem.inſti.ibi, legibus armatam. Nec enim legibus, ſed opinionibus iudicaretur: quod non eſt admittendum, quando non eſſet euidenter diſpoſitio iniqua. Concludo igitur, ſubſtitutionem expreſſam pupillarẽ, matrẽ ẽt à petitione legitimæ excludere,& nõ ſolùm de iure canonico, ſed etiã de iure ciuili,& tam in foro poli, quam fori,& tam de bonis filij, quam parẽtis teſtatoris. Quæ cõcluſio nõ ſolùm receptior eſt, ſed iuſta & æqua: † patitur tamẽ declarationem, quòd matri inopi & pauperi tenebitur ſubſtitutus præſtare alimenta, vt concludunt Ripa, Zaſi. Alci. vbi ſupra Couarru. in d. c. cũ eſſes Mincha. ĩ d.§.15. quæ declaratio,& vera,& recepta eſt.

11 (margin, at "riſq; videatur duriſſima")
12 (margin, at "† patitur tamẽ")

SVMMARIVM.

1 *Doctores priores in gradu doctoratus, præcedunt posteriores. item priores in ordine, præferuntur posterioribus.*

2 *Prioritas in receptione gradus doctoratus, an magis attendatur quam prioritas in ordine, ſeu admiſsione ad collegium.*

3 *Doctorem*

3 *Doctorem nouiorem anteriori præferri eſt iniquum, & iniuſtũ: & an conſuetudine induci poſsit.*

4 *Intellectus ad l. 1. C. de Conſuli. lib. 12.*

5 *Prioritas receptionis doctoratus adeò in prælationibus eſt in conſideratione, quòd non tollitur per alias qualitates, quæ regulariter attendi ſolẽt.*

6 *Doctor in canonicum tardius receptus, præfertur canonico prius recepto.*

7 *Epiſcopus quando intereſt in aliquo collegio, non vt prælatus illius collegij, ſed vt ſingularis de collegio, non habet caput, licet habere debeat ſecundum locum.*

8 *Rector ſtudij præcedit Epiſcopum ſcholarem illius ſtudij.*

9 *Vicarius, vt canonicus in choro, & capitulo, ſedebit in loco aliàs ſuo, licet in loco in quo intereſt vt Vicarius, debet habere locũ maioris.*

10 *Redditur ratio differentiæ inter doctorem, & Vicarium.*

11 *Diſpenſatio facta circa vnum, non porrigitur ad alium.*

12 *Ordo ſcripturæ, maximè in prælationibus attenditur.*

13 *Digniora ſunt præferenda.*

14 *Statuta non recipiunt interpretationem extenſiuam.*

15 *Doctores præferuntur in prælationibus, non tamen in commoditatibus: & nu. 20.*

16 *Doctores præcedunt in honoribus delatis, non in deferendis, vt in electionibus.*

17 *Argu. à ſimili non procedit in ſtatutis, quando eſt aliqua diſsimilitudo, etiam parua.*

18 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi: & nu. 6.*

19 *Doctor antiquior penitus ignarus, præfertur doctori iuniori, dummodo non ſit excellens iunior.*

20 *Dignitas ſignificat honorem, & præeminentiam.*

21 *Conſuetudo in interpretationibus in primis eſt attendenda.*

22 *Conſuetudo in prælationibus conſideratur.*

23 *Interpretatio ſemel in ſtatutis, & ſtipulationibus eſt facienda.*

24 *In conſilijs requirendis, antiquitati ſemper defertur.*

25 *Senior non ſolùm intelligitur qui ætate abundat, ſed etiam qui prudentia.*

26 *Rector collegij finito officio redet ad locum aliàs ſuum.*

27 *Licentiatus prior in licentia, poſterior in gradu doctoratus, an ſit præferendus: & quid ſi in alia vniuerſitate, vel facultate recepit doctoratum.*

In prælationibus collegialium, aut canonicorum, an conſideretur potius prioritas receptionis doctoratus, an verò prioritas in admiſsione ad præbendam. Cap. XIIII.

RECEPTISSIMVM in iure eſt, 1 † Doctorē in receptione doctoratus anteriorem, præcedere alios Doctores debere, glo. ab omnibus recepta in l. cum quid ff. ſi certum peta. vbi Bartho. Soci. & Deci. nu. 15. Abb. Areti. Feli. & Deci. in c. clerici de iudi. vbi omnes per l. 1. ff. de Albo inſcribendo. Et ſimiliter videmus receptum eſſe, admiſſionis ordinē in prælationibus ſeruari, quod etiam ex prædicta l. 1. colligi poteſt. Vnde paſſim inter collegiales, & canonicos dubiū
2 occurrit, vtrū † prioritas in receptione gradus, an verò prioritas in admiſſione ad collegium, vel in canonicū, in prælationibus magis attendi debeat. Sed quia in anno proximè præterito articulus iſte controuerſus fuit, pro deciſione huius quæſtionis breuiter inſeram, quæ ſuper eo articulo tunc conſideraui. Et reſolutio in eo ſit, Doctores in receptione gradus doctoratus priores ſedendo, loquendo, & in alijs ſimilibus prælationibus, Doctores in receptione gradus poſteriores, & in admiſſione priores anteire debere: quod ex iure communi ſtatutario, & conſuetudinario, & ex alijs rationibus apparebit. Primò incipiendo à vetuſtiori iure, & origine, de iure communi

communi probatur per l.1.ff.de alb.inſcrib.ibi, & inter Duumuirales antiquiſſimus quiſq; prior l.1.C.de Conſul.lib.12.ibi,pares verò inſulis conſideratione tantùm temporis anteire c.1.extra de maio.& obed.glo.in verbo,primum locum c.ſtatuimus eo.titulo, vbi Doctores:
3 † abſurdum etenim,& valde iniquum eſt, vt noui antiquis præferantur c.ſtatuimus 61.diſtin. & antiquior intelligitur dignitate,& gradu,vt docet Phi.Dec.loquendo de doctoribus in l.cum quid nu. 7. ff. ſi cert.peta. & ſentit glo.prædicta. Imò non ſolùm eſt abſurdum, & iniquum,ſed etiam inhoneſtum,nec conſuetudine induci poſſe docet Abb.in d.c.ſtatuimus, verſic. nota contra conſuetudinem,de maio.& obed. quod an verum ſit in
4 fine dicetur. Nec oberit l.1.C. † de Conſul. lib. 12.ſupràcitat.verſi.fi.vbi habetur,quòd inter pares dignitates habentes,ille debet præcedere qui prius adeptus eſt dignitatẽ: tamen ſi prior in Conſulatu,Patriciatus honorem poſtea conſequatur,præfertur ei qui medio tempore conſequutus eſt Conſulatũ,& Patriciatum. Vnde videtur dicẽdum,quòd cum prædicti doctores ſint priores in admiſſione ad collegiũ,licet in doctoratu ſint poſteriores,debeant præponi receptis in collegio,& doctoratis medio tempore. Nam vltra reſponſionem, quæ colligi poteſt ex gl.ibi,videlicet quòd l.illa habet varios intellectus,vñ in ea fieri nõ põt fundamentũ,Bar.in l.in ambiguo ff.de rebus dub.Itẽ quia ſecũdũ vnũ intellectũ noſtra approbatur ſententia:tamen occurri poteſt ex Iaſo.in l.cum quid.1.lectura nu.16.ff.ſi cert.peta.& in l.filiæ licet nu.8.C.de collation. videlicet quòd ibi vtraq; erat dignitas,tã Conſulatus,quam Patriciatus, vnde nimirum ſi præferatur,& conſideretur prioritas in Conſulatu.Secus tamen eſt in noſtra ſpecie,in qua licet per do

ctoratus gradum habeat quis dignitatem, non tamẽ per
admiſſionem ad collegium : vnde cum receptio in colle
gio ſcholarium (licet maximi ponderis ſit) non ſit digni
tas, prioritas non eſt in conſideratione, quando eſt prio
ritas gradus, pro quo ipſe adduco Phili. Deci. doctrinã
in c. clerici nu. 4. aliàs eſt nu. 9. extra de iudicijs, vbi con
5 cludit, quòd priorioritas † temporis in receptione doc
toratus, adeo eſt in conſideratione, quòd non tollitur
per alias qualitates quæ ſolent in prælationibus attẽdi,
videlicet quòd ſit ditior, &c. Nam prædictæ, & aliæ ſi-
ne dignitate qualitates, conſiderantur data paritate, cæ-
teriſq; paribus, vt colligitur ex Bal. in l. nemini in fina.
verbis C. de aduoca. diuer. iud. ex Feli. nu. 4. in Rub. ex-
tra de maio. & obed. ex Deci. vbi ſupra expreſſius, vbi di
cit, quòd imparitas intelligitur in tempore receptionis
dignitatis, vel gradus: & hoc eſt quod voluit Bart. in l. 1.
ff. de obſeq. à paren. ſeu pa. lib. ſeu lib. præſt. vbi tradit,
quòd quando quis eſt maior tempore, nõ deuenitur ad
alias qualitates: pro quo maximè vrget allegata l. 1. C.
de Conſu. lib. 12. in prin. ibi, pares verò inſulis conſidera
tione tantùm temporis anteire: vnde tãtùm debet con
ſiderari prioritas in dignitate, nõ autem aliæ qualitates,
vt prioritas in receptione collegij, cum non ſit dignitas.
Quod corroboratur magis in ſpecie, per tradita à Feli.
in Rub. de maio. & ob. nu. 4. & 25. expreſſius in c. clerici
nu. 7. extra de iudi. vbi poſt Alex. in l. cumquid nu. 8. ff.
ſi cert. petat. & Anchara. in c. 1. de parroch. docet, docto
rem in canonicum tardius receptum, præferendum eſſe
canonico prius recepto: & in propria ſpecie tradit Ro-
ma. in l. ſi verò §. de viro. ff. ſolu. matri. ſal. 53. in princi.
nu. 87. verſi. nono defertur ſeſſione: quòd poſterius re-
ceptus in collegio ſi ſit maior dignitate, vel ordine, præ-
fertur

fertur prius recepto: & maior intelligitur quis, non ſolùm reſpectu eius qui non habet dignitatem, ſed illius qui poſterius eam eſt conſequutus, vt apparet ex ſupradictis: Et hoc eſt de iure communi, & ſi contrarium ſeruatur in aliquo collegio, hoc prouenit ex ſtatutorũ cautione, quia habent ſtatuta expreſſa iuris communis correctoria: aliter autem in caſu omiſſo, relinqueretur diſpoſitioni iuris communis, per iura vulgaria. Et ſi ſtatuta eſſent dubia, ſimiliter eſſet ſtandum iuri communi, à quo recipiunt interpretationem, Bar. in l. omnes populi nu. 55. ff. de iuſti. & iu. vbi Goz. num. 250. per l. 2. C. de noxali. actionib. Nec obſtat cõſideratio quã aduerſarius pro ſe multũ vrgere putat, dũ perpendit glo. in c. à collatione de appellationibus lib. 6. in verbo, prælatus: de quo meminit Deci. in Rub. C. qui admitti 2. lectura nu.
7 90. vbi † ſi Epiſcopus interfuerit in capitulo, vt canonicus, non debet præferri vt Epiſcopus, quia & ſi ſit Epiſcopus, ibi vt canonicus adeſt, & conſideratur canonicus, abſtrahendo eum ab Epiſcopali dignitate: cum autẽ conueniunt collegiales publicè, vt collegæ, nõ vt doctores, magis conſideranda videtur prioritas in receptione in collegio, quam in receptione gradus. Nam reſpondeo, quòd adducit contra ſe exẽplum, nam vt voluit Domi. ibi, & Abb. in c. poſtulaſti nu. 8. de conceſſio. præb. Nicola. Boeri. in tracta. de authorit. magni conci. nu. 65. Epiſcopus quando intereſt in aliquo collegio, non vt prælatus illius collegij, ſed vt ſingularis de collegio, licet non debeat habere caput illius collegij, quamuis digni-
8 tas ſua ſit dignior dignitate præſidentis (vnde † Rector ſtudij præcedit Epiſcopum ſcholarem in illa ſtudio) propter eius tamen excellentem dignitatem, debet habere ſecundũ locum, nec ſedebit in loco aliàs ſuo, & ita

contra

contra eum vrget. Melius adducere poſſet exemplum
9 de Vicario, † qui licet in actu in quo intereſt vt Vica-
rius, debet habere locum maioris, Roma. conſi. 340. ta-
men quando eſt in choro, vel in capitulo, vt canonicus,
ſedebit in loco aliàs ſuo, vt prædicti Docto. concludunt.
Sed nec prædictum fundamentum obſtat, cum ſit diuer
ſa ſpecies, & in propria noſtra ſpecie expreſſum reperia
tur contrariũ in iure, vt ſupra dictũ eſt in prin. nempe ca
nonicum doctorem, vel habentem aliam dignitatem,
tardius receptum, præferri canonico prius recepto, &
prioritatem receptionis in collegio non conſiderari, qñ
10 eſt maioritas dignitatis. Ratio differentiæ † inter Vica-
rium, & doctorem poteſt eſſe, nam priuilegium prælatio
nis, Vicario ratione officij conceſſum eſt, vnde nimirum
ſi vbi non ſtat vt officialis, non habeat prælationem: do
ctori verò conceditur ratione dignitatis, vt docet Aret.
in c. clerici nu. 14. & Feli. nu. 5. & Deci. nu. 15. quæ per-
ſonæ debetur, & cohæret: quod corroboratur do-
ctrina Bartol. in l. maximarum C. de excuſation. mune.
libr. 10. vbi tradit per text. ibi, quòd priuilegium con-
ceſſum ratione officij, expirat finito officio: ſed conceſ-
ſum ratione dignitatis, non expirat nec finitur finita ad
miniſtratione. Præterea, hoc fundamentum alio non
paruo morbo laborat, quod amplius quã oporteret ſi le
gitimum eſſet probaret: nempe dignitatem doctoralem
in prælationibus non attendi, quod eſt contra ea quæ la
tè, expreſsè, & clarè concludunt dd. omnes in c. clerici
de iudi. in l. cumquid ff. ſi cert. petatur. Imò retorqueo
prædictum fundamentum contra eum, nam ipſe fuit ad
miſſus ad locum theologiæ, & tranſtulit ſe ad facultatẽ
iuris canonici, & ciuilis, contra ſtatutorũ expreſſam pro
hibitionem 1. & vltim. diſt. 2. vnde cum non ſtat in colle
gio,

Digitized by Google

gio, vt iuriſta, ſed vt theologus, non debet iuuari gradi-bus iuris ad prælationes: & licet priuilegium doctoris debeatur dignitati, iure communi, fortè de iure ſtatuario erit ſecus, in his doctoribus qui in alia facultate, quã in ea ad quam fuerunt admiſſi, gradum receperunt: qui ſunt odioſi, vt apparet ex ſtatu. 15. diſtin. 3. Nec prædictis refragatur ſi dicatur, habere diſpenſationem, vt valeat audire ius canonicum, vel ciuile: nam reſpondeo, quòd licet hoc ſit verum, & prædicta diſpenſatio habeat derogationes ſtatutorum, & alias ſolemnitates neceſſarias (quod non fatemur, nec præſumitur niſi probetur, cum in facto conſiſtat l. ſi emancipati C. de collatio.) nõ tamen debet intelligi in præiudicium tertij, cum priuilegia nunquam intelligantur conceſſa in præiudicium tertij, c. quamuis de reſcriptis in 6. nec in alterius iniuriam ſunt trahenda, l. impuberi ff. de adminiſt. tuto. l. cum filio fam. ff. de teſtam. mili. l. cum auus C. de eman. liber. Et hinc eſt quod tradit Bart. receptus in l. 2. de decurion. doctorem reſtitutum ad collegium, non recuperare primum locum, in præiudicium eorum qui medio tempore
21 ſunt doctorati. Præterea † diſpenſatio facta circa vnũ, non porrigitur ad alium, Bar. per tex. ibi in l. cũ propter nu. 1. ff. de lega. præſtan. Secundò, iure ſtatuario eſt expreſſum ſtatu. 8. diſt. 3. vbi cautum eſt in prin. doctores debere præcedere, ſeu præponi voce, & ſeſſione in menſa, Sacello, & in alijs locis publicis, ſecundum gradus dignitatis, vt theologi canoniſtis, canoniſtæ legiſtis, legiſtæ medicis præponatur: Deinde in verſi. & ſi qui fortè, quod continuatur cum prin. innuit, quòd ſi ſint pares doctores ſciẽtiarum, videlicet dignitate (vt quia ſunt theologi, aut canoniſtæ) præponantur qui primò receperunt gradum: cum autem in noſtro caſu omnes doctores ſint

pares

pares in gradibus, quilibetq́; eorũ ſit in vtroq; iure doctor, qui prius gradus percepit, debet ante poni: & cum ſtatutum generaliter loquatur, nec diſtinguat de ordine receptionis, vel ſi recepit poſt quadrienniũ collegij gradus, generaliter debet intelligi, & nos non diſtinguere debemus, iuxta l. licitatio cum vulgaribus ff. de publi. in rem actione, glo. in c. contra chriſtianos de hære. lib. 6. Nec valet dicere, verbum illud, pares, appoſitum in ſta. referri etiam poſſe ad imparitatem ordinis receptionis in collegio: nam ſi bene conſideratur illa clauſula, refertur ad principium tantùm cum quo continuatur, & ſic ad imparitatem dignitatis gradus, de qua ibi agitur, non autem ad imparitaté ordinis receptionis. Et quòd ita debeat intelligi, magis apparet ex verſi. ſeq. ibi, inter verò habentes pares dignitates, ordo receptionis in collegio ſeruetur: cum autem inter habentes pares dignitates eccleſiaſticas, prouiſum eſt quòd attendi debeat ordo receptionis, conſtat quòd inter habẽtes pares gradus, de quibus in verſi. præced. actũ eſt, non vuult quòd conſideretur ordo receptionis, quia aliàs eſſet vnum verſi. ſuperfluum, & ſuperfluitas nunquam eſt præſumẽda, argu. tex. in prima conſti. Ç. §. quibus. Præterea pro hac ſententia expendo ſta. illud dupliciter in verſi. ſi verò, vbi inquit, ſi verò ſimul recepiſſent tales gradus, vel ſimul admiſſi eſſent ad collegium, iudiciũ ſit Rectoris, & conſiliariorum, quis ordo inter ipſos ſeruari debeat. Vnde conſidero ſta. nam quando ſimul receperũt gradus, eſt iudicium Rectoris, & cõſiliariorum, quis debeat præponi, nec attenditur ordo receptionis in collegio, à fortiori dicendum eſt, quòd quando conſtat de prioritate receptionis gradus, ordo receptionis in collegio non ſit in conſideratione. Secundo modo expendo ſta. illud

in illo

Digitized by Google

in illo verſi.ſi verò,præmittendo quòd in prælationibus
12 ordo † ſcripturæ maximè attéditur,Alex.in l.cum quid
nu.8.ff.ſi cert.peta. Iaſ.in l.2.§.prius ff.de vulg. & pupil.
expreſſius Cardi. Alexandr. in c. Iſidorus 16.diſt. Hoc
præhabito,dicit ſta.ſi verò ſimul recepiſſent tales gradus, vel ſimul àdmiſſi eſſent,nam prius conſideratur ibi
prioritas receptionis gradus,quam prioritas, & tempus
receptionis in collegio,vnde ſecundum ordinem ſcripturæ magis attendi debet, cuius Ratio ea potiſſima eſt:
nam quo ad ius dignior eſt receptio doctoratus, quam
admiſſio ad collegium,cum per doctoratum conſequatur quis dignitatem,vt tradunt ſecurè doctores in c. clerici de iudici.in alleg.l.cum quid,vbi Deci. & Iaſ.quod
13 non euenit in receptione collegij,vnde digniora † ſunt
anteponenda,glo.in §.aliã,ver.altiori loco inſt.de bon.
poſſe. Imò ſi optimè conſideretur, verbum pares, non
poteſt verificari in paritate receptionis in collegio, nã
ſi ſimul ſunt admiſſi,ſtatim datur antiquitas ordinis per
Rectorem,& conſiliarios,iux.eundem ſta.verſi. ſi verò:
vnde iam quando recipiunt gradus, non ſunt pares in
ordine receptionis. Rurſus pro hac ſententia conſidero ſta.4.diſt.3.ibi,inter pares autem antiquitate ſumpti
gradus,tum prout quiſque antiquiſſimus fuerit in collegio &c.vult etenim ſta.etiam in illo caſu ſpecialiſſimo
(in quo vt infra dicetur præponitur aliquo caſu non
doctor doctori) debere potius attendi prioritatem receptionis gradus,quam receptionem collegij: nam dũ
innuit quòd quando ſunt pares in receptione gradus,
conſideretur ordo receptionis,vult caſu cõtrario,quando conſtat de prioritate ſumpti gradus, non debere attendi ordinem receptionis ad collegiũ,per Regul.quod
in vno caſu conceditur, in alio negatur: quam locum

habere in ſtatutis teſtatur Mari. Soci. Iun. in conſi. 6. parte 1. nu. 25. fol. 20. vrgent tradita per Iaſ. in l. ſi quis ita ff. de vulg. Nec oberit prædictum ſta. 4. in prin. vbi cautum eſt, anteriorem collegialem in receptione in collegio, præferendum eſſe doctori qui ante quadriennium collegij gradum doctoratus recepit, in electione cubiculi: nam reſpondeo, quòd illud ſta. in ſuo tantum procedit caſu ſpeciali, nec ad prælationes de quibus agimus,
14 & loquitur ſta. 8. extendi debet: cum † ſtatuta non recipiant interpretationem extenſiuam, nec in eis ſit licita extenſio, iux. l. quidquid aſtringendæ, vbi dd. maximè Iaſ. adnotant ff. de verb. oblig. declarat latè Ludoui. Goza. in l. omnes populi nu. 268. ff. de iuſt. & iur. l. ſi verò §. de viro, & l. ſi conſtante ff. ſolu. mat. & hoc præcipuè procedit vbi eſt diuerſa ratio, vt in noſtra ſpecie: nam licet in honoribus, & prælationibus (maximè in locis publicis) velit ſta. 8. quòd omnimodo doctores præponātur, non tamen vult, quòd ſemper idem ſit in commoditatibus, vt in electione cubiculi: quod ſatis eſt conſonum iu-
15 ri communi, in quo † licet doctores in honoribus delatis, hoc eſt in prælationibus (de quibus hic agitur) præferātur, per l. 1. ff. de alb. inſcrib. l. 1. C. de Cōſulibus lib. 12. declarat Deci. in c. clerici nu. 10. aliàs 38. extra de iudi. non tamen hoc procedit omnimodo in commoditatibus, in quibus non conſideratur gradus, vel dignitas, ſed omnes de aliquo collegio pariter percipiunt, iux. gl. in c. ſtatuimus extra de maio. & obed. per c. omnes, et c.
16 cum M. Ferrarienſis extra de conſtitu. † ſicuti non attenduntur in honoribus deferendis, ut in electionibus, vt tradit Deci. vbi ſupra in dicto c. clerici poſt Abb. ibi, & Bartol. in l. 2. §. prius ff. de vulg. per tex. in l. honores in prin. de decurio. & in authen. de monachis §. ordinationem,

nem, & in l.vnicuique C.de Proxe.Sacri Palatij: quod corroboratur à traditis per Abb.in c.1.extra de maio.& obe.vbi dicit, quòd in reuerentialibus, & honoribus impendendis, maioritas in prioritate dignitatis ponderatur, facit quod tradit Felin.in Rub.de maio.& obe.num. 24.per c.cum olim de conſuetu. quod non dicitur pati præiudicium in reditibus, cui alius præfertur in ſeſſione: Quod fortius procedit ſi cōſideratur, quòd attento hoc fundamento, non ſolùm poſteriores doctores in gradu (de quibus dubitatur) ſed etiam alij non doctores priores in receptione deberēt præponi, ſicuti in ſpecie illius textus anteponuntur. Vnde ſi illud ſta.hoc diſponeret in prælationibus, eſſet correctorium iuris communis, nā vt ſupra dictum eſt, de iure communi prior gradu, vel dignitate, præfertur poſteriori, & à fortiori non habenti dignitatem, vel gradum: & ad corrigendum, extenſionem non debere admitti manifeſtiſſimum eſt, cum ſit legum correctio euitanda l.1.C.de inoffi.dona.& ſtatuta ſecundum ius commune intelligenda, vt ſupra dictum eſt. Imò aliàs diceremus, quòd illa duo ſtatu.eſſent contraria, dicit etenim ſta.4.inter pares autem antiquitate ſumpti gradus, prout quiſq; antiquiſſimus fuerit in collegio, &c.in ſta.verò 8.cautum eſt, ſi verò ſimul recepiſſent gradum, iudicium ſit Rectoris, & conſiliariorū, quis ordo inter ipſos ſeruari debeat, vnde cum in vna & eadem ſpecie diuerſimmodè diſponant, conſtat quòd vnū ſta.nō debeat declarari per alter. Nec obſtat ſta.15.diſt. 3.nā licet doctores qui ante quadriēniū collegij recipiunt gradū, nō debeāt frui ſubſidio, nō tñ per hoc tollitur, quòd nō debeāt habere prælationes, cū ſit maxima differētia, magiſq; debeatur doctoribus honor delatus, & prælationes, quā cōmoditates, vt ſ. probatū eſt: imò

 præſuppo-

præſuppoſito (ſine veritatis præiudicio) quòd illud fun damētū eſſet cōcludēs, eſſet cōe, & maximè cōtra prædi ctū doctorē iuniorē in gradibus, poſſet retorqueri, nam ibi ēt negat ſubſidiū, eis qui ī alia facultate, quā in ea ad quā admiſſi fuerūt recipiūt gradū, vt prædicti dd. rece- perūt: vñ in pari cā, potior debet eē doctorū antiquorū in gradu conditio, cū poſſideant, iux. iura vulg. Nec ob ſtat ſta. 20. fol. 21. vbi qui ante quadriennium collegij gradum recepit, tenetur audire lectiones ordinarias, ſe cus qui poſt quadriennium, ſeu approbante collegio eſt factus doctor, vnde cum ſufficiētiā eius magis videātur probare ſtatuta, debet in prælationibus honorari. Reſ- pondeo ad illud ſta. ſicut ad alia loquentia de quadrien nio, quæ ſolùm habent locum in ſuis caſibus ſpecialibus, in electióne cubiculi, in ſubſidio, in audiēdo: & ita obſer uatur, & conſuetudine obſeruatum eſſe diu ex libris ap

27 paret. Nec ex prædictis ſtatu. eſt † ſummendum argu. à ſimili, vt extendantur ad prælationes, nam prædictum argum. non procedit in ſtatutis, quādo eſt aliqua diſſimi litudo, etiam parua, vt docet Fell. in c. 2. extra de ſpon- ſali. poſt Anto. in c. fi. colu. 44. de conſuetu. Item quādo

28 ſequeretur correctio iuris communis, † cum ſta. recipiāt interpretationem à iure communi, Bart. in l. omnes po- puli nu. 55. ff. de iuſt. & iur. l. 2. C. de noxali. action. Item quando ſequeretur abſurdum, nam abſurda ſunt euitan da, c. venerabilem, de electio. ſed ſi extenderentur ad no ſtram ſpeciem, iunior doctor antiquior in gradu, præce deret antiquiorem, quod eſt contra ius commune, abſur dum, iniquum, & inhoneſtum, vt ſupra dictum eſt: nec per hoc ſta. magis ſufficientiam corū qui poſt quadrien nium gradum receperunt, videtur probare: ſed vult re- leuare eos ab onere audiendi, ſicut voluit concedere

magis

magis his electionem cubiculi, in ſta.4. & ſubſidiū in ſta. 15.diſt.3. Imò præſuppoſito (ſine veritatis præiudicio) quòd illud ſta.probaret, dd.poſt quadtiennium collegij factos, eſſe doctiores, & peritiores, adhuc antiquiores
19 gradu anteponi debent, nam † doctor antiqnior iuniori doctori doctiori, & magis idoneo præfertur, dummodo iunior non ſit excellens, ita vult Deci. in c. clerici extra de iudi.nu.30.verſ.quarta regula, expreſſius nu. 43.verſ. ſextò limitatur: quod fortius corroboratur ex Barto. in l.1.C.de anon.ciuita.circa principium, & Areti. in dicto c.clerici extra de iudi.nu.14.cum ſequentibus, Feli. nu. 5.Deci.nu.15.ex eodem Felino in Rub. nu. 7. de maio. & obe.vbi concludunt, doctorem antiquiorem penitus ignarum, & etiam eum qui corruptis doctoribus dignitatem doctoratus conſequutus eſt, gaudere priuilegio doctoris, præferendumq; eſſe iuniori doctori perito : nam licet doctor ignarus, & imperitus ſit indignus doctoratu, dignitas tamen in ipſo collata valet, vnde quouſque non priuatur doctoratu, debet gaudere priuilegio digni
20 tati doctoratus conceſſo : nam † hoc ſignificat dignitas, videlicet honorem, & præheminentiam, vt tradit Bart. in l.1.C.de dignita.lib.10.Ant.& Iuniores in c.1.de conſuetu. Et quod prædictum ſta. 20.dicit, ritè factus, non debet intelligi, quòd dd.qui ante quadriēnium collegij gradū receperunt, nō ſint ritè, nec legitimè facti, prout aliqui male volunt, quorum intelligentia à mēte, & verbis ſtatutorum eſt penitus extranea : nam verbum illud ritè, exponi debet, id eſt approbante collegio Bononiæ, vt colligitur ex ſta.4.ibi, approbante collegio, & ſta. 15. ibi Bononiæ collegio ſufficientiam approbāte: vnde ſenſus eſt illius ſta. quòd vt habeat doctor priuilegium de quo ibi, duo requiruntur copulatiuè, videlicet quòd re

cipiat

cipiat doctoratum poſt quadriennium,& inſuper appro bante collegio Bononiæ. Et ſimiliter reſpondetur ad ſta. 16.diſt.5. vbi vltimus receptus habet claues, quod ſeruaretur etiam in doctore, nam vt ſupra dictum eſt, licet vellit ſta. quòd doctores honorentur, & venerentur in locis publicis, vult tamen quòd commoditas, & ſeruitium ſint communia, quod eſt conſonum iuri cōmuni, vt ſupra dictum eſt. Tertiò autem probatur iure conſuetudinario,& vſu, nam obſeruatur, & ſemper obſeruatum eſt, quòd ſta.illud 8.diſt. 3. intelligatur indiſtinctè, quòd doctores habeant prælationes, ſiue ante quadriennium collegij, ſiue poſtea gradum receperunt: & non ſolùm contra non doctores, ſed etiam contra alios doctores in receptione collegij priores: & nunc ſunt tres in collegio doctores, qui & ante quadriennium collegij gradum receperunt,& prælationibus vſi ſunt, contra nō doctores,& doctores: nec extat memoria in contrariū, niſi de quodam qui ante admiſſionem ad collegium recepit doctoratum,& non habuit præheminentias doctoribus conceſſas, negligentia fortè ſua, vel culpa tū temporis Rectoris, vel alia de cauſa quam ignoramus. Sed eodem tempore plures receperunt gradum doctoratus ante quadriennium,& habuerunt prælationes. Et hoc
21 maximè vrget, quia in interpretationibus, † conſuetudo in primis eſt attendenda, quia eſt optima legū interpres l.ſi de interpretatione ff.de leg. declarat Aug.Bero.in c. 1.extra de conſti.nu.258.vbi ampliat ſequendam eſſe in interpretationibus, etiam ſi non ſit præſcripta, vel diuturna, prout regulariter requiritur, quod ante eum voluit Anto.in c.ſi.verſi.ex his extra de conſti. de quo articulo optimè loquitur Maria.Soci.Iun.conſi. 25. nu.112. parte 2.& conſi.25.nu.17.parte 1.vbi affirmat ſequendam

dam eſſe conſuetudinem in interpretationibus, etiam ſi ſit opus verba ſta. impropriari: Silueſt. in §. ex non ſcripto nu. 28. vbi ampliat, locum ſibi vendicare, quãuis poſtea conſtet quòd interpretatio non ſit bona, poſt Abb. in c. cum dilectus 7. nota. de conſu. Imò quòd potius eſt in noſtra ſpecie, conſuetudo in contrarium eſſet inualida, tanquam inhoneſta, iux. Abb. doctrinam in c. ſtatuimus verſi. nota contra cõſuetudinẽ: quod optimè iuuatur per ſupradicta, videlicet quòd eſſet abſurdum, & iniquum, quòd iuniores antiquis dignitate, vel gradu præferantur, Deci. in l. cum quid nu. 7. ff. ſi cert. peta. abſurdum autem, & iniquum non poſſe per conſuetudinem induci non dubium eſt: quamuis in hoc Feli. tenet ibi
22 contra Abb. quòd valeat conſuetudo. Præterea † vrget, nam in prælationibus conſuetudo attendi debet, Card. Alexan. in c. Epiſ. 17. diſt. in fine poſt Gemini. ibi. Quartò probatur ratione, quia in hac noſtra ſpecie iam non eſt locus interpretationi contra dd. antiquiores in gradu, nam adeſt alia interpretatio in eorum fauorẽ in propria ſpecie, & etiam in fortioribus terminis, in qua declaratur, doctorem priorem in gradu, non ſolùm qui ante quadriennium collegij, ſed etiam ante admiſſionẽ, & in alia vniuerſitate gradum recepit, præcedere debere doctorem poſteriorem in gradu, & priorem in receptione collegij, licet gradum receperit in collegio vni-
23 uerſitatis Bononiæ: & † in ſtatutis & ſtipula. interpretatio ſemel faciẽda eſt, Bertach. in repertorio ſuo ĩ verbo interpretatio verſi. 16. poſt dd. maximè Pau. nu. 7. & Iaſ. nu. 8. in l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig. quibus ſufragatur ſta. 26. diſt. 4. ibi, eorum declarationes totum collegium accipere, & ſequi teneatur. Non obſtat quòd dicit, deueniendum eſſe ad coniecturas, nã verba ſtatu.

noſtrorum

noſtrorum intelligi debent planè,& queadmodũ ſcriptura ſonat,vt cauetur ſta.16.diſt. 4. & hæc potius vrgẽt ad ſtatuendum,quam ad interpretandum iam ſtatuta. Sed præſuppoſito quòd præ dictæ coniecturæ admittantur,non obſtat dicere,quòd iuniores in admiſſione,licet ſint doctores,eſt inconueniens prius loqui, & dãnoſum collegio,nam doctores regulariter ſunt ſeniores,&
24 doctiores, & † in conſilijs requirendis antiquitati ſemper defertur,vt docet Roma.in repe.l.ſi verò §. de viro fol. 53.in prin.nu.87.per.c.de quibus 20.diſtin.vbi concludit,quòd ſi nihil ſcriptum reperiri poterit,ſeniores prouinciæ ſunt congregandi,nam veritas facilius inuenitur quãdo à pluribus ſenioribus quæritur, canicies enim ſapientiam arguit: vnde non eſt mirandum,ſecundũ eũ, ſi Demon ſit ſapiens,cum ſit ſenex. Et hinc eſt, quòd iure conſu.in l.ſi chorus §.1.ff.de leg.3.allegauit ſe audiuiſſe ſæpe, ſenes ruſticos ita dicentes; pecuniã ſine peculio
25 fragilẽ eſſe: & ſenior † non intelligitur ſolùm qui ætate abundat,ſed ẽt qui prudentia,& ſcientia,quæ in doctoribus antiquioribus præſumitur magis,c.porro.84.diſtin. Nec obſtat ſi vnus ex iunioribus doctoribus dicat,quòd fuit Rector in collegio,vnde videtur dicendum, quòd ſaltem habere debeat ſecundum locum, per ea quæ tradunt Domi.Abb.& Boeri. vbi ſupra de Epiſcopo, nam ſecũdum eoſdem,ſpeciale eſt in Epiſcopo, propter eius inſignem,& excellentem dignitatem: vnde regulariter ſecus eſſet in alijs,per regu.l.ius ſingulare, & l.quod verò contra ff.de legi.& ſecus eſſe in vicario ipſi doctores expreſsè affirmant:& ita obſeruatur cõſuetudine in hoc collegio,& ĩ omnibus alijs collegijs huic ſimilibus,quòd
26 † Rector finito officio redeat ad locũ aliàs ſuum: quod corroboratur ex ſtatu.4.diſtinctionis 3. vbi cautum eſt, quòd

quòd Rector completo anno ſui officij, reddeat ex cubiculo Rectoris ad ſuum priſtinum. Rector autem vniuerſitatis Bononiæ, priuilegium habet, quòd finito officio ſtare poſſit in vniuerſitate congregata, & ſedere penes Rectorē qui pro tēpore fuerit, & dare vocē in illa, vt apparet ex ſta. vniuer. in rub. de immu. Recto. fol. 75. verſi. itē quòd nullus. Nec oberit ſi prædictus doctor dicat, ſe recepiſſe licentiatus gradum ante admiſſionē ad collegium, vnde videtur ſuccedere doctr. Ang. in §. quædam nu. 16. inſti. de action. & Bartho. Socin. in l. cū quid nu. 19. & ibi Deci. nu. 7. ff. ſi cert. pet. videlicet licentiatū poſtea doctoratum, anteire debere doctorē medio tempore factum: nam primò reſpondeo, quòd illa Angeli ſententia non eſt omnino ſecura, imò verior & non minus frequens videtur contraria, quam tenuit Simon de Brug. doctor antiquus, Card. Mediola. in prohemio Clementinarum, Roma. conſi. 333. Iaſ. in l. cum quid 1. lectura nu. 16. ff. ſi cert. petat. vbi Paul. Piccus, idem Iaſ. in l. ſi liæ licet nu. 8. C. de collatio. Alcia. in tractatu præſumptionū regu. 1. præſump. 45. Iacobus Rebuf. in alleg. l. 1. C. de Cōſu. lib. 12. Anch. in c. 1. de parrochijs, Fel. in prohe. Grego. nu. 21. & in c. clerici extra de iudi. vbi dicit, pridie ſe vidiſſe de facto, Hiero. Gigans in add. ad Deci. in d. c. clerici, expreſſius affirmat Bellame. in prohe. Decreta. nu. 54. Secunda reſponſio eſt, & hæc eſt plana, quòd prædicta doctrina non obſtat, nam doctor ſupradictus recepit licentiam in alia facultate, & in alia vniuerſitate, videlicet in artibus, & in Hiſpania, & gradum doctoratus conſequutus eſt in iure, & Bononiæ: quo caſu ceſſant omnes rationes dd. tenentium, priorem in licentia eſſe præferendum: nam per prædictam licentiam in artibus, non meruit doctoratus in iure, nec eſt porta, nec

QQ medium,

medium,nec principium ad eos conſequendos,nec finis doctoratus habet relationem,& neceſſariã conſequentiam ad illam licentiam. Concludo igitur, Doctores priores in receptione gradus, & in admiſſione ad collegium poſteriores,eſſe præferẽdos:puto tamen (vt quod ſentio dicam) conſuetudinem in contrarium, vel ſtatutũ valere (ſi quæ eſſent) & fateor,quòd poſſunt habere honeſtum finẽ, & ita video quòd in aliquibus collegijs, & Eccleſijs ſeruatur in Hiſpania, in quibus etiam non doctor præfertur,& ordo tantum receptionis ſeruatur. Sed non ſtatnte conſuetudine, vel ſtatuto in contrarium, obſeruatur quòd doctor præferatur, non doctori priori in receptione,& etiam doctori prius recepto iuniori in doctoratu.

SVMMARIVM.

1 *Mandare,& delegare idem importare.*
2 *Mandare iuriſdictionem, & dare iudicem,an ſit idem.*
3 *Mandare iuriſdictionem, & dare iudicem, aliquando confundi poſſibile eſſe.*
4 *Intellectus ad l.ſolet,& ad l.Prætor ff.de iuriſdi:om.iud.& ad l.cognitio ff.de offi.eius,& ad l.1.ff.de damno infecto.*
5 *Intellectus ad l.fi.C.vbi,& apud quem.*
6 *Mandare iuriſdictionem,& dare iudicem in quo differunt.*
7 *Dare iudicem, quòd ſit ſimplicem delegatum, non ad vniuerſitatem facere.*
8 *Mandare iuriſdictionem, eſt delegatum ad vniuerſitatem cauſarum conſtituere.*
9 *Iudicem dans, non abdicat à ſe exercitium iuriſdictionis: mandans verò totam iuriſdictionem,ſic.*
10 *Delegatus ſimplex,ſeu iudex datus dare iudicem non poteſt: habens mandatam omnem iuriſdictionem ſic.*
11 *Appellatur à iudice dato,ſeu ſimplici delegato,ad dantem: ab habente mandatã omnẽ iuriſdictionẽ,ad ſuperiorem mãdantis.*

12 *Merum*

12 *Merum imperium quod iuriſdictioni coheret, tranſit mandata iuriſdictione in habentē eā mādatā: in ſimplicē verò delegatū, ſeu iudicē datū, lite conteſtata: & an ſit uerum.*

13 *Delegatus ſimplex non exequitur ſuam ſententiam, delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſic.*

14 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, unus ex pluribus poterit ab initio ſolus ſine alijs procedere: ſecus eſt in ſimplice delegato, ſeu iudice dato.*

15 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, tenetur ferre ſententiam in loco ſolito, ſecus in iudice dato.*

16 *Delegatus ſimplex poteſt ſententiare extra locum iuriſdictionis delegationis, delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non.*

17 *Delegatis cauſis generaliter, vel ſpecialiter, tot intelliguntur delegationes, quot ſunt cauſæ: ſecus ſi uniuerſaliter.*

An ſit differentia inter mandare iuriſdictionem, & dare iudicem. Cap. XV.

1 MANDARE, † & delegare idem eſſe receptiſſimum eſt, & originaliter tenet glo. in l. 1. §. qui mandatam, & ibi Deci. nu. 6. eam approbat ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdictio, glo. in l. nec mandante in prin. ff. de tuto. & cura. datis ab his, Ludo. Goz. in rub. ff. de offi. eius nu. 2. vbi Iaco. de Nig. nu. 4. Cagn. nu. 14. & Petrus Calefa. nu. 59. in fine, & nu. 60. Curt. in d. §. qui mandatam nu. 15. vbi Iaco. de Nig. nu. 6. quod bene probatur per rub. ibi ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdi. iuncta rub. extra de officio delega. Sed cele-
2 bris, & valde dubia quæſtio eſt, vtrū diſcrimen ſit † inter mandare iuriſdictionem, & dare iudicem: Quam latè diſputant ferè Moder. omnes in rub. ff. de offic. eius. vbi Para. nu. 21. & Deca. Senē. num. 24. quos refert Calefa.

Digitized by Google

Hippoly. Ri. nu. 139. cum pluribus ſeq. qui in nulla parte firmare pedes audet. Et partem negatiuam, nẽpe nullam eſſe inter hæc duo differentiam, ſed idem mandare iuriſdictionem, & dare iudicem omnino importare, & vtrunq; loquendi modũ delegationi vniuerſali, & particulari conuenire, communiter obſeruant ſcribẽtes, vt teſtantur Docto. pro vtraq; parte infra allegandi: Et eã amplectitur, & conatur defendere doctiſſimus Phi. Dec. in d. rub. ff. de officio eius cui manda. nu. 10. vbi Cagno. nu. 15. & 23. & Petrus Caleſa. nu. 52. & Gozad. nu. 50. licet in fine relinquat cogitandum: & eam tuetur Sapia in l. 1. §. qui mandatam nu. 11. ff. de offic. eius cui. & hæc opinio videtur de mente Bart. in l. 1. §. fi. ff. quis, & à quo appelle. & Iaſ. in l. à iudice nu. 10. verſi. Octauò limita C. de iudi. Quæ opinio Decio videtur conſtare ex l. 1. §. qui mandatam ff. de officio eius, vbi qui mãdatam iuriſdictionẽ ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtitur: vnde cum proprium nihil habeat, non poterit delegare, cum is demum iuriſdictionẽ mandare poſſit, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet, iuxta l. more ff. de iuriſdicti. omn. iudi. Secundò probat per l. fi. ff. de offi. eius cui man. vbi qui mandatam iuriſdictionem habet, alteri eam mandare nequit. Tertiò pro hac opini. conſiderat Rimi. l. 1. ff. de iuriſdi. omn. iud. vbi officij iudicis latitudinẽ, ex iudicis datione conſtare I.C. reſpondet: quod non eueniret, ſi eſſet plus mãdare iuriſdictionem, quam dare iudicem. Et ſimiliter inducit l. imperium in fine ff. eod. vbi tex. innuit, quod iuriſdictio eſt iudicis dandi licentia: itaq; expreſſit facultatem iudicis dandi, tanquã magis dubitabile, quod non faceret, ſi mandare iuriſdictionem eſſet plus. Quartò probatur, nam iuriſdictio finitur morte, re integra, ſiue

ſit

Digitized by Google

ſit mãdata iuriſdictio,ſiue iudex datus,l.& quia,(quæ ita per ſcribentes ibi intelligitur) ff.de iuriſdicti. omni. iudi. Vltimò huic opin.patrocinatur,quòd legum latores his duobus indifferenter paſſim vtuntur, vt colligitur ex l. ſolet,& ex l.Prætor ff.de iuriſdiction.omn.iudi.& ex l.1. ff.de damno infecto,& ex l.cognitio ff.de officio eius,ex l.fi.in fine,ibi,generaliter dati sũt iudices C. vbi & apud quem:& ex generalitate l.ſi longius ff.de iudi.& l.placet C. de peda.iudicibus, & l.ſi vt proponis la. 1. C. quo. & quando iudex,& l.1.§.fi.ff.à quibus appella.non licet, & c. fi. extra de offi. delega. & magis in ſpecie apparet ex l.cum Prætor §. is quoq; ff. de iudi. vbi Paulus I. C. reſpondet,eos iudicem dare poſſe, quibus à lege conceſſum eſt,vt Proconſul,iuncto §.fi.l.obſeruare ff. de offic. Proconſu.vbi inquid lex, Proconſulem poſſe iuriſdictionem ſuam legato mandare. Verum pars affirmatiua non paucis Docto.placet: Imò quòd hæc duo ſint diuerſa, mandareq; iuriſdictionem eſſe,cum iudex totam ſuam iuriſdictionem,vel aliquam eius ſpeciem alicui,ac cauſarum cognitionem cõmittit eum,in loco ipſius præponendo,& totum iuriſdictionis exercitium in eũ transferendo, l.ſolet & l.Prætor ff.de iuriſdictio. omni. iudi. Dare verò iudicem, quando vnius, vel alterius cauſæ cognitionem,& diffinitionem,aut cognitionem tantùm, reſeruata ſibi iuriſdictione committit,ſeu delegat:qui iudex datus,iudiciario munere fungi dicitur,l.à iudice C. de iudi. Quam ſententiam originaliter obſeruabit Aldricus Gloſator antiquus,quem refert glo.in l.1.§. fi. in tertio intellectu ff.quis & à quo appelle.vbi eam ſequitur Cynus,Rapha.Cuma.Bartho.Soci.nu.10. eam tenet Purpu.Niger nu.4.Corra.Marcus Anto.Bellarmanus nu.13.in rub.ff.de offi.eius cui.Longouallus in rep.l. imperium

imperium nu. 21. ff. de iuriſdicti. omn. iudi. Pap. in l. cum Prætor §. is quoq; ff. de iudi. Alc. in lib. 2. Paradoxo. cap. 5. & in rub. extra de offi. ordi. nu. 6. Andre. Si. Barba. in c. ſuper quæſtionum §. porro. nu. 13. extra de offic. delega. Couarru. lib. 3. varia. reſolu. c. vltimo nu. 11. Plautius in l. fi. nu. 2. ff. de offi. eius. Ioan. Gillot. de iuriſdicti. & impe. c. 10. ad finem, quem refert Hyppo. Rimi. in d. rub. ff. de offi. eius nu. 143. qui etiam refert Cantiũculam hãc partem tenentem in lib. 2. de offic. iudi. c. 2. & eſt de mente Rapha. Fulgo. in l. ſolet ſuper glo. ff. de iuriſdi. omn. iudi. eam amplectitur Ioan. de Ana. & alij quos refert Alcia. & Moderni Flore. quos refert Soci. Et tu aduerte, quòd hæc ſententia videtur de mente gl. in l. legatus ff. de off. Proconſu. & lega. in vno eius intellectu, & glo. ſim. in l. more ff. de iuriſdicti. omn. iudi. & glo. in c. cum cauſam verbo, delegatus, in fine extra de appella. & glo. in c. ſuper quæſtionum §. ſi verò, in verbo, delegare, de officio delega. & Albe. in l. à iudice in prin. ubi & Fulgo. & Sali. & Paul. nu. 3. & Iaſ. nu. 7. C. de iudi. & idem Fulg. in l. more nu. 7. & Iacobus Mande. Albe. ibi nu. 12. dum citant d. §. is quoq;, & per eum volunt, habentem mandatam iuriſdictionem, vt legatus Proconſulis, poſſe iudicem dare, hoc eſt, vnam tantùm cauſam delegare, & non vniuerſitatem cauſarum: & etiam eſt de mẽte Hoſti. in ſumma de appellá. §. 4. circa finem verſi. ſi à delegato: & Rober. Mara. de ordi. iudi. fol. 260. nu. 72. dum l. 1. in prin. ff. quis & à quo appelle. (quæ loquitur de iudice dato) intelligunt quòd loquatur de ſimplice delegato, & non ad vniuerſitatem cauſarum: ex quorum omnium dictis, differentiam inter hæc duo eſſe colligitur, ſed in quo differant non omnes conueniunt.. Ex quibus (quidquid in contrarium ſcribentes vellint) exiſtimo hanc ſententiam,

tiam, non ſolùm communem, ſed magis receptam eſſe. Quæ differentia primò cõſtat ex duabus regulis, prima eſt de l.fi.ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſdi. vbi pro regula traditum eſt, habentem mandatam iuriſdictionẽ, alteri eam mandare non poſſe. Secunda regula eſt de l.cũ Prætor §.is quoq; ff.de iudi. vbi dicitur, quòd is qui mandatam iuriſdictionem habet, iudicem dare poteſt. Ex quibus regulis ſimul iunctis apparet diſcrimen eſſe, aliàs autem ſi non eſſent mandare iuriſdictionem, & dare iudicem diuerſa, prædicta iura ſibi inuicem contradicerent, quod non eſt admittendum, arg.l.2.§.contrariũ C.de vete.iure enucle.& maximè in his iuribus non eſt præſumenda contrarietas, ſi conſideretur quòd illa duo reſponſa ſunt eiuſdem Pauli I.C. Nec valet reſponſio Decij ibi, ſpeciale eſſe in legato Proconſulis, nam ſalua pace tanti viri, aliena eſt à mente, & verbis I.C. ibi, qui prius poſuit regulam, poſtea exemplum in legato Proconſulis: & exempla non ſolent reſtringere regulam, l. damni infecti la 2.ff.de damno infecto, vt in ſequenti q. latius oſtendam. Secundò notabiliter hæc differentia probatur per tex.in l.1.in prin.iuncto §.fin. ff. quis & à quo appelle. In prin.etenim appoſita eſt regula ab omnibus recepta, quippe à iudice dato, appellari ad iudicẽ delegantem: quæ regula bene probatur in l.fi.ff. eod. Et ex §.fi.d.l.1.intelligendo illum ſimpliciter, & planè, ſecundum verum Aldrici ibi, & aliorum Doct.intellectũ, colligitur altera regula: quòd ab eo qui mandatam iuriſdictionem habet, appellatur ad ſuperiorem mandantis, ad quem appellaretur ab ipſo mandante: vnde ſi non eſſent hæc duo diuerſa, ſimiliter illa duo Vlpia.reſponſa eſſent contraria, quod non eſt dicendum. Nec oberit dicere, quòd §.ille fi.l.1.ff.quis & à quo appel.patitur

plures

plures intellectus, vt ex glo. & traditis per Doct. ibi conſtat: vnde in eo non poterit fieri fundamentũ, per Bar. receptam doctri. in l. in ambiguo ff. de rebus dubi. Nam respondeo, quòd ille Aldri. & aliorum intellectus eſt verus, & planus, alij verò omnes diuinatorij, & à mente, & verbis Vlpiani penitus extranei: Quis obſecro Docto. reuelauit, quòd in illo tex. fuit appellatum à ſubdelegato delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt glo. ibi in 1. & 2. intellectu, & communiter Docto. volunt, vel à ſubdelegato delegati Principis, vt alij ſenſere: aut à Vicario, vt Bart. ibi in ſummario intendit, cum in tex. nullum verbum de ſubdelegato, aut Vicario reperiatur: maximè quod prædicti intellectus, diſpoſitionem illius tex. multũ reſtringerent, vt latius alio loco demõſtrabimus. Et per hæc fundamenta huic vltimæ ſententiæ libẽter accedo, & verius iudico differentiam eſſe, inter mandare iuriſdictionem, & dare iudicem, modo infra explicando.

3 Non tñ nego poſſibile eſſe, hæc duo, largo modo † loquendo, aliquando confundi, & vnũ pro alio accipi, vt Longoua. & Couarru. vbi ſupra ſenſere, licet eorum exemplis aliter poſſe ſatisfieri exiſtimo, vt infra in ſolutionibus apparebit: Nec puto quòd in iuriſconſultorũ reſponſis, qui accuratius verborum proprietatem obſeruant, facile inuenietur. Retenta igitur hac ultima ſententia: Non obſtat Decij fundamentũ de d. §. qui mandatam, iuncta d. l. more, vbi habẽs mandatam iuriſdictionem alieno nomine, & non ſuo, habet, & ideò nõ poteſt eã alteri mandare, cũ non ſit propria: nã ut bene aduertit Bellarmatus, hoc fundamentum non eſt concludẽs, nec ſatis probat mandare iuriſdictionem, & dare iudicẽ idem, & non diuerſa eſſe: Nam licet eſſet uerum, quòd habens mandatam iuriſdictionem, non poſſet iudicem dare,

dare, per hoc tamē non neceſſario tollitur, quòd ſit differentia: quia licet per ſuum fundamentum ſi verū eſſet (quod nō eſt vt in ſeq. cap. demonſtrabimus) tolleretur una differentia, nempe quòd habens mandatam iuriſdictionem, non poſſit iudicem dare, ſicut non poteſt eam alteri mandare. Poſſunt eſſe aliæ differentiæ, quas Doct. adnotant, & infra adducemus: maximè quòd hoc fundamentum alia ratione non eſt admittendum, quia probaret plus quam oportet, nempe quòd delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, non poſſit unam cauſam ſubdelegare, contra receptiſſimam Docto. ſententiā, de qua per Iaſ. in l. à iudice C. de iudi. nu. 8. verſi. ſecundò fallit: & hac reſponſione ſimiliter tollitur difficultas l. fi. ff. eod. nā licet habens mandatam iuriſdictionem non poſſit alteri eam mādare, poterit iudicem dare, vel poſſunt eſſe aliæ differentiæ. Non obſtat leuis Rim. conſideratio l. 1. & l. imperium ff. de iuriſdicti. omni. iudi. Nam reſpondeo, quòd licet latitudo officij iudicis, oſtendatur ex eo quòd iudicem dare poteſt, & iuriſdictio ſit iudicis dandi licentia, tamen ex hoc non ſequitur, quòd ſint idem, & non diuerſa: nec etiam colligitur quòd mandare iuriſdictionem, non ſit plus quā dare iudicem: Imò aduerte, quòd ſi diceret mandare iuriſdictionem ad officium iudicis pertinere, non eſſet omnino uerum: quia licet iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poſſit iudicem dare, non poteſt iuriſdictionem mandare: Vnde fortè quia difficilius mandatur iuriſdictio quam datur iudex, ibi de iudicis datione, & non de mandata iuriſdictione expreſſit. Non obſtat, quòd morte delegātis, re integra, mandatum iudicis dati, & etiam habentis mandatam iuriſdictionem finitur, per d. l. & quia, nam licet in hoc aſſimilentur, non tamen neceſſario ex eò ſequitur, quòd ſint

RR idem,

ſdem, & non diuerſa: nam & delegatus ad uniuerſitatẽ
cauſarum in multis aſſimilatur ordinario, non tamen ex
eo dicitur quòd ſit iudex ordinarius, nam quod eſt ſimi-
le, non eſt idem. Non obſtat quòd unũ pro alio quan-
doq; accipitur, nam vltra reſponſionem, quæ colligi ex
Longoua. & Couar. poteſt, nẽpe quòd licet ſint diuer-
ſa, aliquãdo largo modo loquendo confunduntur: Alio
modo iuribus per Docto. adductis ſatisfieri poteſt. Et
4 primò non † obſtat l. ſolet, ff. de iuriſdicti. om. iudi. vbi di-
citur, quòd ſolet Prætor ſuam iuriſdictionem mandare,
& aut omnem mandat, aut unam ſpeciem: nam ſecun-
dum unam glo. expoſitionem, teſte Fulgo. Alex. & Iaſ.
ibi, uerbum unam ſpeciem, explicatur, id eſt uniuerſitatẽ
cauſarum, in aliqua villa, uel caſtro: & ſimiliter occur-
ritur l. Prætor eod. tit. & l. 1. ff. de damno infecto, & l. co-
gnitio. ff. de officio eius: nam quando omnes cauſæ dam
ni infecti, uel ſuſpecti tutoris, quæ in aliquo caſtro uer-
tuntur, alicui vniuerſaliter, & indiffinitè committuntur,
ille dicitur delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, ut be
ne colligitur ex traditis à Baldo, & Alex. in d. l. ſolet, &
poſt eos à Deci. in c. cauſam matrimonij de offi. delega.
nu. 3. 4. ubi ſi omnes cauſæ mutui quæ in aliquo caſtro
uertuntur, committuntur alicui, delegatio ad uniuerſita
tem cauſarum appellatur: Vel aliter l. cognitio, reſpon
deri poteſt, quòd uerbum mando, uel delego, non dici-
tur quòd ſemper refertur ad uniuerſitatem cauſarum:
nam dicitur, quòd mandatur unius cauſæ cognitio, uel
diffinitio, vt in l. ſi. in fine, ibi, ſiue hoc ſpecialiter eis fue
rit mandatum, ſcil. quando adiungitur cum uerbo iu-
riſdictio, vt quando mandat iuriſdictionem: vel prædi-
5 ctis iuribus reſponde ut in fine dicetur. Non † obſtat l.
fi. C. vbi & apud quem, ibi, uel ſi generaliter dati ſunt iu

dices,

dices, nam uerbum generaliter, nō debet exponi ut aliqui malè putāt, id eſt, uniuerſaliter, hoc eſt quod ad uniuerſitatem cauſarum dati ſunt iudices: ſed explicari debet, generaliter, id eſt ſine expreſſione ſpeciali, vt poſſit cognoſcere de reſtitutione, ſicut in ſimili exponit Fulg. in l. more nū. 18. ff. de offi. eius l. cognitio eod. Vel aliter & melius reſponde, quòd ibi fuit delegatio generalis, quæ differt ab uniuerſali, ita intelligit illum tex. Bal. in l. à iudice in fine C. de iudi. ubi bene declarat Paul. & melius Sali. in 4. oppo. ex quorum doctrina colligi poteſt, quòd reperitur in iure delegatio uniuerſalis, generalis, & ſpecialis. Vniuerſalis delegatio eſt, quando commiſſio eſt facta uniuerſaliter, & indiffinitè reſpectu alicuius territorij, ut puta omnes cauſæ uertentes in tali caſtro l. ſolet, & l. Prætor, & ibi glo. & Doct. ff. de iuriſdictio. om. iud. Generalis delegatio eſt, quando ſine commemoratione territorij, ſed perſonarum fit commiſſio, ut ſi alicui committuntur omnes cauſæ quæ poſſunt uerti inter Titium & Seuium, de hoc loquitur d. l. fi. Specialis delegatio eſt, quando una cauſa, uel etiam plures expreſſæ ſunt ſpecificatæ in commiſſione, de qua loquitur l. unica C. qui pro ſua iuriſdi. c. ſuper quæſtionum §. porro, & §. ſi uerò, & c. fi. extra de offi. delega. & cui commiſſio uniuerſalis facta eſt, dicitur delegatus ad uniuerſitatem cauſarum: cui uerò generalis, uel ſpecialis, appellatur delegatus ſimplex, nam tunc quot ſunt cauſæ, tot intelliguntur delegationes, ut Sali. aduocat. Nec obſtat l. longius, ibi, iudex datus, & l. placet C. de peda. iudi. & l. ſi ut proponis la. 1. ibi, iudice dato C. quomo. & quando iu. & l. 1. §. fi. ff. à quibus appella. nō licet, & c. fi. extra de officio delega. in eorum generalitate: nam in his non agitur de delegatione ad uniuerſitatem cauſarum; nec ge-

 neralitas

neralitas eſt concludens arg. cum proprietas uerbi, darē iudicem, non patiatur, ut comprehendat uniuerſalē delegationem. Non obſtat d.l. cum Prætor §.1. iuncto §. fi.l. obſeruare ff. de officio Proconſu. nã licet in vno text. dicatur quòd Proconſul pôt dare iudicem, in alio quòd mandare iuriſdictionem, non ex hoc neceſſario dicendum eſt, quòd ſint idem, cum Proconſul diuerſa poſſit facere. Concludo igitur, mandare, & delegare idem importare, ut colligitur ex l.1.§. qui mandatam, & ex l. cognitio, & ex toto tt. in rub. & nigro ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio, iuncta rub. de officio delega. & l. 1. ff. de damno infecto, & l. fi. C. ubi & apud quem. Sed
6 mandare † iuriſdictionē, & dare iudicem idem eſſe propriè loquendo nego: nam dare iudicem eſt, ſimplicem
7 delegatum † facere, hoc eſt unam, uel plures cauſas ſpecialiter, aut generaliter alicui, reſpectu perſonarū committere, non autem uniuerſitatem cauſarum delegare. Et ita ītelligūtur d.l. legatus, & d.§. is quoq;, & d.l. unica.
8 Mādare † uerò iuriſdictionē, ad uniuerſitatē cauſarū delegatū conſtituere, omnemq; iuriſdictionem, aut ſpeciē alicui committere, ſeu delegare, per l. ſolet, & l. Prætor ff. de iuriſdictio. omni. iudi. iunctis gl. expoſitionibus ibi, quæ approbantur per Docto. Fateor tamen (& ita has duas opiniones cões cõpono) quòd impropriè loquendo, mandare iuriſdictionem ſit dare iudicem, & dare iudicem mandare iuriſdictionem: ſed quia commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, mandare iuriſdictionem pro uniuerſali delegatione, dare iudicē pro particulari legum lato. acceperunt: ſicut in ſimili docet Imperator in §. alio inſtitu. quibus mo. teſta. infir. ī uerbis irritū & ruptū. Retēta igitur ſnīa, quòd inter hæc duo ſit prædictū diſcrimē, ex hoc reſultāt plu

res differentiæ inter ea propriè loquendo. Et prima differentia ſit, dare iudicem eſſe, ſimplicem delegatum facere: mandare iuriſdictionem, ad uniuerſitatem cauſarū delegatum conſtituere. Secunda differentia eſt, quòd iudex qui dat iudicem, ſeu ſimplicē delegatum facit, nō
9 abdicat à ſe exercitium iuriſdictionis, † ſecus eſt quādo mandata eſt iuriſdictio: quod eſt verum quando eſt mā-data tota iuriſdictio; & etiam tunc remanet penes eum facultas reuocandi, l. iudicium ſoluitur ff. de iudi. nam à ſe imperium abdicare non poteſt, l. pe. ff. de offi. Præſi. l. 1. §. qui mandatam ff. de offi. eius. Transfertur tamen maior poteſtas in eum, quam in iudicem datum, cui cognoſcere tantùm, aut cognoſcere, & diffinire ſolùm permiſ-
10 ſum eſt. Tertia differentia eſt, † quòd licet iudex datus non poſſit alium iudicem dare, l. à iudice C. de iudi. tamen habens mandatam uniuerſaliter iuriſdictionem ſic, vt in d. §. is quoq;, & in l. legatus ff. de officio Proconſu. quem articulum latius in ſeq. q. diſcutiam. Quarta
11 differētia † eſt, quòd licet à iudice dato, appellatur ad dātem, l. 1. in prin. & l. fi. ff. quis & à quo appelletur, ab habente verò mandatam iuriſdictionem, appellatur ad ſuperiorem mandantis, l. 1. §. fi. ſecundum uerum Aldrici, & aliorum intellectū ff. quis & à quo appelle. quod intellige verum eſſe, quando omnem iuriſdictionem mandatam haberet, ſecus ſi ſpeciem aliquam, vt ſupra dictū eſt, & alio loco latius dicetur. Quinta differentia ſit, quòd
12 licet iuriſdictione † mandata, imperiū quod iuriſdictioni coheret, tranſeat ipſo iure in eum cui mandatur iuriſdictio, vt colligitur ex l. 1. in fine, & ex l. fi. ff. de offic. eius, iudex verò datus, ſeu ſimplex delegatus, lite demū conteſtata, & non ante, vtitur imperio, iuxta authen. de exhiben. reis §. ſi verò etiam quidā iurent, colla. 5. per quæ

8 *Ratio quare vnus ex iudicibus ordinarijs poteſt cognoſcere à principio ſine alijs, & delegatus non.*
9 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis deputati in aliqua prouincia, vel ciuitate dicuntur delegati, et eorum officia morte non expirant, iure ſpeciali.*
10 *Delegatio ad vniuerſitatem cauſarum dicitur, quando committuntur omnes cauſæ mutui quæ in tali territorio, vel caſtro uertuntur.*
11 *Si Epiſcopus conſtituit plures officiales in aliqua parte ſuæ dioceſis, & ſi dederit poteſtatem in ſolidum non poſſunt ſeparatim procedere.*
12 *Concordia inter has duas opin.*
13 *Si unus ex pluribus iudicibus dixit ſententiam ſuam, & quia alios non potuit in ſuam ſententiam trahere receſsit, an valeat aliorum ſententia.*
14 *Arbitrium non ualet uno arbitro deficiente, & non iudicante.*

An vnus ex pluribus delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, poſsjt ſolus à principio ſine alijs cognoſcere. Cap. XVIII.

1 IVRE conſtitutum eſt, † vnum ex pluribus ſimplicibus delegatis, non poſſe ſine alijs cognoſcere, tex. eſt in l. duo ex tribus ff. de re iu. c. cauſam matrimonij, & c. cum cauſam extra de offi. deleg. & c. cũ ſuper Abbatia eod. tt. vnus verò ex Pluribus ordinarijs, benè poteſt à principio ſolus cognoſcere ſine alijs, l. 1. ff. de offi.

ff.de off. Conſ.& l.ſi vni.aliàs incipit Pomponius ff. de re iudi.vbi Bart.& dd.& hæc eſt differentia inter delegatū,
2 & ordinarium. Sed quæſtio dubia eſt in iudice † delegato ad vniuerſitatem cauſarum, an poſſit à principio cognoſcere ſicut ordinarius, aut non ſicut nec delegatus ſimplex. Et partem affirmatiuam, quòd poſſit ſolus à principio cognoſcere ſicut ordinarius, amplectitur glo. in l. ſi vni, aliàs incipit Pompo. ff. de re iudi. vbi Bart.eam ſequitur nu.3.Paul.nu.2.eam ſequitur Bald. in l.fi.de auctori.præſtanda C. & in c. vno delegatorum extra de officio delega.Bart.in repe.l.1.§.ſi plures ff. de exerci.actione,dixit communem Alex.& Iaſ. vterq; nu. 6.in d.l.ſi vni,& Deci.in c. cauſam matrimonij nu. 34. extrā de officio delega.vbi Feli.nu.22.eā ſequitur Aug. Bero.& dicit quòd eſt dubia quæſtio in c.1.num.110.de offi.delega. Pro qua communi ſententia duo ſolent ad
3 duci fundamenta: Et primū quòd † delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario, iuxta gl. receptam in c.cum cauſam in verbo delegatus in fine extra de appella.ſed in ordinarijs vnus ſolus pōt à principio ſeparatim ſine alijs procedere, iuxta l.1.ff.de officio Conſ. Secūdò vrget l. 1. §. ſi plures ff. de exercit.l. etenim dicit,quòd ſi exercitor nauis propoſuerit plures magiſtros non diuiſis officijs, ſed adminiſtrationē nauis ſimpliciter eis conceſſit, quodcunq; geſtum fuerit cum vno,obligabit exercitorem: Et ita cum iſti habeant ad miniſtrationem vniuerſalem,quod geſtum eſt cum vno delegato ad vniuerſitatem cauſarum, valet ſimiliter. Sed prædictis non obſtantibus, contrariam ſententiam negatiuam puto veriorem eſſe,imò quòd vnus ex delegatis ad vniuerſitatem cauſarum,non valeat, etiā à principio ſolus ſine alijs ſeparatim procedere, ſicuti nec ſimplex

plex delegatus. Pro quo adduco primum fundamentum, quòd † inherendum eſt regulæ quoties exceptio non benè probatur glo.in l.omnis diffinitio ff.de regu.iuris, ſed regula eſt, quòd delegatus non poteſt, nec à principio cognoſcere ſine alijs, l.vno ex tribus ff. de re iudi. cum autem delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſit delegatus, & non ordinarius, ut notant dd.omnes in l.more ff.de iuriſdictio.omni.iudi.vbi Alex.nu.26.non poterit cognoſcere niſi bene probetur contrarium, & exceptio: Sed ipſe video quòd fundamenta per dd. adducta exceptionem non rectè probant, vnde attẽdi regula debet. Nam primum fundamentum, quòd æquiparatur ordinario delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, non rectè concludit: nam licet æquiparetur in hoc quod poſſit vnam cauſam delegare, vt illa glo.dicit, non in omnibus æquiparatur, nec ſimpliciter eſt verum: cum in pluribus ſimplici æquiparetur delegato, pro vt docet Deci. in c.cauſam matrimonij nu.55.extra de offi.deleg.& in c.cum cauſam ſupracita.poſt Alex.in l.more, & Iaſ.in l. ſi vni nu.8.ff.de re iudi.poſt glo.in c.2.glo. ante pe. ex-
5 tra de reſcriptis, vbi tradit † quòd iuriſdictio delegata ad vniuerſitatem cauſarum, quando nulla cauſa cœpta eſt, finitur morte delegãtis, licet ordinaria nõ ſpirat morte concedentis, l.more & ibi notat Bart. & communiter dd.ff.de iuriſdi.omni.iudi.vbi poſuit Iaſ.alia exempla. Secundò modo reſpondeo cum Decio in d. c. cauſam matrimonij, quòd arg.in hoc ſumitur ex eo, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt vnã cauſam ſubdelegare, prout voluit gl.illa in c.cauſam, ſed dato quod eſſet verum, nihil vrget pro quæſtione noſtra, nam ſimi
6 liter † delegatus Principis poteſt vnam cauſam ſubdelegare, c.quãuis, & c.fi.extra de officio delegati l. à iudice C.de

Digitized by Google

7 C.de iudi. &tamẽ † vnus delegatus à Principe ſolus ſine alijs procedere nõ poteſt, vt ĩ d.c.cauſ.matrim. Rurſus non obſtat ſecundum fundamẽtum §.ſi plures,quòd ſimiliter duplici reſpõſione tolli poteſt, prima quòd ibi illi magiſtri ordinariam poteſtatem videbantur habere, prout ibi Bart.in fine adnotauit. Vel ſecundò & melius occuritur per Deci.vbi ſupra, quòd ſpecialiter ibi fuit ſtatutum expreſſè, quòd vnus ſolus poſſit adminiſtrare, propter vtilitatem contrahentiũ,quod ſatis aperte colligitur ex illa l. 1.ff.de exercito. in prin. ibi nam interdũ locus, vel tempus non patitur plenius deliberandi conſilium:& hac ratione non attenditur, an magiſter ſit liber,an ſeruus,maior vel minor,iuxta eandem l. 1. §.magiſtrum uerſicu.cuius conditionis. Secundò pro hac
8 parte contra communem urget, † nam ratio differẽtiæ quare iudex delegatus non poteſt à principio cognoſcere ſine alijs,& ordinarius ſic, eſt quia iudex ordinarius habet iure ſuo iuriſdictionem,l.more ff.de iuriſdict. om. iudi.iudex verò delegatus iure alieno,l. 1. §.qui mandatam,& l.Prætor,& l. more ff.de iuriſdictio.om.iudi. quã rationem tradit Iaſ.in l.à Diuo Pio in prin.nu.8. ff. de re iudi.ſed hæc ratio pariter militat in delegato ad vniuerſitatem cauſarum,& in ſimplici,nã vterq; iure alieno habet iuriſdictionem,iuxta tex.& ibi dd. omnes notant in d.l.more: ergo ſicut ſimplex delegatus non cognoſcit, ita nec delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ. Tertiò & vltimò pro hac parte expendo tex.in c.vt officium de hæreti.in 6.iuncta glo.in verbo ſeparatim per arg. ab ſpe-
9 ciali: nam præmiſſo † quòd Inquiſitores hæreticæ prauitatis deputati ĩ aliqua Prouincia,Ciuitate,vel caſtro, dicuntur delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt adnotauit Innocent.per tex.ibi in c.per hoc, de hære.lib.6.&

vrget text.in c.ne aliqui eod. tt. vbi ſpecialiter ſtatutum fuit in fauorem fidei, quòd officium Inquiſitorum non expiret per mortem Papæ: ex quo apparet delegatos eſſe,& non ordinarios: Nam regulariter ordinariorum officia morte ſuperiorum non expirant,c.2.de offi.dele. in 6.tradunt latè dd.in l.& quia ff.de iuriſdictio.om.iud. per tex.ibi. Hoc præſupoſito dicitur in d.c. vt officium, quòd fauore fidei conſtituitur ibi,quòd Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint ſeparatim cognoſcere, ergo in contrarium erit ius commune, quòd delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſeparatim nõ procedat. Nec prædictis oberit reſponſio Andre. de Iſer. & Modernorum in d.c.cauſam matrimonij,quos refert ibi Dec.num.41. videlicet Inquiſitores ordinarios;& non delegatos eſſe: nam hoc non eſt verum ut ſupra probatum eſt, & oſtendit Deci.vbi ſupra. Et ſimiliter non obſtat reſponſio Peru.in d.c.cũ cauſam extra de appellat.ultima charta uerſi.ſimiliter, nõ procedit æquiparatio,vbi vult Inquiſitores non eſſe deputatos ad uniuerſitatem cauſarum, ex quo tãtùm de hæreſi cognoſcunt,quod etiam adnotarunt Lapus,& Domi.in d.c.ne aliqui,nam hæc reſponſio,ut aduertit Deci.ubi ſupra, non certa ſed dubitabilis eſt, quia cum commiſſio referatur ad certum territo-
10 rium,uniuerſalis uidetur, † ſicut quando committuntur omnes cauſæ mutui; quæ in tali caſtro uertuntur: nam dicitur talis delegatio ad uniuerſitatem cauſarum,ut docet Bald.in l.ſolet ff.de iuriſdictio. omni. iudi. ubi Alex. receptum communiter eſſe teſtatur. Et ex prædictis infert Abb.in d.cap.cauſam matrimonij num.7. ad finem,
11 quòd † ſi Epiſcopus cõſtituit plures officiales in aliqua parte ſuæ dioceſis,niſi dederit poteſtatem inſolidum nõ poſſunt ſeparatim procedere: nam habent iſti iuriſdictionem

tionem

Digitized by Google

tionem delegatam ad uniuerſitatẽ cauſarum, iuxta glo. in c.Romanam de appella.in 6.& in c.præſenti, de officio ordina.eod.lib.
12 Concludo igitur † in hac difficultate, vltimam opinionem in pũcto iuris veriorem videri, ſed propter auctoritatem ſcribentium nõ eſſe ſecutum à prima communi recedere, ſed eam limitarem, & hæc poterit eſſe concordia, locum ſibi vendicare quãdo eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum,& omnem iuriſdictionem mandatam haberet, ſecus tamen ſi vnã ſpeciem iuriſdictionis, vt ſi pluribus eſſent commiſſæ cauſæ mutui vertentes in tali caſtro, quo caſu licet dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ, in multis tamen æquiparatur ſimplici delegato, vt apparebit ex his quæ adnotauimus ſupra in cap.15.circa finem. Sed ſucceſſiuè du
13 bitatur, † ſi vnus ex pluribus iudicibus dixit opinionem ſuam, & quia alios in ſuam ſententiam trahere non potuit receſſit,& noluit eſſe præſens in ſententia, vtrum ualebit aliorum ſententia: Et partem negatiuam ſcilicet ſententiam non valere, tenet Bar.in d.l.duo ex tribus, & Io.de Imola,& ibi Alex.dixit communem nu. 51. & Iaſ. ſequitur nu.6.eam amplectitur Paulus de Caſtro in d.l. Pomponius aliàs ſi vni nu.3.Abb. in c. cauſam matrimonij nu.8.& ibi eam diſputat Deci.nu.44. verſi. aliam limitationem extra de offic.dele. Idem Abb. in c. 1. per glo.ibi extra de arbi.& in cap. Rainaldus 2.nota. extra dẽ teſtamen.& in conſi.77.volum.2.dicit ueriorẽ Iaſ.in dicta l.duo ex tribus, quam ſequutus fuit Io. Andr. in c. 2.de arbitris lib.6. Et pro hac communi opinione urget tex.in l.duo ex tribus ff.de re iudi.ibi, quippe omnes iudices iudicare iuſſi ſunt, nam cum omnes iuſſi ſunt iudicare, vno deficiente carent alij poteſtate, cum non ſit iudicium factum ſecundum formam commiſſionis, ſicut di

14 citur in arbitris,quòd vno † deficiente, & nõ iudicante, nõ ualet arbitrium aliorum,quando in tres eſt compromiſſum,l.ſi in tres,cum l.ſequenti ff.de arbitris : & tunc intelligerẽtur omnes iudices iudicare,cũ omnes adſunt, l.tunc ff.de re iudi. Nec valet dicere quòd ceſſat ratio l.ſi in tres ff.de arbitris,in noſtra ſpecie , uidelicet quòd præſentia abſentis forte poterat trahere alios in ſuã ſententiam,nam non eſt illa ratio ſola quare debet eſſe præſens,ſed quia omnes iudicare iuſſi ſunt, & debent, vt ſupra dictum eſt. Et pro corroboratione ipſe adduco,nã quando ſunt duæ rationes finales, ceſſante vna non ceſſat diſpoſitio,tex.in §.affinitatis inſtitu.de nuptijs, & ibi notat Ange.videlicet,licet ceſſet illa ratio, cum in diſputatione & examine ſentẽtiæ ferendæ, non potuit alios trahere in ſuam ſententiam,non ceſſant aliæ, quòd omnes debent iudicare : maximè quòd vt Bart. conſiderauit,licet tempore diſputationis trahere ad ſuam ſententiam non potuerit,tempore verò ſententiæ fortè trahere eos potuiſſet. Item pro hac parte ipſe conſidero c.ſi. de arbit.lib.6.vbi ſi ex tribus arbitris vnus noluit examinando, vel definiendo negotio intereſſe, duo procedere poterunt,ne malitioſa ſeu uoluntaria abſentia obſtet, et quæſtiones remaneant indeciſæ : ſed circa iudices dicit, quòd obſeruentur iura antiqua, vnde ſentit tex.quòd iudex poterit abſentia ſua malitioſa impedire deciſionem quæſtionum:Sed reſponderi poteſt,quòd non potuit,nã non conſtat quòd in iuribus antiquis hoc ſit diſpoſitum. Prædictis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiã puto in puncto iuris defendi poſſe,quam tenet Innoc.in c.Rainaldus,in principio extra de teſtamen.quòd videtur uelle Deci.in c.cauſam matrimonij nu.44. ſupracitato de offic.delega.uidelicet quòd ſi omnes iudices fue

runt

runt præſentes in examine formandæ ſentētiæ,fuerūtq́; allegationes & diſputationes ſuper meritis cauſæ, & vnus diſcordans ab alijs qui nō poterit alios trahere ad ſuam ſententiam diſceſſit,& alij præſentes & cōcordes ſententiam ferant, valebit eorum ſententia. Pro quo vrget primò,nam ratio quare omnes iudices debēt eſſe præſentes eſt quam aſſignat l.ſi in tres ff. de arbitris: videlicet quòd vnius præſentia potuit trahere alios in ſuā ſententiam,quæ ratio ceſſat in noſtra ſpecie, cum iam fuit præſens in prīcipali negotio,hoc eſt,in examine,diſputatione,& allegatione, nec alios potuit ad ſuam trahere ſententiam: vnde ſuccedit regula l.quamuis §.adigere ff.de iure patro.videlicet quòd ceſſante ratione legis, ceſſat eius diſpoſitio. Nec oberit quod Barth.et dd.dicunt,quòd licet hæc ratio ceſſet,non tamen ceſſat alia, videlicet quòd omnes iudicare debent,ſeu eſſe præſentes: nam iam iudicauerunt tēpore diſputationis,& examinationis,& tūc fuerūt præſentes,nec eſt neceſſe quòd omnes proferant ſententiam,quod probo per l.Pomponius,aliàs incipit ſi vni ff.de re iudi. vbi ſi vnus ex pluribus iudicibus iurauerit ſibi nō liqueri de cauſa, eo quieſcente cæteri proferunt ſententiā, quia & ſi diſſentirēt, ſententia plurium obtineret, ex quo conſtat quòd qñ vnus diſcordat,alij proferunt ſententiam, & valet ſententia aliorum. Nec obſtat tex. in §. affinitatis inſtitu. de nuptijs: nam illa regula quòd quando ſunt duæ ratiōnes,ceſſante vna non ceſſat diſpoſitio, intelligitur qñ ſunt finales, vt ait Ang.ibi,ſed in noſtra ſpecie vna uenit in conſequentiam alterius,nam ideò debent eſſe præſentes,vt trahere poſſit alium in ſuam ſententiam,& hæc vltima eſt ratio finalis, vnde ceſſando hæc principalis ceſſat alia. Secundò pro hac parte ipſe conſidero rationē

illius

illius tex.in d.l.ſi vni, verſi.quia & ſi diſſentirent ſententia plurium obtineret, militare in noſtro caſu, nam cum ipſe diſputauit, & contrarium ſenſit, ſua ſententia nō eſt de ſubſtantia, nam & ſi diſſentiret, ſententia plurium obtineret. Tertiò vrget nam ſequeretur abſurdum, quòd malitioſa abſentia poſtquam cognouerit uolūtates aliorum impediret diffinitionem cauſarum, cōntra deciſionem c.fine m litibus, extra de dolo, & contu. vbi iudices debent imponere finem litibus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an delegare poſsit cauſas aliàs indelegabiles, vt meri imperii.*

2 *Meri imperii cauſæ prohibētur, per legem delegari.*

3 *Intellectus ad l ſi.C.vbi Sena.vel Clari.*

4 *Princeps delegat cauſas meri imperii de poteſtate ſuprema, non de ordinaria, ſecundum Curti.*

5 *Princeps an poſsit cauſas meri imperii delegare ſine clauſula, non obſtante quod ſic, contra Curti.*

6 *Meri imperii cauſas, an Princeps in dubio videatur delegare, quod non.*

7 *Principis delegatus cauſas meri imperij delegat, ſi cum poteſta. ſubdelegandi eas fuit à Principe ei facta delegatio.*

8 *Delegatus Principis, an delegare poſſit cauſas aliàs indelegabiles.*

9 *Specialiter uerbum diuerſimodè explicatur.*

10 *Intellectus ad l.tutor rerum ff.de admi.tuto.*

11 *Noua autoris differentiæ ratio, quare res ſemel alienata efficitur perpetuò alienabilis, cauſa uero ſemel delegata non efficitur delegabilis.*

12 *Subrogatus regula, an procedat in delegationum cauſarum tractatu, & quando locum habeat.*

13 *Induſtria perſonæ quando electa eſt non eſt ſatisfactum, ſi fiat actus per alium, etiam in caſu neceſſitatis: & nu. 15.*

14 *Delegatio facta à Principe uirtute reſcripti, quòd debet eſſe maioris*

efficaciæ quam à lege, & nouã differentiæ rationem aſsignat auctor.

16 *Princeps eſt lex animata in terris, & eius delegatus dicitur habere à lege iuriſdictionem.*

17 *Ordinarius Iudex creatur à Principe.*

18 *Delegatus Principis æquiparatur ordinario.*

19 *Merum imperium cenſetur exceptum, data poteſtate à lege delegandi.*

20 *Princeps non uidetur in dubio alteri concedere facultatem cum illa omnimoda poteſtate quæ eſt apud eum.*

21 *Regulæ eſt ſtandum, quando exceptio non benè probatur.*

22 *Intellectus plures ad l. unicam. C. qui pro ſua iuriſdi.*

23 *Nouus autoris intellectus.*

24 *Cauſæ quæ ſint delegabiles, & quæ indelegabiles remiſsiuè.*

Delegatus Principis an poſsit cauſas aliàs indelegabiles ſubdelegare. Cap. XIX.

CELEBRIS, & quotidiana quæſtio eſt, vtrum delegatus Principis poſſit cauſas regulariter indelegabiles, ut meri imperii ſubdelegare. Quam latè ferè omnes Doct. diſputant in l. 1. in princ. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. ubi Iaſ. num. 63. Curti. iun. nu. 74. & Bellarmatus nu. 36. adeò dubiam & diſputabilẽ eſſe tradunt, ut uix decerni poſſit quæ pars uerior, aut receptior ſit, tot ſunt hincinde fundamenta, & auctoritates. Pro cuius articuli declaratione præmittenda eſt alia quæſtio, à qua ueritas huius articuli depen-
1 det: videlicet, an Princeps † ipſe poſſit cauſas meri imperii, & aliàs indelegabiles delegare, in quo articulo, licet teſte Bart. in d. l. 1. num. 9. aliqui tenuerunt partem
2 negatiuam, † quia prohibitæ ſunt delegari per legem, l. 1. in princ. & in. §. fin. ff. de offic. eius. l. ſolent. ff. de offi. procon.

procon.l.nemo poteſt gladii.ff.de regu.iur. & Princeps uiuit ſecundum leges, l. digna uox. C. de legi. Tamen pars affirmatiua uera, & receptiſſima eſt, & ſine dubio procedit ſecundum ferè Doct.omnes in d.l.1.ubi Bart. num.9.Iaſ.num.61. Deci.num.83. Curti.iun. num.73. Rimi.Iun.nu.622.quæ uera ſententia conſtat ex l.Princeps legibus.ff.de legib.& ex ca.propoſuit extra de conceſſ.præben.ubi Princeps legibus ſolutus eſt: pro qua etiam urget, quòd Princeps eſt lex animata in terris, authen.deConſu.§.fina.& quod ei placet legis habet uigorem,l.1.ff.de conſtitut. Princi.& in ſpecie ſecundum Bart.Iaſ.& alios probatur in l.fi.C.ubi Senat. uel Clari.
3 † qui tex.prout aduertit Deci.ubi ſupra, parum facere uidetur,quia ibi propter dignitatem perſonarum,condemnatio ipſi Principi fuit reſeruata: niſi dicas, quòd ibi accuſatoris calumnia à delegato inconſulto Principe cohercetur, quæ cohercio eſt meri imperii, & aliàs indelegabilis,iuxta l.1.§.fina.ff.de offic.eius. Nec oberit,quòd per legem prohibeātur prædictæ cauſæ delegari,nam quando lex aliquid prohibet, ſemper cenſetur auctoritas ſuperioris excluſa, ca.uenientes extra de iureiuran. concludit tamen Curti.vbi ſupra,quòd Prin
4 ceps † delegare poteſt cauſas meri imperij de poteſtate ſuprema, non autem de poteſtate ordinaria, quod ſecundum eum, Bart. & alij ſenſere, dum dicunt delegare eum poſſe, quia eſt ſolutus legibus: ex quo in-
5 fert, † quòd Princeps poterit cauſas meri Imperij delegare, cum clauſula non obſtante, aliàs ſecus. Quam reſtrictionem licet per Moder. non reperio tactam, mihi tamē omnino reijcienda eſſe videtur: nam præſuppoſito quòd verum eſſet Principem de poteſtate ſuprema legibus ſoluta, non ordinaria, cauſas meri imperij delegare,

delegare, admittendum non puto, quòd Principis ſuprema & abſoluta poteſtas ſit prædicta clauſula, nõ obſtante frænata, illa etenim clauſula operatur declarationem voluntatis Principis volentis legi derogare: vnde ſi ex alia clauſula, vel modo loquendi apparet de Principis voluntate, delegatio, vel alius actus contra legẽ valebit. Sed ex hoc alius effectus ſequeretur, quòd
6 in dubio † Princeps non præſumeretur cauſas aliàs indelegabiles delegare, & velle iuris communis regulis derogare, ita concludit idem Curti. Iuni. nu. 78. arg. l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. publi. & l. iubemus nulli. C. de Epiſco. & Cleri. quia in re dubia non videtur Princeps velle vti plenitudine poteſtatis, Inno. in c. innotuit extra de elect. Bald. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. Roma. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui operi. Intellige tamen, quòd quando actus non poteſt niſi de poteſtate abſoluta valere, quòd tunc non eſt dubium, & valet, vt tradit Mincha. in lib. 1. cõtrouer. cap. 29. nu. 9. poſt Bal. in l. ex imperfecto, in fine C. de teſta. & Alex. in l. quanquam. C. de vſuris, quos ipſe refert. Ex prædictis ego infero declarationem ad principalem quæſtionẽ, quòd cùm Princeps ſit ſolutus legibus, non ſolùm ipſe poterit cauſas aliàs indelegabiles delegare, & valet delega
7 tio earum, ſi de eius intentione apparet, † ſed etiam eius delegatus, ſi ei cum poteſtate ſubdelegandi eas delegauit: nam etiam in hoc eſt ſolutus legibus Princeps, vt cum poteſtate ſubdelegandi poſsit cauſas indelegabiles delegare: vnde quæſtio noſtra procedit, quando Princeps ſimpliciter ſine poteſtate ſubdelegandi, cauſas indelegabiles alicui delegauit. His ita præhabitis,
8 accedendo † ad principalẽ articulum, an Principis delegatus valeat cauſas aliàs indelegabiles, vt meri imperij, ſeu

rij,ſeu criminales ſubdelegare. Et partẽ affirmatiuã tenet glo. in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. da. in verbo iudicandas in fine, quam ibi ſequuntur Barto. Bald. Ange. vbi Paul. Caſt. dicit ſibi videri magis communẽ, licet non clarè ex eius verbis apparet quæ pars ſibi magis placet: & in eam videtur inclinare idem Bart. in l. 1. ff. de offic. eius. nu. 10. & eam expreſsè amplectitur ibi Bal. Ange. Paul. & Iaſ. nu. 63. Rimi. ſeni. n. 32. Deci. qui eam communem appellat, nu. 84. Curti. iun. magis cõmunem, nu. 80. Paulus Oria. nu. 142. Lance. Deci. quẽ refert Iaco. de Nig. ibi nu. 136. Sapia nu. 85. Pata. num. 155. poſt Guill. idem Guill. & poſt eum Bald. in. l. imperium. ff. de iuriſdicti. omni iu. Caccalup. in repe. l. more. q. 6. nu. 11. glo. in l. fi. in fine. C. ne liceat poten. Ioan. de Imo. & Abba. in c. quod ſedem extra de offi. ordi. idem Imola in ca. fi. extra de offi. delega. Cardi. & Flori. in ca. in Archiepiſcopatu extra de rapto. Ange. cõſ. 196. incipiente, in cauſa accuſationis, & ita decidit Rota deciſi. 246. Et primò hanc partem probant prædicti Doct. per tex. capitalem in l. vnica, verſi. hæc teneant. C. qui pro ſua iuriſdictione iudi. dare dariue poſsũt: ibi, nullo perſonarũ, cauſarumue habito tractatu; ex quibus verbis colligunt, Principis delegatum poſſe cauſam ſibi à Principe commiſſam, nulla facta differentia alteri delegare, id eſt, ſiue cauſa ſit meri imperij, ſiue mixti, aut ſimplicis iuriſdictionis, indifferenter ſubdelegat: qui textus fortiùs vrgere videtur ſi ponderentur verba illa, nullo perſonarum &c. quæ vniuerſalia negatiua ſunt, & ſumuntur ex vniuerſo, & ſi in aliquo non ſunt vera, in totum ſunt falſa, arg. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubi. Sed reſponderi poteſt, quòd in textu illo nõ dicitur quòd cauſas aliàs indelegabiles poſſit delega-

tus Principis ſubdelegare, ſed à verbis & à mente alienum eſſe: quod in fine latiùs diſcutiemus. Secūdò aliter † induci poteſt text. ille in d. l. vnica ibi, niſi iudices
9 à nobis ſpecialiter delegantibus dati, alij cauſas delegauerint iudicandas: vbi conſtat delegatū Principis cauſam ſibi ſpecialiter commiſſam alteri delegare: licet regulariter quæcunque cauſæ quæ ſpecialiter committūtur alicui ſunt indelegabiles, vt expreſsè innuit tex. in l. 1. ff. de offi. eius. ibi, Quæcunque ſpecialiter lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione Principum tribuūtur, mandata iuriſdictione non transferuntur, quæ verò iure magiſtratus competunt, mandari poſſunt. Bellarmatus in d. l. 1. reſpondet, quòd tex. ille loquitur in ordinarijs d. l. vnica in delegatis, nec aſſignat rationem differentiæ, quare ordinarius quæ ſibi ſpecialiter committuntur nō delegat, Principis verò delegatus ſic. Aliter autē poteſt reſponderi, quòd verbum ſpecialiter in d. l. 1. exponitur, id eſt, expreſsè & in priuilegium, vt ex gl. ibi, in verbo ſpecialiter, & ex Doct. conſtat: aut nominatim & in ſpecie, vt meliùs Fulgo. ibi, & alij explicāt: at in l. vnica uerbum ſpecialiter aliud ſignificatum habet, id eſt, dati ſunt iudices ad unam, uel alterā cauſam, ad differentiam eorum qui generaliter dantur iudices, aut quibus uniuerſaliter committūtur cauſæ, ut ſ. in ca. 15. nu. 5. latè oſtendimus: & Bald. Sali. & Paul. in l. à iudice declarant: Vbi dicūt delegationē aut fieri ſpecialiter, aut generaliter, aut uniuerſaliter, ut ibi per eos. Tertiò huic opinioni ſuffragatur ratio, nam poſtquam cauſa indelegabilis ſemel fuit per Principem delegato ſuo delegata, mutauit naturam, & effecta eſt delegabilis, arg. l. 1. uerſi. is uerò C. de imponc. lucra. diſ. & l. pater §. quindecim. ff. de lega. 3. ubi quindecī libertis præ-

diolum ſuum cum taberna legauit teſtator, hac conditione, ne quis partem ſuam venderet, donaret, aut aliter alienaret, & uult tex. ibi, quòd ſi quis ex his alterius partem emerit, non prohibeatur partem illam alienare, cùm ſemel facta ſit alienabilis: quod corroboratur per l. ſi à me ff. ad l. Falci. & per l. uideamus iuncta l. præcedenti §. fi. ff. quod metus cauſa, nam ſufficit quòd res ſemel euadat prohibitionem, arg. l. inter cætera §. fin. ff. de lega. 2. l. fi. C. de remiſ. pign. quod bene confirmatur per l. tutor rerum ff. de adminiſt. tuto. ubi ſi res minoris ſemel fuit autoritate tutoris ſolemniter uendita, dato quòd venditio non habuiſſet effectum, ipſe tutor poterit ſua autoritate ipſam retinere, nam licet alienari prohibita eſſet in perſona tutoris, qui in proprio facto autoritatẽ præſtare nequit, verùm quia ſemel fuit alienata, cenſetur perpetuò alienabilis: quem tex. conſiderat Iaſ. vbi ſ. quòd ibi erat prohibitio alienationis, nõ tantùm reſpectu rei, ſed etiam reſpectu perſonæ. Sed reſpondet Alex. in d. l. 1. de offi. cius nu. 87. quòd in dictis iuribus res erat affecta, non tamẽ perſona: ſed replicari po
10 terit † de d. l. tutor rerũ: reſpõderi tamẽ poterit per Val. laſ. in repeti. l. imperium nu. 218. quòd ibi res non erat prohibita alienari, nam tex. ille loquitur de animalibus, & de rebus quæ ſine decreto poterant alienari, iuxta l. lex quæ tutores C. de adminiſtra. tuto. & ibi tantùm erat prohibitio in perſona tutoris, ne emeret ea ratione, quia ſibi non poterat autoritatem præſtare, propter ſuſpicionem, de qua in l. 1. de autori. tuto. quæ ratio ceſſat in ſpecie d. l. tutor rerum, quia iam fuerat vendita, ſed propter pretium non ſolutum fuerat retenta, nec poſſe eam retinere ex eo prouenit, quòd fuit facta alienabilis, ſed quia ſuſpicionis ratio ceſſat. Aliter autem poteſt re-

Digitized by Google

teſt reſpõderi, quòd in prædictis iuribus facta ſemel alienatione ceſſat ratio prohibitionis, quod eſt ſecus in noſtra ſpecie, in qua licet cauſa regulariter prohibita delegari, ſemel delegetur in aliquo caſu ſpeciali, deinceps remanet prohibitionis ratio, nempe quòd prædictæ cauſæ graues, alijs quàm quibuſdam magiſtratibus non tribuantur iudicandæ. Et prædictæ reſponſiones corroborantur, nã attenta hac ratione, quòd res ſemel eſt delegata, ſimiliter diceremus, quòd ſubdelegatus Principis poſſet ſubdelegare, & deinceps, quia iam ſemel eſt facta delegabilis, quod verum non eſt, vt ſcribẽtes omnes agnoſcunt, & eſt text. in ca. ſuper quæſtionũ §. ſi verò, & §. nos, extra de offi. delega. Præterea quilibet delegatus poſſet mandatam ſibi iuriſdictionem alteri mandare, quod eſt falſum, vt conſtat ex l. fi. ff. de of-
11 fi. eius: ratio † quidem differentiæ, quare res inalienabilis, ſemel facta alienatione efficitur alienabilis, cauſa verò indelegabilis ſemel delegata non iterum delegatur, meo iudicio eſt, quia regulariter res alienabilis eſt ſuapte natura, licet in aliquo caſu ſpeciali prohibetur alienari, authen. res quæ C. commu. delega. cauſa verò meri imperij indelegabilis regulariter eſt, l. nemo poteſt gladij, ff. de reg. iur. vnde ſi ſemel eſt alienata, efficitur alienabilis, quia de facili tollitur priuilegium, & res reuertitur ad ſuam priſtinam naturam, ſeu ad ius commune, vt in c. 12. circa finem nu. antepe. expoſuimus, & latè oſtendit Gozadi. in repe. l. omnes populi, nu. 155. ff. de iuſti. & iure. Quartò hanc partem probant ſcribẽ. per rationem, & regulam l. ſi cum §. qui iniuriarum
12 ff. ſi quis cautio. vbi pro regula traditum eſt, quòd † ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, ſed indubitatum eſt, quòd Princeps cauſas meri imperij dele-

rij delegat, cùm ſit ſolutus legibus, vt ſupra concluſum latè eſt, ergo & eius delegatus, ſeu ſubrogatus qui eius perſonam repræſentat, c. ſanè, extra de offic. delega. vt get l. etſi Prætor ff. de offi. eius l. ſolet ff. de iuriſdi. omni. iudi. Sed reſpondent Doctor. regulam illam, ſubrogatus &c. locum ſibi non vendicare in hoc cauſarum delegationum tractatu, nam aliàs diceremus, quòd Principis ſubdelegatus poſſet ſubdelegare, & deinceps in infinitum, quod eſt contra c. ſuper quæſtionum §. ſi verò, extra de offi. delega. Præterea hac attenta ratione, ordinarius poſſet cauſas criminales, & gladij ius alegare, quod non eſt verum, d. l. nemo poteſt gladij, & d. l. ſolent in pri. ff. de offic. Procon. & lega. Rurſus quilibet delegatus poſſet ſubdelegare, contra regulam l. fi. ff. de offi. eius l. more ff. de iuriſdict. omni iudi. l. à iudice C. de iudi. Sed replicari poterit, quòd regula ſubrogatus, locum non habet, quando contrarium expreſsè in iure eſt deciſum, vt in ſupradictis exemplis, ſed in delegato Principis, quòd non poſsit ſubdelegare, non ſolùm nō eſt prohibitum, verùm eſt expreſsè permiſſum per d. l. vnicam C. qui pro ſua iuriſdi. Sed iterum reſponderi poterit, quòd ſatis per generalitatem l. nemo poteſt, eſt prohibitum delegato Principis ſubdelegare, & negando quòd contrarium per d. l. vnicam concedatur, vnde ſtandum eſt regulæ, quoties exceptio non bene probatur, glo. in l. omnis diffinitiō. ff. de regu. iuris. Secūdo modo reſpondent, regulam illam ſubrogatus &c. locū nō habere, quando electa eſt induſtria perſonæ, quo caſu non permittitur per vicem gerentem facere, arg. l. inter artifices ff. de ſoluti. & l. vnica. §. ne autem C. de cadu. tolle. & in cauſis meri imperij videtur electa induſtria perſonæ, vt notant Doctor. per text. ibi, in l. 1. ff. de

offi. eius

offi.eius. Sed tolli poteſt hæc reſponſio, negando verum eſſe quòd ex eo quòd committitur cauſa meri imperij videtur omnino electa induſtria perſonæ, nam ſi
13 eſſet † verum, nec in caſu neceſſitatis poſſent delegari, arg.c.ſi pro debilitate extra de offi. delega.nam in ſpecie d.l. inter artifices, etiam in caſu neceſsitatis faciẽdo per alium non ſatisfaceret, vt bene aduertit Curti.in d.l.1.nu.28. quòd autem Princeps cauſas aliàs indelegabiles deleget, prouenit ex eo, quòd vt ſuprà dictum eſt, ſolutus eſt legibus, nõ quia eſt electa induſtria eius perſonæ, nam hac attenta ratione non poſſet delegare cũ poteſtate ſubdelegandi, quod non puto verum, nam ſicut eſt ſolutus legibus, vt ipſe poſſit delegare, ſimiliter vt poſſit delegare cum poteſtate ſubdelegandi. Tertiò ego reſpondeo, quòd regula prædicta ſubrogatus, non habet locum in ſubrogato Principis, qui non ſapit naturam Principis ſubrogantis, in his quæ ad poteſtatẽ abſolutam pertinent, quando ſpecialiter ei non committuntur, Rimi.iu.in d.l.1.nu.640.poſt Inno.in c. dudum de electione, nã cùm ſint regulariter in alijs prohibita, iam ceſſat regula illa ſubrogatus, quæ non procedit in caſibus à iure prohibitis: vnde licet ſi delegatio facta eſt à Principe cauſæ criminalis, cum poteſtate ſubdelegandi, poterit Principis delegatus ſubdelegare: ſecus erit quando ſimpliciter cauſa meri imperij delegata eſſet, nam vt in principio expoſuimus, in dubio non præſumitur velle vti poteſtate ſuprema, ſed viuere ſecundum leges. Quintò his accedit c.ſi. extra de offic. delega. vbi quando Princeps commiſit cauſam cũ clauſula, quòd delegatus deberet perſonaliter per ſe cognoſcere, vel inquirere, vel aliquid facere per quod videatur electa induſtria perſonæ, non poteſt etiam de cõſenſu par-

ſu par-

Digitized by Google

ſu partium alteri delegare, vnde à contrario ſenſu, non adiecta illa clauſula, poterit delegare. Reſpõdent Doct. quòd ibi non debet ſumi arg. à contrario ſenſu, quia reſultaret abſurditas, & legum correctio, vnde ſuccedit regula l. 2. C. de conditi. inſertis. Secundo modo reſpondent, quòd text. ille procedit de iure canonico, quo iure quidquid eſt cognoſcibile, eſt delegabile, ſecundum communem opini. vt tradit Iaſſ. in loco ſupra cita. in d. l. 1. Valla. vbi ſupra, Couarru. lib. 3. varia. reſolu. ca. vltimo, vbi aſsignant alias ſoluti. & ita euitant c. ſi pro debilitate, & c. venerabili. extra de offi. delega. c. in Archiepiſcopatu, extra de rapto. & alia iura canonica. Sextò & vltimò vrget l. à iudice C. de iudi. c. vndique, extra de offi. delega. vbi delegatus Principis ſubdelegare poteſt, licet regulariter in alijs diſpoſitum ſit contrarium. Sed reſpõderi poteſt, quòd ſubdelegat cauſas regulariter delegabiles, non verò cauſas prohibitas delegari, vt gladij poteſtatem. Verum partem negatiuam non pauci ſequuntur Doct. videlicet Principis delegatum cauſas alias indelegabiles nõ poſſe ſubdelegare: quam ſequutus eſt Marti. quem refert Bart. in d. l. unica. C. qui pro ſua iuriſdict. ubi eam amplectitur Iaco. de Rabe. Petrus Old. Cy. Raine. Iaco. Butrig. Marti. Silla. Salice. & Fulgo. Eam tenet Albe. de Soſa. Rom. Alex. num. 38. Curti. Iuni. num. 80. Goza. nu. 142. in d. l. 1. ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſd. ubi & Bern. Benebolentius, quem ibi refert Bellarmatus circa finẽ, qui in hac q. fluctuat. Raine. in l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. ubi Vallas. in repe. nu. 210. in eam uidetur inclinare Iaco. Beluiſius in authen. ut defuncto, ſeu fune. §. fi. in fi. Bald. in l. 1. C. ne liceat potenti. Ioan. Andr. in addi. ad Specul. §. fin. ſuper uerbo, item quòd eſt delegatus,

gatus,

gatus,& Petrus de Bella.quos refert Pau.in d. l. unica, ubi ipſe nihil certum reſoluit,Pau.de Leaz.Ant.de But. Anchar.ĩ Clem.1.de offi.dele.idē Ant.ĩ c.quod ſedē de offi.deleg.& hāc teſtatur magis cōmunē Albe.ubi ſup. quod uerũ eſſe intelligit Iaſ.ĩ d.l.1.ante aduētũ Bar. ſed ſimpliciter nouiſſimè magis cōmunē appellat,qui eā ſequitur Rim.Iun.in d.l.1.ff.de offi.eius,nu.fin.qui ad hoc citat Deci. in c. ſi pro debilitate extra de offic. delega.
14 Et pro hac parte urget † conſideratio, quòd nō debet eſſe maioris efficaciæ delegatio facta per Principem uiuentem,uirtute reſcripti,quam per Principem mortuũ uirtute legis ſcriptæ,imò minoris, cum lex fiat cum maturiori conſilio, & deliberatione, l.humanũ.C.de legi. Sed reſponderi poteſt,fortius eſſe, & maioris efficaciæ quod fit à Principe,quam quod fit à lege,quoniā Princeps maiorem poteſtatem habet quam lex quæ ab eo emanat,& per eum tolli poteſt,l. 1.ff. de conſtitu. Prin. l.Princeps legi.ff.de legi.l.1.& l.fin. C.de legi.Nec oberit conſideratio,quòd lex fit cum deliberatione maturiori,nā reſpondeo,quòd licet lex fit cũ maturiori cōſilio,ſitq; iuſta & honeſta, c. erit lex. 4.diſti. tamen cùm vniuerſaliter lata eſt, non poteſt omnes caſus comprehendere per rationem l.4.ff.de præſcrip.verbis:neceſſe eſt vt ad ea tantùm quæ frequentiora ſunt adapretur, l.iura,cum tribus ſeqq. & l. nec leges, & l.non poſſunt, ff.de legi.l.antiqui ff.ſi pars hæredi. peta. vnde contingit poſteà in particulari caſu,de quo in ipſa lege ſpecialiter non eſt prouiſum, æquitatis rationem ſuadere cōtrarium eſſe æquius,quo caſu meliùs prouidere poterit Princeps quàm lex: ideoq; magna cum ratione Princeps non ſubeſt legi,ſed lex Principi,& actus Principis debent eſſe maioris efficatiæ. Secundò adduci ſolet

15 ratio, nam † quando eſt electa induſtria perſonæ, non poteſt quis per vicem gerentem actum facere, l. vnica §. ne autem C. de cadu. tollen. d. l. inter artifices, & in noſtra ſpecie eſt tex. in c. fi. & in c. ſi pro debilitate, extra de offi. delega. Sed quãdo committitur alicui cauſa magna, vt meri imperij, vel alia, propter magnitudinẽ rei indelegabilis, videtur electa induſtria perſonæ, vt notãt Docto. in d. l. 1. de offi. eius: nam ex magnitudine dignitatis, & põderis rei videtur electa ĩduſtria perſonæ, l. j. ff. de offi. Præfe. præto. epiſt. inter claras, de ſumma Trini. & fide catho. vnde cùm cẽſeatur in his electa induſtria perſonæ, delegatus Principis non poterit delegare, quod expreſsè videtur innuere d. c. ſi pro debilitate. Sed huic fundamento reſponderi poterit negando, vt ſupra, quòd videatur electa induſtria perſonæ in omnibus cauſis regulariter indelegabilibus, ſi ſimpliciter delegantur, niſi vlteriùs in commiſſione Princeps procedat adijciendo verba alia induſtriam perſonæ inducentia, vt perſonaliter per te cognoſcas, vt in d. c. fi. aut tu tu, vel per te te cognoſcas, vt Iaſſ. in d. l. 1. adnotauit, vbi ſcriben. tradunt alia verba induſtriam perſonæ importantia: aliàs autem ſi ex eo quòd electa eſſet induſtria perſonæ, cauſæ meri imperij prohiberentur delegari, vt ſcribentes volunt, ſequeretur inconueniens, quòd nec in caſibus neceſsitatis abſentiæ, vel infirmitatis liceret eas delegare, cõtra tex. & quod ibi notatur in d. l. 1. ff. de offi. eius. Præterea ſi verum eſſet, cauſæ meri imperij de iure cano. eſſent indelegabiles, & tñ communiter concluditur contrariũ, vt ſupra diximus, & latè diſcutit Couarr. li. 3. vari. reſolu. c. fi. Sed ad hoc vltimum poterit replicari, quòd licet hæc opinio communis ſit, non tamen procedit ſine dubio, vt conſtat ex tra

ditis

ditis à Couarr. & præſuppoſito quòd ſit verum, poteſt aſſignari differẽtiæ ratio inter ius ciuile & canonicum, quoniam de iure canonico non delegantur cauſæ, niſi perſonis conſtitutis in dignitate, vt tradit Curti. Iun. in d.l.1.nu.74.ff.de offi.eiuſ.per c. ſtatutum, in prin.de reſcriptis in 6°. Sed ego iterum reſpondeo, quòd etiam de iure canonico, quãdo cauſæ ſunt adeò graues, quòd videatur electa induſtria perſonæ, delegari minimè poſſunt, vt conſtat ex d.c.ſi pro debilitate, vbi Deci.adnotauit, & in d.c.ſi.Caleſa.in d.l.1.nu.91.vbi dicit, quòd cauſæ valdè graues, nec cum cauſa poſſunt à delegato Principis delegari. Tertiò his ſuffragatur ratio, nam ſicut iudex ordinarius habet à lege iuriſdictionem & poteſtatem, l.more. ff.de iuriſdicti.omn.iudi.l.1. in prin.
16 ff. de offici. eiuſ. ſimiliter † & Principis delegatus, cùm Princeps ſit lex animata in terris, text.in authen.de Cõſul.§.fi. Sed reſpondeo, quòd Princeps eſt lex, ſed eſt lex viua, & eſt magis quàm lex, quia legem vincit & tollit, vt ſupra dictum eſt: vnde non eſt cõcludens arg. non fit per legem, ergo non poteſt fieri per Principem, quia eſt arg.de minori ad maius, quod negatiuè nõ procedit, vt notant Doct.in l.2.ff.de legat.1.vbi Mari. Soci.
17 Iun. Quartò pro hac parte facit ratio, nã † ordinarius ſimiliter creatur à Principe, & ab eo habet iuriſdictionem, l.1.§. cùm vrbem.ff.de offi.Præfec.vrbis, vnde ſicut ordinarius creatus à Principe non delegat cauſas criminales, idem dicendum eſt in ipſius delegato: maximè quòd iuriſdictio quælibet, ſiue ordinaria, ſiue delegata ſit, emanat à Principe in quem fuit à populo regia lege tranſlata, l.1.ff.de conſtitu.Princi. Sed reſponderi poteſt, quòd ordinarius habet iuriſdictionem ſuo iure, delegatus etiam Principis beneficio, & nominè Princi

Digitized by Google

pis,l.more ff.de iuriſdict.om.iud. quod eſt multùm cõſiderabile,cùm ordinarius repreſentat Principem mediante iure proprio,& à longè: delegatus verò repræſentat Principem immediatè,& à proximè. Sed poteſt replicari,quòd quando habet iuriſdictionem ordinariã immediatè ab ipſo Principe, iſta reſponſio non procedit,& ita non eſt generalis, nec concludens. Quintò
18 his accedit conſideratio, nam † delegatus Principis æquiparatur ordinario,nam ſicut ordinarius poteſt delegare,l.1.ff.de offi.eius,l.more, ff. de iuriſdicti. omn. iudi. ſimiliter Principis delegatus,l.à iudice,C.de iudi. vnde ſicut ordinarius non delegat cauſas meri imperij, vt in d.l.1.ff.de offi.eius, ita nec Principis delegatus, nam æquiparatorum eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, per iura vulga. Sed reſponde, quòd æquiparatio non procedit in caſu in quo à Iure eſt diſpoſitum contrarium, vt in noſtra ſpecie,per d.l. vnicã, C.qui pro ſua iuriſdi. nam licet in vno & altero æquiparentur, non tamẽ ex hoc ſequitur quòd in omnibus debeant æquiparari,maximè in caſu in quo minor ratio militat, cùm delegatus Principis in cauſa ſibi cõmiſſa ſit maior ordinario: Sed negari poterit,quòd per d.l.vnicam ſit diſpoſitũ,quòd cauſæ aliàs indelegabiles poſsint à delegato Principis ſubdelegari. Sextò ſententia hæc probatur per l.cùm antiquitas, C.de vſufructu,vbi ſi res quæ de ſui natura non eſt tranſmiſſibilis, expreſsè permittitur quòd trãſmittatur, intelligitur de prima tranſmiſsione: Sed reſpondent Docto.quòd ibi res legata non erat tranſmiſſibilis ex impoſſibilitate iuris, ideò licet ſemel tranſeat, nõ efficitur perpetuò trãſmiſſibilis, quia alius eſt vſuſfructus in perſona hæredis, alius in perſona defuncti, l.ſtipulatio iſta §.ſi quis ff.de verb.oblig.& in vſufructu induci-

inducitur illud ſpeciale, ne ſequatur incōueniens, quòd proprietas ſit inutilis, aſcēdente ſemper vſufructu, quæ ratio ceſſat in delegatione. Septimò confirmatur, nā
19 vbi à lege datur poteſtas † delegandi, ſemper intelligitur excepto mero imperio, vt conſtat ex l. 1. §. fi. ff. de offi. eius, vnde ita debet intelligi, & reſtringi poteſtas delegandi conceſſa delegato Principis, per c. paſtorales, extra de offi. deleg. & per l. à iudice C. de iudi. Sed poteſt reſponderi, quòd regula illa locum ſibi vendicat in ordinarijs, de quibus in prædict. l. 1. agitur, ſecus in Principis delegato, qui eſt maior, c. ſanè extra de offi. deleg. Octauò fortiùs probatur, quoniam regula l. nemo poteſt gladij ff. de regu. iur. non reperitur mutata in delegato Principis, vnde non potuit delegare cauſas meri imperij: ſed reſpōdent, quòd mutata eſt per d. l. vnicā. Sed poteſt replicari, quòd nec ex verbis, nec ex mente colligi poteſt, quòd autores illius legis voluerunt eam mutare: ſecundo modo reſpondetur, quòd in delegato Principis non eſt neceſſe, quòd illa regula mutetur, nā cùm Principem repreſentat, vt in d. c. ſanè ſuccedit regula ſubrogatus &c. d. l. ſi eum §. iniuriarum ff. ſi quis cauti. vnde ſicut ipſe Princeps delegat cauſas aliàs indelegabiles, vt criminales, quia eſt ſolutus legibus, ſimiliter & eius delegatus, qui eum repreſentat. Sed tamen replicari poterit, quòd licet Princeps ſit legibus ſolutus, non tamen eius vicem gerens, ſeu ſubrogatus, vt ſ. latè dictum eſt. Nono adducitur clemē. unica de offi. delega. vbi licitum eſt vices ſuas alteri committere, illi cui cauſa ciuilis receptionis teſtium à ſummo Pontifice commiſſa fuit, vnde à contrario ſenſu ſecus videtur dicendum in cauſa criminali. Sed reſpondent ſcriben. quòd non ſumitur argumentum à contrario ſenſu, cùm ex

cùm ex eo reſultaret correctio d.l.unicæ.C.qui pro ſua arg.l.1.C.de condi.inſertis. Sed replicari poteſt, quòd lex illa nihil diſponit. Secundo modo reſpondetur, quòd text.ille loquitur de iure canonico, quo attento, quidquid eſt cognoſcibile eſt delegabile, ſecundum gl. & Docto.in c.quòd ſedes extra de offic. delegat. tradit Iaſ.in d.l.1.ff.de offi.eius, num.28.uerſi.ſeptimò limita: vnde neceſſariò debemus dicere, quòd ibi non probatur, quòd cauſæ meri imperij non poſsint delegari: & ita reſpõderi poterit ad c.ſi pro debilitate, extra de offi. delega. ubi habetur, quòd propter neceſsitatem liberũ eſt ſubdelegare, unde uidebatur dicẽdũ, quòd ceſſante impedimento, non erit liberum. Sed replicari poterit, quòd illa opinio non procedit ſine dubio, ut conſtat ex traditis à Couarr. ubi ſupra. Decimò urget ratio, quia
20 † Princeps non uidetur in dubio alteri concedere facultatem, cum illa omnimoda poteſtate quæ eſt apud eum, Rimi.Iun.in d.l.1.nu.640.poſt Innocen.in c.dudum de elect.& in c.monaſterium, de ſtatu.mona. Bal. in l.teſtamentũ C.de teſtam.Rui.cõſ.104.nu.13.uol.3. Ex prædictis apparet, hãc q. ualdè dubiam eſſe, nec clarè conſtare quæ pars eius uerior, aut receptior ſit: ego uerò in hac difficultate, ultimæ negatiuæ ſententiæ libẽter accedo, & delegatum Principis cauſas aliàs indelegabiles nõ poſſe ſubdelegare, magis quàm ordinarius, niſi ſpecialiter à Principe ei ſit permiſſum exiſtimo, hac præcipua inter cæteras ratione: Quoniam ſtandum eſt
21 regulæ, † quoties exceptio non bene probatur, glo.recepta in l.omnis diffinitio ff.de regu. iuris, vnde cauſæ quæ regulariter aliàs indelegabiles ſunt, per Principis delegatum, non poſſunt delegari, cùm in iure non reperiatur ſibi conceſſum. Sed quia Doctores decipiun

g m tur, dum

tur, dum putant per l. vnicam C. qui pro ſua iuriſdictio ne. ſibi permiſſum eſſe, à cuius intellectu (vt multi Moderni teſtantur) deciſio huius quæſtionis dependet, neceſſe erit inſiſtere in eius interpretatione, & in ſenſu illorum verborum, nullo perſonarum, cauſarumue habito tractatu, &c. quibus torquentur ſcriben. & in illorum
22 interpretatione varij varia ſenſere. † Primus igitur intellectus ad illam l. eſt aliquorum volentium, Principis delegatum, non ſolùm cauſas ſibi commiſſas, ſed etiam nō ſibi delegatas, poſſe ex priuilegio delegare, per illū text. quæ intelligentia praua eſt, & eā meritò reprobat glo. ibi, & Iaſ. in d. l. 1. ff. de offi. eius. nu. 63. & manifeſtè confunditur, nam forma delegationis eſt attendenda c. ex parte, & c. cùm olim Abbas, extrà de offi. delegat. arg. l. diligenter ff. manda. Secundus intellectus eſt glo. ibi in verbo, iudicandas, quem ſequitur ibi Bart. & communiter Doct. vt ſupra dictum eſt, quòd licet regulariter cauſa meri imperij ſeu criminalis delegari nō poſſit, hoc fallit in delegato Principis, in quo eſt ſpeciale, quòd nulla cauſarū facta differētia deleget, & iſte text. ſecundum hunc intellectum, eſt principale fundamentum primæ opinionis, & partis affirmatiuæ. Sed Doct. qui partem negatiuam communiter etiam ſequuntur, reprobant iſtum intellectum, nam licet ibi dicatur, nullo perſonarum cauſarum &c. reſtringi tamen verba illa debent, de habilitate, arg. l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſ. vnde quod ibi dicitur, delegatum Principis poſſe, nulla facta differentia cauſarum ſubdelegare, intelligitur, dū modo deleget cauſas delegabiles: & quòd reſtringi debeant verba illa de habilitate, clarè apparet, nam ibi dicitur, nullo perſonarum cauſarumue &c. & nullus tam infirmi iudicij eſt, vt affirmare audeat, velle text. illum, poſſe

poſſe Principis delegatum furioſo, aut infanti ſubdelegare, contra manifeſtam rationem, & tex. in l. cùm Prætor §. fi. ff. de iudic. vnde cùm illud verbum vniuerſale, reſpectu perſonarum, neceſſariò reſtrictionem de habilitate patiatur, idem debemus dicere & reſpectu cauſarum, cùm vna determinatio plura reſpiciens determinabilia, pariformiter determinet, l. iã hoc iure ff. de vulga. Nec eſt nouum in iure, quòd dictio illa, nullo, huiuſmodi patiatur reſtrictionem, vt conſtat ex l. nihil, iuncta glo. C. de procurato. tradit Alex. Imo. in d. l. 1. ff. de offi eius, nu. 85. Sed pro defenſione intellectus adducunt Docto. quòd quando lex generaliter loquitur ſuper actu iam conceſſo, nõ reſtringitur de habilitate, per l. 1. §. nuntiatio, l. 1. ff. de noui ope. nun. vbi ſcribent. poſt glo. ibi in verbo, diebus, notant: ſed iam erat diſpoſitum per l. à iudice C. de iudi. quòd delegatus Principis poſsit ſubdelegare, quæ lex non ſolùm in ordine, ſed etiam in tempore eſt longè anterior, vt ex earum autoribus apparet. Præterea aliter poſſet reſpõderi, quòd ſi verba illa, nullo &c. reſtringerentur de habilitate, ad cauſas aliàs delegabiles, verſi. hæc teneant niſi. ubi conſtat tex. uoluiſſe apponere exceptionẽ, eſſet ſuperfluus & inutilis. Mihi uerò iſte intellectus non placet aliâ ratione, ſcilicet quia nec ex uerbis, nec ex mẽte illius tex. colligi poteſt, ſi bene conſiderantur, quòd uoluerit diſponere, quòd Principis delegatus cauſas meri imperij poſsit ſubdelegare, nec de hoc ibi agitur, ut infra dicemus. Tertium intellectum adducit Alex. in d. l. 1. num. 85. ff. de offic. eius, quòd uerſ. ille, nullo perſonarũ &c. loquitur de cauſis meri, aut mixti imperij infimis, quæ delegabiles regulariter ſunt, ut concludit Bart. & Docto. in l. imperium ff. de iuriſdicti. omni. iudi. & probatur

in l. 1.

in l. 1. §. fi. in fine, & in l. fi. ff. de officio eius. Sed certè iſte intellectus admittendus non eſt, & meritò eum improbat Iaſ. vbi ſupra: Primò quia non conuenit verbis illius text. nullo perſonarum cauſarumue &c. nam iam eſſet differentia cauſarum: Rurſus nam cùm prædictæ cauſæ ſint regulariter delegabiles, non eſſet bona fallẽtia, de qua ibi. Quartum intellectum poſuit Iaſ. in d. l. 1. nu. 63. ff. de offi. eius. dicens, quòd in principio illius l. traditũ eſt, quòd ad hoc vt iudex cauſã delegare poſſit, requiritur quòd ſit cã de iuriſdictione delegãtis, & perſona cui committitur ſit ſubdita deleganti: in verſi. verò, hæc teneant niſi. ponit exceptionem, hoc non procedere in Principis delegato, in quo non conſideratur an cauſa ſit de eius iuriſdictione, vel non, an perſonæ ſubditæ delegetur, vel non ſubditæ, ſed nulla facta differentia perſonarum, vel cauſarum delegatio valida eſt: & ratio differentiæ ſecundum eum eſt, nam ex quo cauſæ omnes ſpectant ad iuriſdictionem Principis, & omnes perſonæ ſunt ſibi ſubditæ, per conſequens & Principis delegato, qui eius perſonam repreſentat, c. ſanè, extra de offi. delega. nam ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, per iura vulgaria: & iſtum intellectũ amplectitur Rimi. Seni. ĩ d. l. 1. ubi & Rim. Iun. nu. 626. & cum eo tranſit Vallaſ. in d. l. imperium, nu. 212. & in effectu eum ſequitur Goza. in d. l. 1. in fine nu. 146. vbi affirmat, quòd tex. ille non loquitur de mero imperio, & quòd verba illa, nullo perſonarum &c. referuntur ad ſuperiora, ſuppoſita ſemper habilitate: adijcit tamen, quòd ibi cauſa fuit à Principe delegata ordinario quæ non tamen erat ſuæ iuriſdictionis, & eum intellectum in effectu ſequitur Bellarmatus in d. l. 1. nu. 46. dicens, quòd tex. ille loquitur in delegato Principis, qui

aliàs erat ordinarius, habebatq; adminiſtrationem, nā his duobus concurrentibus, quòd aliàs habebat adminiſtrationem, & eſt delegatus Principis, cùm omnes perſonæ ſint ſubditæ Principi, & omnes cauſæ ſint ſuæ iuriſdictionis, & delegatus perſonam eius repreſentet, indifferenter delegat cauſas criminales, pro quo dicit eſſe text. ad literam in authent. vt defuncto ſeu func. §. ſed hæc quidem. Sed intellectum Iaſ. reprobat Deci. in d. l. 1. in fine ff. de offi. eius, quia eo retento, fallentia de qua in verſi. hæc teneant niſi. videtur quòd non poſsit adaptari ad ſuperiora, nā delegatus Principis non cenſetur cauſam ſubdelegare, quæ non ſit ſuæ iuriſdictionis, ex quo delegat cauſam ſibi à Principe delegatam: vnde quod ibi dicit de Principis delegato, videtur ſecundum regulam procedere, nec aliquid ſpecialitatis in eo eſſe, quod eſt contra mentem, & verba illius text. qui aliquam ſpecialitatem in Principis delegato voluit adducere, vt conſtat ex illo dicto vniuerſali, nullo perſonarum &c. in quo cauſæ meri imperij videntur, ſecū dum eum, incluſæ. Sed pro defenſione intellectus Iaſſ. & ſequacium, reſponderi poterit, quòd cùm iuriſdictionem non habeat in perſona ſua radicatam ſuo iure proprio, ſed alieno beneficio, vt apparet ex l. more ff. de iuriſdicti. omni. iudi. (cuius deciſio locum habet etiam in delegato Principis, quidquid malè aliqui voluerūt attentare in contrarium) cauſa illa non dicitur de ſua iuriſdictione. Sed alia ratione iſte intellectus mihi non ſatisfacit, nam quod Rimi. Goza. Bellar. vbi ſupra dicūt, & Bart. in d. l. vnica in ſummario uoluit, uidelicet, quòd ut ualeat delegatio, oportet perſonam cui cauſa delegatur, eſſe de iuriſdictione delegantis, hoc tex. ille non dicit, & miror quòd nullus Doctor aduertit, maximè cū

dictum

dictum illud non ſit uerum, nam delegatio ualebit, ut gl. ibi in uerbo, reſediſſent, adnotauit, per l.etſi Prætor. ff.de offi.eius:licet ipſe delegatus non ſubditus, compelli non poſsit iudicare, l.cum qui ff.de iuriſdi.omni.iud. ubi glo adnotauit, quam ibi ſequuntur Alex.& Iaſ.& ita declara regiam l. 17.tit.4.par.3. & hoc dicit prædicta glo. probari in d.l.unica, & Iaſ.ubi ſupra, cum ea tranſit. Sed nec hoc ex tex. illo colligi poteſt: itaque ſi delegatus uoluerit acceptare delegationem, non erit inualida delegatio, ſed ualebit eius ſententia, imò poterit extra territorium, de conſenſu partium ſententiare, & ualebit proceſſus, & ſententia, ut in c.15.in fine ſ̃.latè expoſuimus. Vnde cùm delegatio facta non ſubdito delegantis, valeat, verba illa, nullo perſonarum, adaptari non poſſunt ad ſuperiora, in eo quod dicit, de perſona: nec admittenda eſt diſtinctio, an cauſa ſit delegata ordinario, ſeu habenti adminiſtrationem, aut non, cùm ex d. l.vnica, colligi non poteſt, quæ indiſtinctè loquitur, & indiſtinctè debet intelligi, arg.l. de pretio.ff.de publi.in rem actione:nec iuuatur tex.in d.§.& hæc quidem, nam licet ibi apponatur differentia inter iudices habentes adminiſtrationem, & alios eam non habentes, non tamen concluditur quòd ſit differentia in noſtra ſpecie, & ita ſenſus prædictorum Docto. ſuſtineri non poteſt, licet fateor prædictos Docto. verum dicere, ibi nō agi de cauſis meri imperij, ſed remanet difficultas, qualiter verba, nullo, adaptantur ad ſuperiora. Quintus intellectus eſt Phi.Deci.in d.l.1.in fine, dicentis, quòd verba illa, nullo perſonarum &c. non referuntur ad ſuperiora, videlicet, ad delegatum ſubdelegãtem, ſed ad illud quod inferiùs dicitur de appellatione: itaque vult, quòd in delegato Principis indiſtinctè locum habeat

 appella-

appellatio: Sed idem Deci.recedit ab hoc intellectu, quia non videtur tollere fundamentum Bart. nam ſi appellatio ad Principis delegatum ſubdelegantem remeabit, nulla habita cauſarum differentia, iam præſupponit quòd potuit omnes cauſas, etiam criminales, regulariter indelegabiles, ſubdelegare, dum dicit quòd ab omni cauſa à ſubdelegato appellatur. Sed hæc difficultas (meo iudicio) facilè tolli poteſt, nam cùm ibi lex dubitauit, ad quem deberet appellari, præſupponit quòd in illis concurrebat habilitas arg. l. qui teſtaméto, in pri. ff. de teſta. & facit quod tradit Deci. in c. 1. extra de iudi. & in l. pactum quod dotali C. de collati. vnde præſupponit quòd delegata fuit cauſa delegabilis, quod puto verißimum eſſe: Sed reſtat difficultas in ſenſu illorum verborum, nullo perſonarum, qualiter adaptari ad ſuperiora poßint, & quid voluit text. ille dicere. Sextum intellectum cõſiderauit Curti. Iun. in d. l. 1. nu. 78. aſſerens ſaluando Bart. quòd verbum illud iuriſdictionis, in principio prolatum, nõ ſolùm intelligitur, id eſt territorij, ſed etiam accipitur pro iuriſdictione, differente à mero, & mixto imperio: itaque tex. mandat ordinarijs, quòd ſolùm delegent cauſas ſui territorij, & ſuæ iuriſdictionis ſimplicis: at in verſic. nullo, ponitur fallentia, quòd nulla facta differentia cauſarum, id eſt, ſiue ſint eiuſdem territorij, ſiue non, ſiue ſimplicis iuriſdictionis, ſiue meri, aut mixti imperij, liceat delegato Principis ſubdelegare. Sed iſte intellectus multis de cauſis reijciendus eſt, quia vt ſupra dictum eſt, ibi non agitur de mero nec mixto imperio, nec hæc fuit intentio illius legis: præterea verba illa, nullo perſonarum, non poſſunt adaptari ad ſuperiora, in eo quòd dicit de perſonis, ex quo conſtat, quòd alium ſenſum habent, vt

dicetur.

dicetur. Septimum nouum intellectum adiungit Sapia in d.l. 1.nu.86.ff.de offi.eius:affirmans tex.illum differentiam ponere voluiſſe inter delegatum Principis, & ordinarij, vnde ſecundum eum, ſenſus illius legis eſt, quòd delegatus ordinarij ſubdelegare nequit, Principis verò delegatus poteſt optimè. Quem intellectum meritò improbat Rimi.Iun.in d.l. 1.nu.625.quia veriſimile non eſt, tex.illum voluiſſe decidere, quod iam antea erat per alia iura apertè deciſum, vt conſtat ex l.fi. ff.de offi.eius:ex l.more ff.de iuriſdict.omni.iudi. ex l. à iudice C.de iudi. tu antem aduerte contra hunc intellectum, quòd nec ex verbis, nec ex mente illius l. colligi poteſt, quòd ibi agatur, an delegatus ordinarij poſsit ſubdelegare, nã in principio de ipſomet ordinario delegante tractat. Octauum intellectum reperio nouiſsimè traditum in rep. d. l. 1. nempe, quòd l.illa vnica, in verſ.hæc teneant niſi.vult, quòd quando in delegatione conceſſa fuerit à Principe facultas delegandi quaſlibet cauſas, & quibuſlibet perſonis, tũc delegatus Principis poterit delegare, quod probat per verbum, ſpecialiter, ibi poſitum, quod importat priuilegium, vnde interpretatur verba illa, Hæc teneãt, niſi iudices à nobis ſpecialiter delegantibus dati, id eſt quibus hoc in mandatis, & commiſſione conceſſimus, vt cauſas quaſlibet, & perſonis quibuſlibet poſſint delegare. Verùm nec iſte intellectus nouus mihi ſatisfacit.nam licet verus ſit in ſe, alienus videtur à mente & verbis illius legis, cùm ex ea colligi non poſsit, quòd ibi conceſſa fuerit à Principe facultas delegandi, nulla habita differentia perſonarum, & cauſarum: nec veriſimile eſt, quòd hoc voluit dicere in illis verbis, nullo perſonarum cauſarũ &c. quia licet ſit verum, quòd poterit delegare cum poteſtate

ſtate ſubdelegandi, nulla facta differentia cauſarũ, cùm ſit ſolutus legibus, non tamen poterit nulla habita differentia perſonarum, nec ipſimet Principi liceret omnibus perſonis indifferenter delegare: cùm eſſet abſurdũ & valde iniquum, Principẽ cauſam capitalem, aut quãlibet aliam committere infanti, cuius nullum animi iudicium eſt, aut furioſo, qui mente caret, iuxta §. præterea inſtitu. quibus non eſt permi. face. licet etenim Princeps legi non ſubijciatur, cùm ſit ſolutus legibus, ſubeſt tamen rationi, nec aliquid iniquum, aut iniurioſum alicui facere poteſt, cũ ſit animal rationale, vt docet Fortu. in l. 1. nu. 16. ff. de pactis: Couarru. in c. Alma mater 1. parte §. 1. nu. 4. Nec oberit ponderatio verbi ſpecialiter, nam vt in principio traditum eſt, verbũ illud ſpecialiter, exponi debet, id eſt, dati ſunt iudices, non generaliter, ſed ad vnam, vel alteram cauſam, non autem in priuilegium.

23 Vltimus † intellectus ad illam l. ſit, quòd tex. ille in nulla eius parte agit de delegatione cauſarũ meri imperij: Et ſenſus verus, & planus illorũ verborũ, nullo perſonarũ &c. vltra Doctores eſt, quòd tex. velit decidere, à Principis ſubdelegato, appellari ad delegatum ſubdelegantem, nulla habita differentia perſonarum, vel cauſarum, id eſt, non conſiderato dignitatis perſonarũ gradu, ſcilicet an ſit perſona illuſtris, vel ſpectabilis, à quo vel ad quem appellatur: nec conſiderata quantitate cauſæ, an ſit magna, vel parua de qua appellatur. Et quòd ita verba illa, nullo perſonarũ &c. debeant intelligi ſuadet ratio, quòd verba ſunt accipienda, & reſtringenda ſecundum ſubiectam materiã, l. inſulam ff. de præſcrip. verbis l. ſi uno in prin. ff. loca. & in materia ad quem appellãdum ſit, de qua in dicto uerſi. nullo, agitur, attenditur gradus dignitatis peſonarum

rum à quibus, & ad quos appellatur, & quantitas cau ſæ de qua agitur, & ſecũdum qualitatem perſonarum, & quantitatem cauſarum, ad unum, aut ad alterum appellatur, ut apparet ex l. præcipimus. §. huic ſaluberrimæ, & ex l. in offerendis. C. de appell. & ex authent. de appellat. & intra quod temp. §. illud, & . §. illo uidelicet, collatio. 4. Et hanc ad illa uerba interpretationem uerã eſſe magis apparet, ſi aduertas, quòd prædicta. l. præcipimus, & d. l. unica, ſunt eorundem Imperatorum, Theodo. & Valen. & fortè eodem tempore factæ, ut colligitur ex earum inſcriptionibus, quæ ab eiſdem au ctoribus Cyro Præfecto Prætorio fuerunt miſſæ: vnde dicendum eſt, d. l. vnicã recipere interpretationem à d. l. præcipimus, & ad qualitates ibi in hac materia poſitas reſtringendam. Et ita (?)ouè intelligi debere illa uerba, nullo perſonarũ, cauſarumue, &c. (quibus ſcriben. terrentur) cenſeo, & non dubito de meri, aut mixti imperij cauſarum delegationibus ibi nõ agi. Retenta igitur hac mea interpretatione, caſus in d. l. unica. C. qui pro ſua iuriſdict. ita poterit figurari: Iudex ordinarius delegauit alicui cauſam, nõ ſuæ, ſed alienæ iuriſdictionis, dubitabatur utrum huiuſmodi delegatio ualeret, & an præſuppoſito, quòd non ualeret, & delegatus in cauſa procedet, an neceſſe eſſet ab eius ſententia appel lare, & Reſpondent Theodo. & Valenti. Impe. nullius eſſe momenti, quia ut ualeat cauſæ delegatio, oportet quòd cauſa delegata pertineat ad iuriſdictionem dele gantis, aliàs autem delegatio erit nulla, nec Iudex datus, ſeu delegatus debet de cauſa cognoſcere, & ſi contra leges deleganti obtemperauerit, proceſſus, & ſententia, & omnia geſta ab eo, tanquam à non ſuo iudice, pro infectis habentur, ita ut nec opus ſit à ſententia appellare,

appellare, ſicut ſi delegatus alienæ iuriſdictioni reſidiſſet, iuxta l.fi.C.ſi à non compe.iudi. At in uerſi.hæc teneant niſi, adiungunt, hoc non ſibi locum uendicare in Principis delegato, qui licet iuriſdictionem propriam iure ſuo non habeat, ſed alieno beneficio delegatam, iuxta l.more.ff.de iuriſdict.om.iudi.nihilominus ualet eius delegatio, ut ĩ l.à iudice.C.de iudi. Sed quia dubitari poterat, à ſubdelegato Principis ad quem ſit appellandum,& an appellandum eſſet gradatim(quòd fortè tunc temporis alia lege non erat in ſpecie prouiſum) reſpondent ſecundum magis communem lecturam, ad delegatum Principis ſubdelegantem, nullo habito tractatu perſonarum, uel cauſarum, ideſt non conſiderato gradu dignitatis perſonarum à quibus, uel ad quos appellatur, nec quantitas cauſæ de qua cognoſcitur. Retenta opinione affirmatiua, ſolet pluribus modis limitari, quos adducit Alex.in d.l.1.num. 29.ubi & Curti.Iuni.num.80.& Iaco.de Nig.nu.fi.& uidi Plautium relatum, qui ponit quindecim limitationes. Ego uerò, ut ſupra dixi, exiſtimo, delegatum Principis cauſas aliàs indelegabiles non poſſe, ſicuti nec ordinarii iudices, regulariter delegare, niſi nominatim & expreſsè

24 ei à Principe concedatur. Quæ autem † cauſæ ſint regulariter indelegabiles, docet Papini.I.C.in l.1.ff.de of. eius: de cuius text. interpretatione in ſequenti capite abundè agemus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad l.1.ff.de offic.eius.*

2 *Tutoris ſuſpecti cauſa, quando ſit ad puniendum eſt indelegabilis · ſecus quando proceditur ad remouendum.*

3 *Intellectus ad l.ſolent.ff.de offic.Proconſ.*

Iuriſdi-

4 *Iuriſdictio quòd fuit in Principem à populo tranſlata, & ponitur ratio quare magiſtratus fuerunt creati.*
5 *Cauſæ quæcunque, quæ ſpecialiter quibuſcunque iudicibus lege tribuuntur ſunt indelegabiles: & qualiter hodie reſtringitur.*
6 *Cauſæ quæ conceſſa generali iuriſdictione, maioribus magiſtratibus competunt, & minoribus denegantur, delegari prohibentur, ſed propter publicas occupationes, vel ob multitudinem cauſarum delegantur.*
7 *Cauſæ humiles, & minimæ, quæ conceſſa generali iuriſdictione, omnibus iudicibus etiam minimis, iure magiſtratus competunt, delegari poſſunt.*
8 *Cauſæ indelegabiles, vt meri imperij, propter infirmitatem delegari, ſicut propter abſentiam poſſunt.*
9 *Meri imperij cauſas, ob infirmitatem ſuorum delegare nõ licet.*
10 *Meri imperij cauſæ, an poſſint delegari ob multitudinem aliarum cauſarum criminalium.*
11 *Iudici aſſerenti in delegatione ſe eſſe impeditum, credendũ eſt.*
12 *Delegatio finitur reuerſo delegante.*
13 *Princeps facit iudicem ordinarium, & delegatum, & quomodo cognoſcatur quando vult delegare.*
14 *Vicem gerens, ſeu ſuffectus à ſuperiore in loco abſentis, vel mortui ſubſtitutus, eſt ordinarius, & delegare poteſt.*
15 *Cauſæ Principi reſeruatæ, delegari non poſſunt.*
16 *Cauſæ in quibus induſtria perſonæ electa eſt, delegari non poſſunt: & quæ verba induſtriam perſonæ important.*
17 *Delegatus Principis, cauſas delegabiles delegare poteſt.*
18 *Principis delegatus, an cauſas aliàs indelegabiles delegare poſſit.*
19 *Princeps ſi in reſcripto dicit, eum qui Prouinciæ præeſt adire poteris, non imponitur neceſsitas Præſidi iudicandi.*
20 *Princeps cauſas meri imperij delegat.*
21 *Principis delegatus, vel ordinarius, cauſas aliàs indelegabiles delegare poteſt, quando ſibi à Principe ſpecialiter conceſſum eſt.*
22 *Cauſæ indelegabiles poſſunt coram aſſeſſoribus tractari.*
23 *Intellectus ad authen. ad hæc. C. de iudi. et ad. §. illud in auth. ẽ. vt defunc. ſeu fu. noua declaratio.*
24 *Diſpoſitio authen. ad hæc. C. de iudi. an de iure regio trahatur ad delegatos.*

Digitized by Google

25 *Delegari poſſunt cauſæ indelegabiles, in locis in quibus de conſuetudine præſcripta delegantur.*

26 *Cauſæ indelegabiles, an de conſuetudine delegantur in Italia, & in Hiſpania.*

27 *Cauſæ regulariter indelegabiles, de iure canonico delegantur.*

28 *Cauſæ Principi reſeruatæ, vel in quibus electa eſt induſtria perſonæ, nec de iure canonico delegari poſſunt.*

29 *Rationem quam tradunt Doct. cauſas meri imperij non delegari, quia in eis videtur electa induſtria perſonæ, non eſſe veram.*

30 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, actus etiam in caſu neceſſitatis non poteſt per alium expediri.*

31 *Delegatio Principis non tranſit ad ſucceſſores, quando facta eſt nomine proprio, ſecus ſi appellatiuo.*

32 *Nouæ rationes quare cauſæ meri imperij, & aliæ delegari prohibentur.*

33 *Argumentũ de maiori ad minus, in delegationibus, & iuriſdictionibus non eſſe validum.*

Quæ cauſæ delegabiles, & quæ indelegabiles ſint. Cap. xx.

ADMODVM dubia eſt hæc Quæſtio, in qua reſponſa prudentum ſunt ambigua, & difficilia, Principum conſtitutiones difficiliores, interpretationes uerò gloſſarum, & Doct. difficilimæ, & adeò uariæ, ut cum difficultate duo Doct. conformes inueniuntur, itaque in ea optimè uerificatur, quod dici ſolet, quot capita tot ſententiæ: Imò quod peius eſt, multi excellentiſſimi uiri in hoc articulo ſibi ipſis contradicunt, & ab his quæ prius dixerãt in eodem tractatu diſcedunt, paucíq; certam doctrinã ſcriptam relinquunt, & fere omnes fluctuando in expoſitione huius difficultatis procedunt, in qua fateor (prout frequentius accidere

dere ſolet) difficilius eſſe ueritatem inuenire, quam errores aliorum cognoſcere. Papinianus igitur † I. C. in
1 l.1. in princ. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. quæ cauſæ delegabiles ſint, & quæ indelegabiles reſpondens, duas regulas ſcriptas reliquit, unam negatiuam, & alteram affirmatiuam dicens: Quæcunque ſpecialiter lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione Principum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur: quæ uerò iure magiſtratus competunt, mandari poſſunt. Quæ uerba à glo. Bart. Paulo, Alex. num. 26. Rimi. Sen. nu. 20. Iaſ. nu. 28. Goza. nu. 21. & communiter à Doct. ibi interpretantur, ut uellit Papi. quòd cauſæ quæ propter ſui dignitatem, uel magnitudinem, ut ſunt meri, & mixti imperij, expreſsè, & in priuilegium maioribus iudicibus tribuuntur, & minoribus denegantur, delegari non poſſunt: Quæ uerò competunt iure magiſtratus, idest, quæ minimis competunt, hoc eſt, quæ infimæ ſunt iuriſdictionis, delegari poſſunt. Qui ſenſus à uerbis, & mente I. C. alienus omnino uidetur, & ab eo diſceſſit Fulgo. ibi nu. 11. quem ſequuntur Salamo. Egina. Corraſi. Vaca. Calæfa. nu. 132. nu. 146. & Bellar. licet dubitando, nu. 28. & expreſsè eum improbat Alci. in lib. 2. Para. cap. 1. & Longo. in l. imperium, nu. 146. cum pluribus ſeq. ff. de iuriſdicti. omn. iudic. Et primò contra communem hanc interpretationem conſiderant, quòd uerbum illud quæcunque nimis reſtringitur, nam cùm ſit uniuerſalis ſermo, ad omnes cauſas, ſiue meri, aut mixti imperij, uel ſimplicis iuriſdictionis, quæ nominatim lege tribuuntur, pertinere dicitur. Præterea huic interpretationi repugnat, quòd in prima regula nulla ſit mentio maiorum iudicum: Rurſus quia ſunt multæ cauſæ mixti imperij, quæ maioribus

tantùm magiſtratibus competunt, & tamen delegari non poſſunt, & è contra aliæ quæ minoribus cõceduntur, & delegari non ualent, ut de datione tutoris infra dicetur. Tu adde quòd ſunt aliquæ cauſæ meri imperij quæ ſpecialiter non committuntur, & delegantur, ut modica coerctio, l.1.§.fin.ff.de offic.eius, non atrox uerberatio, l. ſi quid.ff.de offic.Proconſu. nam publicorum tantùm iudiciorum expeditio erat ſpecialiter conceſſa, ut conſtat ex d.l.1.ff. de offic. eius, aliorum priuatorum criminum non, ſed tantùm gladij poteſtas, ſeu magna animaduerſio in his erat ſpecialiter lege tributa, l.ſolent, & d.l.ſi quid.ff.de offic.Proconſ.l. nemo poteſt gladij.ff.de regu.iu.l.1.§.ſi.ff.de offic.eius. Vltimò contra prædictum ſenſum urget, quòd uerbum illud, ſpecialiter, ad cauſas, & nõ ad perſonas referri debet: unde prædicti Doct.explicant uerbum illud, ſpecialiter, id eſt, nominatim, & in ſpecie, ſecundum quos, uerborum illius text. ſenſus eſt, quòd cauſæ quæ nominatim quibuſdam iudicibus tribuuntur, non poſſunt delegari, ſiue meri, aut mixti imperij, ſiue ſimplicis ſint iuriſdictionis, quæ uerò iure magiſtratus cõpetunt, id eſt, quæ iure officij, & ordinaria poteſtate competunt, delegari poſſunt. Et primam regulam negatiuam probari aiũt, exemplo tranſactionis alimentorum in ultima uoluntate relictorum, quæ Prætori particulariter, & nominatim committitur, ut apparet ex l.cum hi in princ. ff. de tranſacti. & delegari prohibetur, ut in d.l. cum hi.§. ſed nec mandante. Secundò probant exemplo interpoſitionis decreti, ſuper alienatione rerum minoris, quæ ſimiliter Prætori committitur, l.1.uerſi.quòd ſi fortè.ff.de rebus eorum, cuius delegatio ſimiliter denegata eſt, l.2. ff.de offic.eius. Tertiò probant per exemplum dationis

tutoris,

tutoris, quæ licet etiam magiſtratibus municipalibus competeret, l. ius dandi. ff. de tuto. & cura. datis ab his: delegari tamen non poteſt, l. nec mandante. ff. eodem: quia quibuſdam iudicibus nominatim tantùm conceditur, l. muto. §. tutoris. ff. de tute. Quartò per exemplũ
2 † cauſæ ſuſpecti tutoris, de qua non alius quam Præſes Prouinciæ pronunciare poteſt, nec eam delegare licet, l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Turpill. ubi Bart. nu. 1. declarat indelegabilem eſſe, quando accuſatio ſuſpecti tutoris fit ad puniendum, ſecus quando procederetur tantùm ad remouendum, quo caſu propter pupillorum utilitatẽ, ſpecialiter introductum eſt, ut delegetur, l. cognitio in princ. ff. de offic. eius, l. 1. §. damus. ff. de ſuſpe. tuto. tex. in princ. inſti. de ſuſpect. tuto. Quæ Bart. Doctrina communiter recepta eſt, teſte Calæfa. in d. l. 1. ff. de offi. eius, nu. 250. poſt Moder. in d. l. cognitio, ubi Deci. & Curti. uterque nu. 6. Quintò poteſt exemplificari in publicis iudicijs, quæ ſpecialiter conceduntur, nec delegari poſſunt, ut in d. l. 1. in princ. ff. de offic. eius. Sextò in gladij poteſtate, ſeu maiori animaduerſione, ut in d. l. ſolent, & l. ſi quid. ff. de offic. procon. & in d. l. 1. §. fi. & d. l. nemo poteſt gladij. Septimò hodie in pœna ultimi ſupplicij, uel membri inciſionis, tex in authen. de collato. §. ad hæc prohibemus. Octauò in cauſa ingenuitatis, l. 2. in fin. C. de pedan. iudic. Secundæ regulæ affirmatiuæ, ſ. quòd cauſæ quæ iure magiſtratus, ſeu ex poteſtate & officio ordinario, quibuſcũq; iudicibus cõpetũt, delegari poſſunt, exẽplũ ponũt in cauſis quæ ex edicto Prætoris cõpetunt, nẽpe in miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, in cauſa damni infecti, quæ delegatur, l. 4. § duas. ff. de dam. infe. Item in miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, competens Prætori ratione ſui magi-

ſtratu;

ſtratus,quæ mandari permittitur,l.cognitio.§.1.ff.de offi-
cius, licet ſit mixti imperij,l. iubere cauere.ff.de iuriſd.
omn.iud.& maioribus magiſtratibus concedatur, & mi-
noribus denegetur, l.ea quæ.ff.ad municip. Rurſus in
reſtitutione in integrum,quæ licet mixti imperij ſit,de-
legari permittitur,l.fi.C.ubi, & apud quem: ex quibus
concludunt,cauſas mixti imperij regulariter delegabi-
les eſſe,& iure magiſtratus maioribus iudicibus compe-
tere. Sed licet hæc Fulgo. & ſequatium,quoad primã
regulam negatiuam,mihi ueriſſima ſit,& etiam quoad
ſecundam affirmatiuam ſuſtineri poſſit,attento iure di-
geſtorum,& diſpoſitione d.l.1.nempe quòd ea,quæ iu-
re magiſtratus,ideſt,quæ ex officio etiam maioribus ma-
giſtratibus competunt, delegari poſſunt, attento tamẽ
iure nouiori, eorum dictum uerum non eſt,cùm ſolùm
hodie humiliora negotia delegari permittantur,l.2. in
princ.iuncta.l.fin.C.de peda.iudi.ideſt,cauſæ infimæ iu-
riſdictionis,hoc eſt,cauſæ de quibus infimis magiſtrati-
bus,ex officio cognoſcere permiſſum eſt,ut probatur in
authen.de iudi.§ audient, colla.6. ubi pedanei iudices,
ideſt delegati,audiunt cauſas trecentorum ſolidorum,
& infra: de qua ſumma cognoſcere defenſoribus ciui-
tatum permiſſum eſt iuxta authen.de defenſo.ciuita.§.
& iudicare,colla.3.unde.conſtat contra Fulg.pro com
muni,quòd cauſæ quæ excedunt trecentos aureos,licet
uerum eſſet,quòd iure magiſtratus maiorum iudicum
competerent,quod hodie delegari prohibentur: & ſi-
militer cauſæ mixti imperij,quæ minoribus denegãtur
magiſtratibus,in d.l.ea quæ, delegari hodie regulariter
contra eos nõ poſſunt,l.2.C.de peda.iudi.Vnde Alex.
Rimi.Sen.Deci.nu.42.Calæfa.nu.146.in d.l.1. Volue-
runt ſaluare Fulgo. quòd intentio eius non fuit negare
cauſas

cauſas meri, & mixti imperij hodie indelegabiles eſſe, ſed oſtendere in d.l.1.ff.de offic.eius, hoc non probari: Sed licet Fulgo.ſaluari poſſit, eius tamen ſequaces proculdubio uoluerunt, tàm hodie, quàm olim, cauſas quæ ſpecialiter iudicibus non tribuuntur delegabiles indiſtinctè eſſe, ſiue meri, aut mixti imperij, uel ſimplicis iuriſdictionis ſint, ſiue magnæ, ſiue paruæ ſint, ſiue minoribus iudicibus denegentur, ſiue non. Quorum ſententia, attento iure nouo, uera non eſt, imò nec quoad primam regulam negatiuam eſt indiſtinctè ſicura, cùm ſit differentia inter cauſas indelegabiles, nam quædam, ex cauſa tantùm neceſſitatis abſentiæ, & quoad cauſæ examinationem tantùm, non quoad definitionem delegari queunt, l.1.ff.de offic.eius.authen.de collato.§.ad hæc
3 † l.ſolent.ff.de offi. Procon. quæ lex ſi rectè conſideratur, cum ſuperioribus coniungi, & continuari debet, & in abſentia loquitur, & non in præſentia, prout gloſſ. & Scribe.uolunt. Quædam uerò cauſæ non ſolùm propter abſentiam, ſed etiam ob publicas occupationes, uel multitudinem cauſarum in totum delegãtur, l.2.C. de peda.iudi. & in d. §. ad hæc prohibemus. Tertiam interpretationẽ ad d.l.1.ff.de offi. eius ſcriptam reliquit Gui.de Suza.quẽ Mode. ibi referũt dicẽs, text.quidem illum in prima regula negatiua uoluiſſe, cauſas meri imperij delegari non poſſe: In ſecunda uerò affirmatiua, cauſas mixti imperij delegari poſſe, cuius ſenſus omnino reijciendus eſt, quia à uerbis, & mente illius text. penitus extraneus eſt, nec attento iure nouiori ſuſtineri poteſt, quoniam nec tex. ille dicit, quòd cauſæ meri imperij indiſtinctè indelegabiles ſint, nec dictum eſt uerũ attento iure nouiſſimo, nec cauſæ mixti imperij ſunt omnes delegabiles, nec hoc ibi dicitur: Sed quæ ſpecialiter

ſtratus, quæ mandari permittitur, l. cognitio. §. 1. ff. de offi-
cius, licet ſit mixti imperij, l. iubere cauere. ff. de iuriſd.
omn. iud. & maioribus magiſtratibus concedatur, & mi-
noribus denegetur, l. ea quæ. ff. ad municip. Rurſus in
reſtitutione in integrum, quæ licet mixti imperij ſit, de-
legari permittitur, l. fi. C. ubi, & apud quem: ex quibus
concludunt, cauſas mixti imperij regulariter delegabi-
les eſſe, & iure magiſtratus maioribus iudicibus compe-
tere. Sed licet hæc Fulgo. & ſequatium, quoad primã
regulam negatiuam, mihi uериſſima ſit, & etiam quoad
ſecundam affirmatiuam ſuſtineri poſſit, attento iure di-
geſtorum, & diſpoſitione d. l. 1. nempe quòd ea, quæ iu-
re magiſtratus, ideſt, quæ ex officio etiam maioribus ma
giſtratibus competunt, delegari poſſunt, attento tamẽ
iure nouiori, eorum dictum uerum non eſt, cùm ſolùm
hodie humiliora negotia delegari permittantur, l. 2. in
princ. iuncta. l. fin. C. de peda. iudi. ideſt, cauſæ infimæ iu
riſdictionis, hoc eſt, cauſæ de quibus infimis magiſtrati-
bus, ex officio cognoſcere permiſſum eſt, ut probatur in
authen. de iudi. § audient, colla. 6. ubi pedanei iudices,
ideſt delegati, audiunt cauſas trecentorum ſolidorum,
& infra: de qua ſumma cognoſcere defenſoribus ciui-
tatum permiſſum eſt iuxta authen. de defenſo. ciuita. §.
& iudicare, colla. 3. unde conſtat contra Fulg. pro com
muni, quòd cauſæ quæ excedunt trecentos aureos, licet
uerum eſſet, quòd iure magiſtratus maiorum iudicum
competerent, quod hodie delegari prohibentur: & ſi-
militer cauſæ mixti imperij, quæ minoribus denegãtur
magiſtratibus, in d. l. ea quæ, delegari hodie regulariter
contra eos nõ poſſunt, l. 2. C. de peda. iudi. Vnde Alex.
Rimi. Sen. Deci. nu. 42. Calæfa. nu. 146. in d. l. 1. Volue-
runt ſaluare Fulgo. quòd intentio eius non fuit negare
cauſas

cauſas meri,& mixti imperij hodie indelegabiles eſſe, ſed oſtendere in d.l.1.ff.de offic.eius, hoc non probari: Sed licet Fulgo.ſaluari poſſit,eius tamen ſequaces proculdubio uoluerunt,tàm hodie,quàm olim,cauſas quæ ſpecialiter iudicibus non tribuuntur delegabiles indiſtinctè eſſe, ſiue meri,aut mixti imperij,uel ſimplicis iuriſdictionis ſint, ſiue magnæ,ſiue paruæ ſint,ſiue minoribus iudicibus denegentur,ſiue non.Quorum ſententia,attento iure nouo,uera non eſt, imò nec quoad primam regulam negatiuam eſt indiſtinctè ſicura, cùm ſit differentia inter cauſas indelegabiles,nam quædam, ex cauſa tantùm neceſſitatis abſentiæ, & quoad cauſæ examinationem tantùm,non quoad definitionem delegari queunt,l.1.ff.de offic.eius.authen.de collato.§.ad hæc
3 † l.ſolent.ff.de offi. Procon. quæ lex ſi rectè conſideratur,cum ſuperioribus coniungi,& continuari debet, & in abſentia loquitur,& non in præſentia, prout gloſſ. & Scribe.uolunt. Quædam uerò cauſæ non ſolùm propter abſentiam, ſed etiam ob publicas occupationes, uel multitudinem cauſarum in totum delegātur,l.2.C. de peda.iudi. & in d. §. ad hæc prohibemus. Tertiam interpretationē ad d.l.1.ff.de offi. eius ſcriptam reliquit Gui.de Suza.quē Mode. ibi referūt dicēs,text.quidem illum in prima regula negatiua uoluiſſe,cauſas meri imperij delegari non poſſe: In ſecunda uerò affirmatiua, cauſas mixti imperij delegari poſſe, cuius ſenſus omnino reijciendus eſt, quia à uerbis, & mente illius text. penitus extraneus eſt,nec attento iure nouiori ſuſtineri poteſt,quoniam nec tex.ille dicit, quòd cauſæ meri imperij indiſtinctè indelegabiles ſint,nec dictum eſt uerū attento iure nouiſſimo,nec cauſæ mixti imperij ſunt omnes delegabiles, nec hoc ibi dicitur: Sed quæ ſpecialiter

cialiter conceduntur lege, delegari non poſſunt, quæ iure magiſtratus competunt,delegari queunt,nullo habito tractatu cauſarum, an ſint meri, uel mixti imperij, uel ſimplicis iuriſdictionis. Præterea contra iſtum intellectum urget,quòd nihil dicit de cauſis ſimplicis iuriſdictionis. Rurſus quòd non facit differentiam inter cauſas indelegabiles,& differentiam eſſe de iure nouo ſatis ex ſupra dictis apparet. Ego uerò omiſſis prædictis Doct. regulis,quæ in puncto iuris ueræ non uidentur, aliter prædicta iura deberi intelligi exiſtimo: pro cuius
4 declaratione præmitto, olim quidem † iurisdictionem penes Populum Romanum,& à Populo in Principem tranſlatam fuiſſe,ut conſtat ex l.j.ff.de conſti.Prin. Sed quia impoſſibile erat,Imperatorem omnes ſui Imperij cauſas per ſeipſum expedire,neceſſarium fuit cum aliis negotia communicare, ob idq; magiſtratus maiores, & minores creauit,& eis quaſdam cauſas mediante lege, uel S.C.uel ſua cõſtitutione,ut proprias conceſſit, alias uerò inſignum ſupremæ poteſtatis ſibi reſeruauit: quas omnes,tàm ſibi reſeruatas,quàm ordinarijs tributas,aliquando Princeps alijs reſcripto committebat, ſeu delegabat, ut eas nomine ſuo dijudicarent: Et licet prædictæ omnes cauſæ prohibitæ erant delegari, quia longè melius,& honeſtius coram eis agitantur, quibus tributæ, aut commiſſæ ſunt,iuxta text.in authen.ut defuncti, ſeu fu.§.illud in prin.& l.2.C.de peda. iudi. regia l.17. tit.4.part.3. Sed quia eueniebat,quòd iudices tàm ordinarij,quàm etiam delegati,propter neceſſitates,& impedimenta,non poterant cauſas ſibi conceſſas,uel delegatas examinare,quibuſdam iudicibus cõceſſa eſt poteſtas mandandi eas,ut colligitur ex l.cum Prætor.ff.de iud.et præcipuè Præſidibus data eſt poteſtas cõſtituẽdi

ſibi

ſibi pedaneos iudices, id eſt delegatos, quibus negotia, & quædam cauſæ committerentur expedienda, ut probatur in l. fi. C. de peda. iudi. In ciuitate Romana pedanei iudices ab Imperatore deputabantur, qui maioribus aſſiſterent iudicibus, quibus & non alijs cauſæ delegabantur, ut conſtat ex authen. de iudi. in prin. & in. §. iudices collatio. 6. Sicut hodie nouiſſime per Concil. Triden. c. x. ſeſſ. 25. ſancitum eſt, quòd iudices quatuor, uel plures ſingulis diœceſibus deligantur, quibus cauſæ eccleſiaſticæ, aut ſpirituales ad forum eccleſiaſticū ſpectantes, delegentur. Sed difficultas maxima eſt, quæ cauſæ delegari prohibentur, & quæ mandari, & quibus de cauſis permittūtur. In quo articulo habemus ambiguas regulas poſitas in d. l. j. ff. de offic. eius, & in l. 2. & fin. C. de peda. iudi. & in d. §. ad hæc prohibemus. Colligitur tamen ex his, quòd quanto magis in ſpecie, & particulariter cauſæ conceduntur, tanto magis poteſtas delegandi reſtricta cenſetur. Et primò uidendum eſt, quando magiſtratus, ſeu adminiſtratores (qui ordinarij iudices appellantur) quibus lege, uel ſenatuſconſulto, uel conſtitutione Principum iuriſdictio, & cauſæ tributæ ſunt, delegare prohibentur: & pro clariori intelligentia eſt aduertendum, quòd quædam cauſæ ſpecialiter lege iudicibus ordinarijs tribuebantur, reliquæ uerò conceſſa generali iuriſdictione, iure magiſtratus eis cōpetebant, ut colligitur ex d. l. 1. ff. de offic. eius, & facit l. cognitio eod. tit. Prima igitur regula ſit, Quæcunque

5 † cauſæ, ſiue meri, aut mixti imperij, uel ſimplicis iuriſdictionis ſint, quæ lege ſpecialiter quibuſcunque iudicibus tribuūtur, delegari niſi in caſu abſentiæ, & quoad cauſæ tantùm cognitionem prohibentur, l. 1. in princ. ff. de offic. eius. ſecundum interpretationem Fulg. & ſe-

quatium, quæ attento iure antiquo uera eſt, l. ſolent, coniunctis præcedentibus legibus. ff. de offic. Proc. text. in l. 2. C. de peda. iudi. uerſi. quod non ita, intelligendo prout glo. ibi, in uerbo, ex officio, quam explica, quòd ſentire uoluit, veriſimile eſſe, quòd Præſes cauſas ſibi ſpecialiter conceſſas reſeruabat, & de his cognoſcere ſolebat, & alias quæ conceſſa generali iuriſdictione, competebant pedaneis iudicibus, ob neceſſitatem, & impedimenta delegabat: quem difficiliſſimum tex. alio capite explicabimus. Et hæc regula exẽplificari poterit, prout ſupra traditũ eſt, in publicis iudicijs, in gladii poteſtate, ſeu magna animaduerſione, in cauſa ſuſpecti tutoris, &c. Et ex hac regula utiliter infert Pau. Caſtren. quem refert & ſequi uidetur Rimi. Seni. in d. l. 1. nu. 9. ubi etiam placere uidetur Deci. nu. 42. quòd ſi lege, uel ſtatuto municipali caueatur, quòd cauſæ uiduarum, uel pupillorum expediantur per poteſtatẽ, & non per alium iudicem, non poterunt tales cauſæ per poteſtatem delegari, quamuis ſimplicis ſint iuriſdictionis. Sed eſt aduertendum, quòd ſecundum magis communem ſententiam, hodie omnes cauſæ ſunt delegabiles, quoad cognitionẽ, & quoad diffinitionem ex cauſa abſentiæ, niſi quoad pœnam ultimi ſupplicii, & mẽbri inciſionis, per tex. in d. §. ad hæc prohibemus: quam ſententiam tenet Guil. de Gug. in d. l. 1. ubi Alex. num. 49. Iaco. de Nig. nu. 112. Calæfa. nu. 171. & 245. ubi dicit, magis commu. licet glo. in d. l. 1. uerbo poſſit, uoluerit locũ habere in aliis cauſis meri imperii, quã ſequuntur Cyn. Bart. nu. 5. ubi dicit communem Bald. Paul. Ori. nu. 117. Sapia. nu. 64. quod uerius, & non minus frequẽtius puto, & regia l. 18. tit. 4. part. 3. comprobatur: quem arti. ſeparatim alio loco diſcutiemus. Secunda regula ſit,

6 Cauſæ † quæ conceſſa generali iuriſdictione maioribus magiſtratibus competunt,& minoribus denegantur, delegari regulariter prohibentur, propter publicas tamē occupationes,uel ob multitudinem cauſarum delegari permittuntur,ita intelligo l.2.in prin.C.de peda.iud. Exemplum poteſt poni in cauſis ciuilibus ſummam tre centorum aureorum excedentibus,quæ minoribus denegantur magiſtratibus,ut in authen. de defenſo. ciuita.§.& iudicare,& ideo delegari prohibentur, & iudices pedanei,ſeu delegati de his non cognoſcunt,tex. in authen.de iudi.§.audient: & ita delegari niſi propter publicas occupationes,uel propter multitudinem cauſarum prohibentur,per tex.in d.l.2.in princ.quem tex. Bart.& communiter Doct.in hoc exemplo loqui intelligunt,& de iure regio approbatur,per d.l.18. Secundum exemplum eſt,in cauſis mixti imperii, quæ minoribus magiſtratibus negantur, l. ea quæ.ff. ad municip. & ideo delegari non poſſunt,niſi propter publicas occupationes,& ob multitudinem cauſarum,& ita etiam intelligo d.l.2.in princ.& concor.d.regia l.18. Sed aduerte, quòd dubitant Scriben. vtrum hæc cauſæ mixti imperij ſpecialiter maioribus magiſtratus lege tribuebantur, an iure magiſtratus competebant, communis tamen opinio eſt,quòd ſpecialiter tributæ erant, ſicut cauſæ meri imperii,& quòd delegari non poſſunt propter publicas occupationes, ſed propter abſentiæ tantùm neceſſitatem,de quo articulo alibi latè agemus,& de iſtis cauſis mediis intelligenda eſt Regia l.15. tit.15. lib.2. ordi. Tertia, & vltima regula ſit, quòd † cauſæ
7 humiles,& minimæ,quæ conceſſa generali iuriſdictione,omnibus iudicibus etiam minimis, iure magiſtratus cōpetunt,delegari ſine magno impedimento poſſunt,

& hæc regula receptiſſima ab omnibus eſt,& omni iure antiquo,& nouo,& regio locum habet, l.1. in princ.ff. de offic. eius,l.fi.C.de peda.iudi.regia l.18.ſupra citata. & exemplificari poterit in duobus infimis gradibus,me ri,aut mixti imperii,uel ſimplicis iuriſdictionis,quorum cauſæ, & minoribus magiſtratibus competunt, & delegari queunt, ut docet Bart.commu.receptus in d.l.imperium.ff.de iuriſdict.om.iud. Et exemplum ſimplicis iuriſdictionis erit, in cauſa ciuili trecentorum aureorũ, & infra,de qua defenſores ciuitatum, qui minores magiſtratus erant,cognoſcere ſolebant,text.in authent.de defenſo.ciuita.§. & iudicare, & delegare permittebatur,authen.de iudicibus.§.audient,colla.6. Et exemplum in cauſis mixti imperii erit, in reſtitutione in integrum,quæ minoribus magiſtratibus competit, & delegabilis eſt,l.fi.C.ubi,& apud quem: Exemplum in cau ſis meri imperii erit, ĩ mulcta leui pecuniaria,quæ mino ribus magiſtratibus competit,l.fin. C.de modo mulcta. l.1.& quod ibi nota. ff. ſi quis iusdi. non obte.& delegabilis eſt.l.2. C. de ſportu.& urget l.appellari.ff.quis,& à quo appelle. Bart.in l.imperium,nu.13.& eſt commu nis opinio,teſte Valla.ibi,nu.182. licet uideatur aduerſari l.2.§.fi.in fin.ff.de iudi. Item in modica coerctione,ſeu caſtigatione, & leuium criminum examinatione,quæ minoribus magiſtratibus competit,l. magiſtratibus.ff. de iuriſdict.om.iud.& in d.authent. de defenſo. ciuita.§.audient,& vrget l.leuia.ff.de accuſa. & delegari permittitur,l.ſi quid.ff.de offic.Procon.l.1.§.qui mandatam.ff.de offic.eius,& quòd hæc modica coerctio intelligatur de corporali,& non de uerbali, contra plures Doct. alio capite oſtendemus. Aduertendum eſt tamen, quòd in caſibus in quibus ſupra concluſum eſt,

cauſas

cauſas delegari non poſſe,niſi propter abſentiam,uolũt
8 Moder.idem eſſe † in infirmitate,itaq; ex cauſa,& impe
dimento infirmitatis,ſicuti abſentiæ,permittitur iudici-
bus cauſas indelegabiles pariter delegare,ita concludit
Bart.in d.l.1.nu.11. & eſt communis opinio, teſte Deci.
& Goza.nu.109.& Calæſa.nu.260.qui eam ſequũtur:
pro qua urget l.quæſitum.ff.de re iudi.l.ſi longius.ff.de
iudi.l.ſi pater.35.ff.de donati.cui ſuffragatur,quòd ea-
dem ratio uidetur militare in infirmitate,quæ in abſen
tia,unde ſuccedit regula l.illud.ff.ad l. acqui. uidelicet,
quòd ubi eſt eadem ratio, eſt idem ius. Sed licet hæc
opin.commu.recepta ſit,contraria in puncto iuris de-
fendi poteſt: Quam amplectuntur Fulg.& Roma.quos
refert,& latè defendit Bellar.in d.l.1.num.42. pro qua
maximè conſiderat d.l.1.ponderando uerbum, non ali
ter,& eandem rõnem eſſe in infirmitate, quæ in profe-
ctione negant, ſed à communi non eſt recedendum:
9 Quam † extendit Alex. in d.l. quæſitum, & Iaſ.nu.61.
procedere etiam in infirmitate ſuorum,per text.iuncta
glo.in c.communis xxv.diſtinct. Verum hæc extenſio
admittenda non eſt,cum diuerſa, & longè minor ratio
militet in infirmitate ſuorum,quam in propria,& ab ea
diſceſſit Deci.in d.l.1.num.74.Curti.nu.81. Calæſa.nu.
269.cõtra quam citant l.fi.C.qui morbo ſe excu.lib.x.
& ad d.c.cõmunis,reſpondit Calæſatus,quòd ibi mor-
bus ſuorum erat contagioſus,& peſtilens. An uerò ob
10 multitudinem † cauſarum criminalium poſſit iudex ſi-
cut ex cauſa abſentiæ delegare, eſt arti. ualdè contro-
uerſus: Et partem affirmatiuam tenet Bart.in d. l.j. nu.
13.poſt Guil.de Cug.quem ibi ſequitur Ange.Claud.
Seycel.nu.70.Deci.num.76.aſſerens opini.Bart.uideri
commu.Oria.nu.144.Sap.nu.96.Rimi.Iuni.num.577.
Vallaſ.

Vallaſ.in d.l.imperium nu.199. Abb. in c. quod ſedes, extra de offi.ordi. Contrariam tenet Alex.in d.l.j. nu. 60.poſt Fulgo.& Roma.Nig.nu.127. Mantu. nu.224. Goza.nu.114. Calæfa. qui communiter receptam aſſerit nu.271. Omnes tamen concludunt, propter occu pationes publicas, uel aliarum cauſarum, cauſas meri imperii non poſſe delegari, per d.l.2.C. de pedan. iudi. Iaſ.in d.l.j.nu. pen. Prædictis autem adiiciendum eſt,
11 quòd ſi † iudex vult delegare cauſas indelegabiles, & in commiſſione aſſerit oportere ſe abſentare, aut alle gat tale impedimentum quod ſi eſſet uerum poſſet delegare, quòd ſtatur eius aſſertioni, ita concludit Goza. in d.l.i.nu.106.poſt Alex.& contra Iaſ.ibi. Et aduerte,
12 quòd quando † ex cauſa neceſſariæ abſentiæ iudex delegauit, reuerſo eo finitur delegatio, ſecũdum omnes, excepto Ludu. teſte Iaſ.in d.l.i. nu. fin. Ad ſecundum
13 membrum accedendo, videlicet † quando à Principe, reſcripto cauſæ commiſſæ ſunt, eſt ſciendũ: quòd quan do Princeps mandat cauſas alicui, aliquando conſtituit eum ordinarium iudicem, aliquando uerò eum delega tum facit: & quomodò cognoſcatur, an Princeps uolue rit delegare, an iudicem ordinarium conſtituere, do cent Bart.in l.more nu.8.ff.de iuriſd.om.iud.& Rober. Maran.de ordi.iudi.fol.51.nu.4.dicentes ex uerbis cõmiſſionis colligi, an uoluerit delegare, ut ſi in delegatione aſſerit, procedas auctoritate noſtra, uel delego, aut committo: quòd ſi talia uerba in delegatione non reperiuntur, ſi uniuerſitatem cauſarum mandauit, uidetur in dubio eum ordinarium conſtituere, l.i.§. cum urbem.ff.de Offic.Præfe.urbis. Si uerò unum negotiũ, uel plura particularia commiſit, uidetur delegare. His ita conſtitutis, in hoc arti. ſic diſtinguendum puto, aut

Princeps

Princeps conſtituit iudicem ordinarium, & habent locum
14 ea, quæ ſupr. dicta ſunt, & idem eſt quãdo † uniuerſitatem cauſarum alicui commiſit, ponendo eum in loco abſentis, uel mortui, nam & iſte ordinarius ſuffectus appellatur, & poteſt delegare, & facere omnia, quæ ordinarius cui ſubſtitutus eſt, facere poterat, l. 2. C. de offic. eius qui uicem alte. gerit: glo. in d. l. i. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſd. in uerbo poſſit; quam ſequitur ibi Bart. pe. q. & cum ea tranſit Roma. & eam amplectitur Alex. nu. 5 3. Vnde cauendum eſt a gloſ. in d. l. 2. quæ uoluit reſtringere, illius tex. deciſionem locum non habere in ultimo ſupplicio, uel membri inciſione, per d. §. ad hæc prohibemus: quam glo. licet aliqui antiqui ab Alex. relati eam uoluerunt tenere, per eum, & alios improbatur. Aut delegare uoluit, & tũc aut cau
15 ſa à Principe delegata † erat de ſibi reſeruatis inſignũ ſupremæ poteſtatis, ut condere legem, uel creare Notarios, aut legitimare ſpurios, & non poterit delegare, nam prædictæ cauſæ nulli competunt, niſi quibus Princeps ſpecialiter conceſſerit, ita concludit Alex. in d. l. i. nu. 6. ff. de offic. eius, ubi & Iaſ. nu. 28. & Curti. nu. 33. & Calæfa. nu. 88. Feli. in c. quod ſedes nu. 22. de offic. ordi. qui omnes concludunt, Comitem Palatinum, cui prædictas cauſas Princeps conceſſit, non poſſe eas delegare, quamuis Deci. ibi nu. 30. uoluerit defendere cõtrariam opinionem. Aut cauſa delegata a Principe non eſt de reſeruatis, ſed de his, quæ cum magiſtratibus cõ-
16 municauit, & tunc uerba cõmiſſionis attẽnduntur: † nã ſi ſunt induſtriam perſonæ importantia, delegari non poſſunt, c. ſi. §. i. & c. ſi pro debilitate extra de offi. delega. Quæ autem uerba induſtriam perſonæ important, docet Abb. in dict. §. i. & Iaſo. in d. l. i. vt ſi dicatur in

commiſſione,

commiſſione, perſonaliter cognoſcas, aut tu tu, uel per
17 te te examines. Aut cauſa delegata eſt † ſimpliciter à
Principe, & tunc ſi eſt aliàs delegabilis, delegare eam
poterit eius delegatus, l. à iudice. C. de iud. c. fi. in prin.
18 extra de offi. delega. Aut cauſa † regulariter delegari
à iudicibus ordinariis non poterat, & hoc caſu eſt con-
trouerſia magna, nam in hoc artic. ſunt duæ opiniones
contrariæ, ſed mihi negatiua magis placet, nempe, Prin
cipis delegatum, cauſas aliàs indelegabiles non poſſe
ſubdelegare, ut latius in præcedenti capite examinaui.
19 Eſt tamen aduertendum, † quòd ſi in reſcripto dictum
eſt, eum qui prouintiæ præeſt adire poteris, et Princeps
his uerbis remittit ad iudicem, & cum parte loquitur,
quòd non imponitur neceſſitas Præſidi iudicandi, ſed
debet exiſtimare, an ipſe iudicare debeat, uel ad aliũ re
mittere, l. ſæpè, & l. generaliter. ff. de offic. Præſi. Adú-
tiendum autem ſupra dictis eſt, quòd illud, quod ſupra
concluſum eſt, aliquas cauſas eſſe indelegabiles, pati-
tur aliquas declarationes: & Prima limitatio eſt, quòd
20 locum non † habet in Principe, cui delegare eas licet,
ut concludit Bart. & Docto. in d. l. i. quia ſolutus eſt le-
gibus, l. Princeps legibus. ff. de legi. Secundò ego limi-
21 to † in Principis delegato, uel in ordinario, quando à
Principe eis poteſtas delegandi expreſsè conceſſa eſt
per eandem rationem, nam ſicut Princeps ſolutus eſt
legibus, ut ipſe cauſas indelegabiles delegari poſſit, ſimi
liter eſt ſolutus legibus, ut per alium delegare poſſit, ſi
de eius uoluntate expreſſa apparet, nam in dubio non
præſumitur, ut in præcedẽti capite expoſuimus. Tertia
22 declaratio eſt, quòd licet prædictæ † cauſæ delegari nõ
poſſunt per iudices ordinarios, uel delegatos, poſſunt
tamen coram aſſeſſoribus tractari, & cum eorum con-
ſilio,

filio, ſicuti aliæ cauſæ delegabiles expediri, vt adnotauit Rimi.Sen.in d.l.1.in fine: pro quo vrget generalitas tex.in authe.† ad hæc C.de iudi.& corpus vnde ſu-
13 mitur,in authen. vt defuncti ſeu fune. §. illud colla. 5. quæ iura de aſſeſſoribus iudicum,quorum conſilio adminiſtratores iudicāt, loquuntur, vt voluit glo.in d.§. illud,in verbo,conſiliarios,& Bart. Bald. Alexan.& Iaſ. in d.authen.ad hæc: qui aſſeſſores conſiliarij appellantur,l.conſiliarios iuncta glo.C.de offi.aſſeſſo.& iſte intellectus veriſſimus eſt, & magis à Moder. receptus,cui ſuffragatur authen.de iudi.in prin.ibi, noſtris enim adminiſtratoribus adſunt modis omnibus aſſeſſores, & rub. d. authen. vt defuncti. Volunt tamen Iacob.Butri. Franc.Tig. Ang.& Fulg.in d.authen. ad hæc, defendi poſſe, tex. illum procedere, etiam in delegatis, cum in eis eadem ſit ratio, & æquiparentur aſſeſſores & delegati, per d. §. illud vnde ſumitur: quod mihi non videtur verum, nam quod ibi dicitur, iudicem ter debere audire, & ſibi ſententiam reſeruare, hoc non conuenit aliis iuribus, de delegationibus cauſarū agentibus. Nec obſtat dicere, quòd eadem militat ratio in aſſeſſore & delegato, nam hoc non eſt verum, cum aſſeſſor nullam habeat iuriſdictionem, ſed tantum debet iudici aſſidere, vt eum inſtruat ad iudicandum, vt tradit Alex. in d. authen.ad hæc poſt Bart.in l.1.ſuper glo.fi. ff. de offic. aſſeſſo.nec iudex tenetur ſequi eius conſilium, gl. in l.1. ff.quod quiſq; iur.vbi Bart.& Iaſ.nu.4.Soci. nu. 10. natura enim conſilij eſt, vt non ſit ſequendum neceſſario,l.2.§.fi.ff.mād. At verò delegatus, ſiue ſit Principis, ſiue alterius iudicis, iuriſdictionem habet, vt concludit Abb.in c.fi.nu.4.extrà de offic.lega.per tex.ibi.Et quòd ſit differentia inter aſſeſſores, & delegatos, bene con-

 ſtat.

ſtat:ex authen. de iudici. §. iudices colla. 6. Nec obſtat tex. in d. §. illud, ibi, in nullo conſiliariorum officio diſtante ab illis, nam ibi bene arguit Imperator, quòd ſi non licet iudicibus examinationem cauſarum committere pedaneis iudicibus, iuxta l. 2. C. de peda. iudi. non debet licere aſſeſſoribus eas mādare, quia officium aſſeſſorum non ſuperat officium & poteſtatem delegatorum, ſed non voluit Imperator: nec verum eſt ècontra, quòd non licebit pedaneis iudicibus, quod aſſeſſoribus non permittitur, cùm ſit arg. de minori ad maius negatiuè, quod non procedit, vt adnotāt Docto. in l. 2. ff. de lega. 1. nam iuriſdictionem, & maiorem poteſtatem habet delegatus: vnde exiſtimo quòd non rectè trahitur ille tex. ad arg. delegatorum. Nec cenſeo quòd tex. ille venit ad declarationem, & reſtrictionem d. l. 2. vt aliqui putant, ſed bene ex ea recipit rationem ſuæ de-
24 ciſionis. De iure † autem regio, diſpoſitio d. authen. ad hæc, ad legatos trahitur, ſed non in omnibus, vt conſtat ex Regia l. 19. titu. 4. part. 3. & ibi Monta. adnotauit. Quarta declaratio ſit, prædictas cauſas indelegabi-
25 les † delegari poſſe, ac delegationem earum valere, in locis in quibus de conſuetudine delegantur, vt concludit Albe. in d. l. 1. ff. de offi. eius, vbi Deci. eum ſequitur nu. 65. & Pata. nu. 162. & Calæfa. nu. 254. itaq; volunt induci poſſe per conſuetudinem, quòd cauſæ aliàs indelegabiles de iure, delegari poſſint, quoniam poteſtas delegandi datur à conſuetudine, l. cum Prætor §. 1. vbi notat Ange. ff. de iudi. vrget l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. & l. more ff. de iuriſdict. omn. iudi. Quod declarat Calæfa. locum ſibi vēdicare, quando conſuetudo eſſet præſcripta, per l. de quibus ff. de legi. §. ex nō ſcripto inſti. de iure natu. ſecus tamen vbi de ſtyllo cu-

riæ

riæ non præſcripto obſeruaretur, cùm ſtyllus curiæ cō-
tra ius commune non valeat, vt conſuluit Alex. in cōſ.
36. incipiente, viſo themate, in fine lib. 2. Dec. in conſ.
677. in fine, & in rub. extrà de conſuet. vbi Rochus de
26 Curte, quos refert & ſequitur Calæſa. Adijcit tñ † Dec.
poſt Albe. vbi ſupra, ſæpenumero practicari, quòd iudi
cēs volentes condemnare aliquem ad mortem, diffini-
tionem cauſæ alteri committunt. Calæſa. autem affir-
mat, de conſuetudine non eſſe introductum, quòd cau-
ſæ meri imperij delegentur à iudice præſente: ſed in
caſu abſentiæ, etiam uoluntariæ, locum tenens qui de-
legatus eſt, cognoſcit in quibuſdam locis, ut Plumbini,
de cauſis meri & mixti imperij. In Hiſpania verò con-
ſuetudine obſeruatur, quòd ciuitatum correctores, ar-
bitrio ſuo vicarios ſibi eligunt, quibus cauſas oēs etiam
meri imperij cōmittunt, in quibus venit imponēda pœ-
na vltimi ſupplitij, quas ipſi examinant, & definiunt, vt
experientià docet, & tradit Coua. in lib. 3. vari. reſolu.
cap. vlt. nū. 4. quos ordinarios iudices eſſe exiſtimat, &
nō bene meo iudicio, vt alio capite expediā. Quinta de-
27 claratio ſit, quòd prædictæ cauſæ † ĩdelegabiles ſunt, de
iure Cæſareo, ſecus de iure Canonico, quo attēto oēs
oīno cauſæ delegabiles ſunt, & quidquid eſt cognoſci
bile, eſt delegabile, gl. in c. in Archiepiſcopatu extrà de
rapto. & in ca. quod ſedes, extrà de offi. ordi. vbi Abb. &
Alci. nu. 72. Quam ſententiam ſequuntur, & commu-
niter receptam teſtantur Moder. in l. 1. ff. de offic. eius,
vbi Alexan. & Iaſ. limi. 7. Curt. nume. 26. Purpu. nume.
492. Calæſa. nu. 77. pro qua inducunt d. c. in Archiepi-
ſcopatu, & c. fi. extrà ne cleri vel mona. & c. licet de off.
vica. lib. 6. c. cum Epiſcopus extra de offic. ordi. & hæc
ſententia in praxi ſeruatur, & magis placet, quamuis

DDD 2 non

Digitized by Google

non procedat ſine dubio, & non pauci Doct. maximæ auctoritatis voluerunt, nullum eſſe in hoc artı. inter ius ciuile, & canonicum diſcrimen, vt Ana. in d. c. in Archiepiſcopatu Imola. Feli. & Alci. nu. 76. in d. c. quod ſedes Iaco. de Nig. in d. l. j. col. 13. vbi Deci. in eã inclinare videtur, & eã amplectitur Couarru. vbi ſupra. Nec mihi ſatisfaciunt eorum reſponſiones ad d. c. licet, & ad. d. c. cum Epiſcopus, nempè, quòd ibi ſit ſpeciale, quòd per ſe, vel per alios poſſint iuriſdictionem ciuilẽ, vel criminalem exercere, quia æquiparantur Proconſulibus: vel quòd eſt ſpeciale in Vicarijs Epiſcoporum, qui iuriſdictionem mandatã ex conſcientia legis à Prælatis habent, qui ordinarij appellantur, ordinariamq́; habent iuriſdictionem, iuxta glo. receptam in d. c. licet, quam ſequitur Feli. in rub. extrà de offi. delega. nu. 4. & Couarru. vbi ſupra citans plures Docto. & reprobans Alci. in rub. extrà de offic. ordina. qui voluit attentare non eſſe ordinarios. Nam prædictæ reſponſiones confunduntur per d. l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. eius. vbi conſtat, merum imperium in legatum Proconſulis non tranſire, niſi in caſu ſpeciali, & quoad cognitionem tantùm, l. ſolent. ff. de offi. Proconſu. licet mandans ſit Proconſul, & legatus cui mandatur ex conſcientia legis habeat iuriſdictionem mandatam. Nec puto eſſe verum (quod ferè omnes Docto. volunt,) Vicarium Epiſcopi eſſe ordinarium, ſed delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, qui quaſi ordinarius cenſetur, Abb. in c. qualiter & quando nu. 3. extrà de accuſati. vt alibi abundè demonſtrauimus: & ab hac ſententia, quòd cauſæ omnes de iure canonico ſint delegabiles, non oportet recedere, quia vt prædicti Docto. tenentes contrariam fatentur, ſeruatur in praxi. Quam reſtringe † locum non
28 habere,

habere, in cauſis Principi reſeruatis: Item quando electa eſſet induſtria perſonæ, quibus caſibus nec de iure canonico, nec aliqua neceſſitate, vel impedimento, delegatio admittenda erit, c.ſi pro debilitate, & ibi Deci. ádnotauit, & c.fi.§.j.extrà de offic.delega. Et ex prædi
29 ctis cognoſces non eſſe ſicuram rationem † quam ſcribentes.in d.l.j. tradunt, quare cauſæ meri imperij delegari prohibentur, qui aſſerunt eam potiſſimam eſſe; quoniam in his cauſis magnis cenſetur electa induſtria perſonæ, quia ex magnitudine dignitatis, & ponderis rei, cenſetur electa induſtria perſonæ, l.j.ff de offi.Præfe.Præto. & vbi induſtria electa eſt, nõ poteſt actus per alium expediri, l.inter artifices ff. de ſoluti.l.vni.§.ne autem C.de cadu.tolle. nam prædicta ratio confunditur; quia prædictæ cauſæ indelegabiles graues, ex neceſſitate abſentiæ, & aliquando alterius impedimenti, delegã
30 tur, ut ſupra cõcluſum eſt, quod † nõ eueniret ſi electa eſſet in his induſtria perſonæ, ut in d. ca. ſi pro debilitate, & in d.c.fi.§.j.nec in ſpecie d.l.inter artifices, in caſu neceſſitatis abſentiæ ſatisfaceret artifex faciendo actum per alium, ut bene aduertit Curti. in d.l.j. nu. 28. ratio etenim illius legis, quòd inter artifices longa eſt differentia ingenij &c. non tollitur neceſſitate aliqua: imo ſi cum iudicio aduertas, in terminis d.l.j. in quibus loquuntur Docto. videlicet in ordinariis qui à lege habent iuriſdictionem, non poteſt intelligi, quòd lex eligat omnino induſtriam perſonæ, & quòd conſiderauit alicuius ingenium, naturam, vel doctrinam, cùm non cognoſcit eos quibus cauſas concedit, natura enim legis eſt, futuris dare formam negotijs, l.leges C.de legibus. Non tamen nego, quòd lex magis confidit de eo qui in iudicem electus eſt, quàm de priuato, & ma-

gis

gis de maiori magiſtratu, quàm de minori, ſed non de eius particulari ingenio, doctrina, & induſtria, ſed in genere de eius ſufficientia confidit, quia frequentius euenit, vt perſonæ idoneæ in iudices eligantur, nam lex refertur ad ea quæ frequentius accidunt, l. nam ad ea ff. de leg. & hæc eſt differentia inter Principis delegatos, & ordinarios à lege creatos, quòd Princeps aliquando eligit ſpecialiter induſtriam perſonæ, qui perſonam cognoſcere poterit, & de eius particulari ingenio, & induſtria confidere, quo caſu nullo iure, nec aliqua neceſſitate delegare poteſt, ut in d. c. ſi pro debilitate, & in d. c.
31 ſi. Et hinc eſt, quòd † eius commiſſio non tranſit ad ſucceſſores, quando facta eſt nomine proprio, ſecus ſi nomine dignitatis, aut appellatiuo, ut probatur in c. quoniam Abbas extrà de offic. deleg. vbi Docto. præcipuè Deci. nu. 13. adnotarunt, & c. ſi gratioſæ de reſcrip. in 6. & in l. quod Principi, & quod ibi notat Bart. ff. de leg. 2. Quod locum non habet in lege, quæ nunquàm nomine proprio cauſas alicui tribuit: vnde tu collige
32 † rationem generalem, quare cauſæ delegari prohibentur ab ordinarijs, ex authen. vt defun. ſeu fune. §. illud in princ. videlicet, quia melius & perfectius coram eis, quàm coram delegatis, & cum maiori honeſtate cauſæ examinantur, nam officiales, & teſtes magis terrentur, cum cauſæ coram eis agitantur. Rationem uerò ſpecialem quare vna cauſa ſtrictius quàm alia delegari prohibetur, aſſignat Bart. in l. nec quiquam §. vbi decretum nu. 8. ff. de offi. Procõſ. videlicet, propter ſui arduitatem, nam cum in his de maximo damno agatur, iura maioribus iudicibus ea commiſerũt. Ex quo intelliges, nòn bene concludere Scrib. in d. l. j. ff. de offi. eius. prædictas cauſas in priuilegiũ maioribus iudicibus cõcedi, nã fauor

fauor eſt cauſarum, non perſonarum. Aduertendum tamen eſt, quòd licet regulariter cauſa magna, & grauis committatur maioribus iudicibus, ſæpiſſimè tamen contingit, quòd etiam à lege minoribus tribuitur, & delegari ex aliqua cauſa permittitur, ut quia celeritatem deſiderat, vt in l. 1. ff. de damno infecto, vel aliquo fauore, vt in l. cognitio ff. de officio eius. vel vt facilius cauſæ examinentur, vt in l. fi. C. vbi & apud quem. Nec eſſet iniquum, quòd parua cauſa aliquando maioribus iudicibus ſpecialiter concedatur, & minoribus denegetur, & delegari prohibeatur, ſi in ea maius periculũ, quàm in alijs vertereretur, nam ſuccedit regula. l. j. ff. de carbo. edi. quòd vbi maius periculum vertitur, ibi cautius eſt agendum: & diuerſis reſpectibus, & cauſis in iure reperitur, quòd cauſæ aliquæ minoribus conceduntur, & maioribus denegantur. Et hinc eſt quòd communiter Scribẽ. tradũt, in hoc delegationum cauſarum, & iuriſdictionum tractatu, non eſſe ſecurum, nec validum arg. de maiori ad minus, teſte Bartho. Soc. in l. j. nu. 17. ff. quis & à quo appelle. poſt gl. in l. illicitas §. qui vniuerſas ff. de offi. Præſi. & Docto. in l. 2. ff. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ meri imperij, an poſſint propter abſentiam in totum delegari.*
2 *Cognitione commiſſa regulariter, non cenſetur commiſſa diffinitione.*
3 *Intellectus nouus ad l ſolent ff. de offi. Proconſ.*
4 *Concordia inter l. ſolent, & §. qui mandatam.*
5 *Sententia Bart. eſt receptior, & tenenda: & eſt approbata de iure regio.*
6 *Intellectus plures ad §. ad hæc prohibemus, in authen. de collato.*
7 *Vicemgeres qualiter delegat merum imperium: & nu. 12.*

Merum

8 *Merum imperium quando in totum, & quando quoad cauſæ cognitionem tantùm delegari poteſt.*

9 *Seruitutis cauſa eſt meri imperij, quando reducitur ad ſeruitutem, uel ab ea liberatur propter delictum, aliàs ſecus.*

10 *Status cauſæ propter abſentiam hodie in totum delegantur.*

11 *Delegatus cauſam inſignis latronis, quam differri periculoſum eſſet, cognoſcit, & pronuntiat.*

13 *Præfectus prætorio iudicem ordinarium conſtituere poteſt.*

14 *In perſonis & cauſis, in l. ſi C. vbi Sena. Vel. Clari. nominatis, merum imperium prohibitur delegari.*

An cauſæ omnes meri imperij propter abſentiæ neceſſitatem, quoad cognitionem tantùm, delegari permittantur. Cap. XXI.

IN ſuperiori capite difficultatem hanc
1 obiter tetigimus, † vtrum cauſæ omnes meri imperij, ob impedimentum abſentiæ neceſſariæ, quoad cauſæ examinationem tantùm, non verò quoad diffinitionem delegari permittantur: In quo arti. plures reperiuntur opin. quas refert Alberi. in l. j. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdi. nu. 10. Prima igitur opinio eſt, quòd cauſæ meri imperij omnes, etiam citra vltimum ſupplicium, & membri inciſionem, tàm de iure antiquo quàm nouo, delegari in caſu neceſſitatis abſentiæ tantùm, quoad cauſæ examinationẽ poſſunt, & quoad diffinitionem mandari prohibentur. Quam ſententiam tenet glo. in d. l. j. ff. de offi. eius. in uerbo poſſit, vbi eam amplectitur Cynus Raine. Alber. nu. 10. Bart. nu. 5. qui eam communem aſſerit, Bald. Paul. Ori. qui eam communem teſtatur nume. 117. & ſimiliter Sapia. num. 64. glo. in l. 2. C. de peda. iudi. verbo ex officio & ibi Salic.

verſ.

verſi.concludo, & idem Alberic. ibi qui refert Iaco. de Areti. & Old. eum ſequentes: Spec. in tit. de of. deleg. §.fi. verſi. item quod eſt. Vallaſ. in repeti. l. imperium nu. 201. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. Quæ opinio primò conſtare videtur ex d. l. 1. ibi, cognitionem quam habet prætor mandare poteſt: nam ſecundum veriorem, &
2 crebriorem ſententiam, † commiſſa cognitione regulariter, non cenſetur commiſſa diffinitione, vt reſoluit Bart. in d. l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iudi. num. 11. cuius doctrina communiter recepta eſt teſte Iaſ. ibi nu. 15. Vnde cauendum eſt ab eodem Iaſo. in d. l. 1. nu. 71. vbi tenet contrarium, & ad hoc inaduertenter citat Bar
3 tol. vbi ſuprà. Secundò † vrget. l. ſolent. ff. de offic. proconſul. vbi ius gladij quoad cognitionem tantùm in legatum proconſulis transfertur: & eſt aduertendum quòd licet glo. ibi, & ferè omnes Docto. intelligunt tex. illum loqui in præſentia, tamen ſi coniungitur cum duabus ſuperioribus legibus, cum quibus continuari debet, loquitur in abſentia, quod bene aduertit Paul. Ori. in d. l. 1. nu. 117. ff. de offi. eius. & ſenſit glo. in d. l. 2. C. de peda. iudi. in verbo, ex officio, dum citauit l. aliquãdo, & l. ſolent, ſimul, & quod ibi innuit text. ſed hoc genus mandati extraordinarium eſt, intelligendum eſt ſpecialitatem in eo conſiſtere, quòd animaduerſio in legatum proconſulis transferatur contra regulam l. nemo poteſt gladij, ff. de regu. iur. nec magis in legato proconſulis ſpeciale eſt, quàm in alijs delegatis, cum nec in eum regulariter animaduerſio transferatur, iuxta d. l. 1. §. qui mandatam; ff. de offi. eius ibi. Quare nemo dicit, animaduerſionem legatum proconſulis habere mandata iuriſdictione, ſed ſpecialitas ibi in eo eſt, quòd ſicut in alijs delegatis eſt ſpeciale, quòd animaduerſio ex cau-

ſa abſentiæ neceſſariæ mandari poſsit,iuxta l.1.ff.de offi. eius in princ.ſimiliter & in legato proconſulis,per d.l.ſo
4 lent,quæ † loquitur in abſentia, & ita poteſt componi il le tex.cum d.§.qui mandatam,in quo non parum laborant ſcriben.ibi. Tertiò pro hac opini. adducitur tex. in authen. de colla.§.ad hæc prohibemus,quamuis (vt ex infra dicendis apparebit) tex. ille maximè contra hanc ſententiam ſolet ponderari. Secunda opi. eſt omnino præcedenti contraria: imo quòd omnes meri Imperij cauſæ de iure antiquo,& nouo,propter abſentiam in totum, quò ad cauſæ cognitionem,& diffinitionem delegari poſsint. Quam tenuere plures antiqui Docto. ab Albe.in d.l.1.relati.& Azo.in ſumma de peda.iudi. verſ. cauſas,& eam in effectu ſequi videtur Deci.in d.l.1.nu. 61. nam licet ipſe aſſerit, quòd ſequitur Alexan. opin. concludit tamen, quòd de iure antiquo in totum delegabantur, & quòd nihil mutatum hodie eſt per d.§. ad hæc prohibemus. Pro qua opin. conſiderari ſolet d.l.1. quæ ſecundum eos indiſtinctè loquitur,& à Decio multipliciter ponderatur, maximè dum dicit, exercitationem, nam verbum illud comprehēdere uidetur cognitionem, & etiam diffinitionem. Præterea his accedit ratio,ne ſequatur aliàs inconueniens,quòd delictorum punitio differatur. Sed hæc opin. non admittitur, per ſcribe.& confunditur per iura pro prima ſententia adducta. Nec obſtat conſideratio verbi exercitationem, nam cum tex.ille loquatur in caſu ſpeciali, in quo permittitur delegari, non eſt facienda lata interpretatio: præcipuè quòd poſtea vbi agit de delegatione, tantùm de cognitione loquitur. Non obſtat prædictum abſurdum,nam maius inconueniens eſt, quòd diffinitio cauſæ arduæ committatur delegatis. Tertia opi. ſuperiores

res quodammodo concilians eſt, quòd cauſæ meri Imperij olim in totum propter abſentiam delegari poterant,& ita intelligunt d.l.1.& l.2.C.de offi. eius qui uicem alte. gerit.& l.fi.C.vbi Sena.vel clariſ. Sed iure nouiſsimo conſtitutum eſt, quòad pœnam vltimi ſupplitij, & membri inciſionis, cauſæ cognitionem, non verò diffinitionem, etiam in caſu abſentiæ venire, per d.§.ad hæc prohibemus, in authen.de collato. Quæ opi. fuit Guill. de Cugn. in d.l.1. vbi Fulgo. num.22.licet non clarè uidetur in eam inclinare, & ibi eam amplectitur Alex.nu.49.Iaſ.nu.70.Iaco.de Nig.nu.112. Calæfa. nu.171.& nu.245. qui eam inaduertenter magis cõmunem appellat, quam ẽt tenet Pata.ibi nu.148. & Specu.ſibi contrarius in tt.de iuriſd. omni. iudi.§.ad huius, quos Calæfa. refert. Sed hæc opi. mihi non placet, & profectò receptior non eſt, nam plures Docto. pro eà citantur, qui contrarium concludunt, & prima eius pars confunditur per d.l.1.& per d.l.ſolent. ex quibus conſtat, quòd de iure antiquo, cauſæ meri Imperij non in totum, ſed quòad cognitionem; propter abſentiam delegabantur. Nec obſtat d.l.2. quia loquitur in ſubſtituto à ſuperiore, in loco abſentis, vel mortui, qui ſuffectus ordinarius eſt, vt in fine dicetur. Nec obſtat d.l.fi. vt ferè omnes fatentur,& ei ſatisfaciunt. Quarta opi. quæ in effectu eſt duarum priorum opi.ſecunda concordia, vult quòd cauſæ meri Imperij olim, propter abſentiam non poterant delegari, niſi quòad cauſæ examinationem, vt in d.l.1.& in d.l.ſolent. ſed illa iura hodie correcta & reſtricta ſunt per d.§.ad hæc prohibemus, vt tantùm locum habeant in pœna vltimi ſupplitij, & membri inciſionis, ſecus in alijs pœnis obuenientibus ex cauſis meri Imperij, quæ hodie quòad totum delegantur.

Digitized by Google

gantur. Quam opin.tenet Angel.in d.l.2. C. de peda. iudi. verſi.alij verò, Curt. Iun. in d. l. 1.nu.64.ff.de offi. eius.vbi Rimi.Seni. nu. 22.in eam videtur inclinare, & hæc opi. fuit glo.l.aliquando.ff.de offic. procon.& l.2. C.de offi.eius qui vicem alte.gerit,& ſatis probabilis vi-
5 detur.Sed à prima Bart. ſententia † recedere non oportet,quæ proculdubio receptior eſt,& de iure regio cõprobatur l.18.tit. 4. part. 3. Solùm remanet difficultas
6 in reſpondendo ad d.§. ad hæc prohibemus, † vbi dicitur, quòd omnia poteſt mandare, excepto vltimo ſupplicio, & membri inciſione, & qui omne dicit nihil excludit. Præterea exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus exceptuatis l.nam quod liquide in fine. ff.de pen. lega. qua de cauſa plures ſolutiones aſſignantur ad illum text. Et prima eſt,quòd ibi loquitur in caſu ſpeciali,videlicet quando Præſes mandauit iuriſdictionem antequam ingreſſus eſſet prouinciam: ſed iſte intellectus tollitur per d.§.ad hæc. vbi in fine dicitur decisionem illius tex. locum ſibi vendicare in cauſa abſentiæ,etiam poſtquàm ingreſſus eſt prouinciam, vt bene aduertit Alexan. vbi ſupra, licet Deci. replicat, quòd verba illa per ſimilem modum referri poſſunt, ad diſtinctionem quam fecerat text. an Præſes ſit in prouincia, vel non,quod non placet. Secunda ſolutio & intellectus eſt,quòd tex.in d.§.ad hæc,loquitur in vice gerente,vt verba ſonant,nõ in delegato, & quòd in eo ſit ſpe-
7 ciale,quia † vicem gerens de omnibus agnoſcit, l. 2.C. de offi.eius qui vicem alte.ge.Sed iſte intellectus admittendus non eſt, nam vicem gerens quando conſtitutus eſt ab alio, quàm à ſuperiore, poteſtatem conſtituendi ordinarium habente, non cognoſcit de omnibus, niſi ſpecialiter ei committantur,& conſtat ex d. l. ſolent, &

ex-

ex d.l.1.§.qui mandatam,& ex cap. licet, de offic. vica. lib. 6. Tertiò modo ſoluit Vallaſ. vbi ſupra, negando quòd exceptio firmet regulam in contrarium, in caſibus ſimilibus exceptuatis, poſt Abba. in c. dilecta extra de confirma. vti. vel inu. quod dictum, fortè in noſtra ſpecie admittendum erit, ſi conſideretur, quòd text. ille aliàs eſſet correctorius, & percõſequens eius diſpoſitio reſtringenda, vt legum correctio euitetur, arg.l.1.C.de inoffi.do. itaque tex. in d. §.ad hæc, licet tantùm loquatur de vltimo ſupplitio, & membri inciſione, intelligi debet, idem eſſe in omni magna animaduerſione, vt legum correctio euitetur. Vnde in hoc arti. ita dicendum puto.

8 † Aut loquimur in cauſis meri imperij, in duobus infimis gradibus, hoc eſt in modica coërtione, & læui mulcta pecuniaria, & hæc quòad omnia, etiam ſine magna cauſa delegantur, vt concludit Bart.& com mu.ſcrib.in l.Imperium.ff.de iuriſdi. omni. iudi. per d. §. qui mandatam,& per l. ſi quid ff. de offic. proconſul. & l. 2.C.de ſportu.& l.fi. C.de modo mult.& de his non eſt quæſtio noſtra, ſed in ſequenti cap. latè agemus. Aut loquimur de magna animaduerſione, ſeu gladij poteſtate, & tunc, aut de iure antiquo, & meo quidem iudicio planum eſt, quòd propter abſentiæ neceſsitatem non poterat in totum delegari, iuxta d.l.1.& d.l.ſolent, ſecundum primam, & quartam Docto.opi.ſupra adductã, quod puto magis communiter receptum eſſe. Aut de iure nouo, & tunc, aut quòad vltimum ſupplicium, & membri inciſionem, & planum, & receptiſſimum eſt idem eſſe, nempè quòd delegatio niſi quò ad cauſæ examinationem non ſit permiſſa, per d.§.ad hæc vt ex prædictis opini.apparet. Aut quò ad alias pœnas ſimiles, in magnã animaduerſione contentas, & in hoc eſt difficul

tas

tas,ſed receptior mihi,& tenenda videtur opini. prima Bart.quòd idem ſit, nam licet verba tex. in d.§.ad hæc, videantur ſonare,quòd tantùm in membri inciſione,& vltimo ſupplitio locū habeat, ne tamen inducatur legū correctio,aliter interpretāda ſunt, quæ Bar. opi.appro bata eſt per d.regiam l. 18. quæ vult procedere,non ſo lùm quàndo uenit imponenda pœna mortis, vel mēbri amiſſionis,ſed ēt quando minor irrogatur pœna, vt exterminationis à terra, vel reuocationis in ſeruitutē, vel
9 liberationis à ſeruitute. Quod vltimum † declara, locum ſibi vendicare, quando propter delictū reuocaretur in ſeruitutem, vel liberaretur ab ea,quo caſu,ſeruitutis cauſa eſt meri imperij, vt docet Deci. in l. Imperium nu.60.ff.de iuriſdi. omni.iudi.aliàs autem aliæ cau
10 ſæ † ſtatus, vt ingenuitatis, propter abſentiæ neceſſitatem in totum hodie delegantur, per d. §.ad hæc, per quem corrigitur l. 2.C.de peda.iudi. vt glo. ibi in verbo dum tamen, & Salicet. & alij Docto. adnotarunt. Recenta tamen prima Bart. opin.eam limitant ſcriben. lo-
11 cum non habere † in inſigni latrone, cuius cauſam differre eſſet periculoſum, quo caſu poterit delegatus eam examinare, & diffinire, vt concludit idem Bartol. vbi ſuprà in d.l.1.nu. 5. poſt Petr. & Cyn. & ibi Angel. & Alexan.nu.52.Iaſ.nu.70.qui tam teſtatur commu.& Rimi.Sen.nu.22.contra Alberi.quem ibi Deci. nu.63. defendere conatur. Secundò limita non procedere,
12 † in ſuffecto, hoc eſt, in eo qui ſubrogatur à ſuperiore in loco abſentis,vel mortui Præſidis,qui eſt ordinarius, & omnia facere poteſt,quæ poterat Præſes,in cuius loco ſubrogatur, etiam quò ad irrogandam pœnam vltimi ſupplitij, & membri inciſionis, vt voluit glo. in d. l. 1. verbo poſsit, in prima opin. quam ibi ſequitur Bart.

num.

nu.15.Alex.nu.53.Iaſ.nu.73.Deci.nu.64. Cutti.num. 66.per tex.in d.l.2. C. de offic. eius qui vicem alte.ge. vbi Albe.num.3.in fine poſt Cyn. eam ſequitur,repro bata glo.fi. ibi, quæ volebat hodie non poſſe imponere pœnam vltimi ſupplicij, vel membri inciſionis, per d. §.ad hæc.Pro quo viget l. 1. §. à Præfecto prætorio.ff. de lega.3.l.fin. in fine. C.vt digni.ordo ſerue.quod ego verum puto,quando prædictus ſuffectus conſtitutus eſt ab habente poteſtatem creandi iudices ordinarios, vt à Principe, vniuerſitate, vt Bart. concludit in l. filius ff.de legati. Alex. in rubr.nu.16. ff.de offi.eius cui man. eſt iuriſdi. Tu adde idē eſſe ſi à Præfecto prætorio ſit fa
13 ctus, nam † & Præfectus prætorio iudicem ordinarium facere poteſt,vt ex prædictis iuribus colligetur, & ex tt. C.de offi.vica.& ita intelligi debet d. l. 2. C.de off. eius qui vicem alte.ge. vnde cauendum eſt à gloſſ. ibi, quæ tex. illum intelligit in ſubſtituto, à quolibet ordinario habente merum imperium, quod eſt notandum, nam hac in re plures decipiuntur Doct. Nec poteſt aſsignari ſufficiens ratio differentiæ inter ſubſtitutum ab alio ordinario,& delegatum, cui propter abſentiam delegata eſt iuriſdictio, de quo loquitur d.l.1.ff.de offi. eius. & d. l. ſolent, & d. §. ad hæc prohibemus. De locum tenentibus verò, & vicarijs Epiſcoporum, in ſuperiori capite dictum eſt, & latius alio loco agemus.Tertiò præ
14 dicta limitantur locum non habere, † in caſibus poſitis in l. fi. C.vbi Sena. vel clariſsi. & in perſonis ibi nominatis, quorum cauſæ meri imperij omnino delegari prohibentur, etiam quò ad cauſæ cognitionem, nam & ipſi Præſides ſolùm habent cauſæ examinationem, ex ſpeciali conceſsione, non verò diffinitionem abſque Principis conſcientia,cui debent prius referre, quoniam dignitas

gnitas illorum non patitur, vt alijs inferioribus tanta cauſa committatur, vt bene adnotauit Salic. in l. 2. C. de peda.iudi. verſic. concludo.

SVMMARIVM.

1 Coerctio modica, et læuium criminum caſtigatio, delegabilis eſt.
2 Caſtigatio modica, etiam minoribus magiſtratibus competit.
3 Meri imperij eſt modica coertio, nam officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem expeditur.
4 Modica corporis caſtigatio, an tranſit in delegatum.
5 Delegatus iudex cui cauſa ciuilis commiſſa eſt, non poteſt facere realem citationem per quam procedatur ad capturam.
6 Delegati iuriſdictio, non efficitur maior per litis cõteſtationem, & lite conteſtata poteſt reuocari.
7 Intellectus ad §. ſi verò etiam in authen. de exhiben. reis.
8 Intellectus ad tex. in §. ſi verò ignoti, in authen. de teſti.
9 Delegatus poteſt punire teſtem coram ſe falſum dicentem.
10 Intellectus plures ad l. ſi ff. de offic. eius.
11 Coerctionis verbalis mentio, in iure non reperitur.
12 In modica corporis coerctione, quid includitur.
13 Inciſio auriculæ, vel digiti, an excedat modicam coerctionem.
14 Pœna qualibet corporalis, etiam læuis, reputatur grauior quacunque pœna pecuniaria, & quomodo intelligatur.
15 Caſtigari modicè, an poſſint perſonæ honeſtæ per delegatum.
16 Defenſores ciuitatum olim erant de minoribus iudicibus, hodie habent merum & mixtum imperium: & nu. 18.
17 Magiſtratus municipales erant olim de minoribus iudicibus, & verum erant iudices ciuitatum, an municipiorum.

De modica coerctione & læuium criminum caſtigatione. Cap. XXII.

1 Modicam coerctionẽ † delegari poſſe manifeſtiſſimum eſt, & probatur per l. j. §. fi. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdi. l. ſi quid ff. de offi. Proconſul. & vrget. læuia ff. de accuſat. quoniam modica caſtiga-

tio.

2 tio.& læuium†criminum examinatio ēt minoribus magiſtratibus cō'mpetit,l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.om.iud. tex.in Auth.de defen.ciui.§.audiēt.Et hæc modica ca
3 ſtigatio†meri imperij eſt: nam officio iudicis nobili ad publicam utilitatem expeditur, & eſt animaduerſio in facinoroſos homines,ut concludit Bar.in d.l.imperiū, nu.11.ubi & Alex.nu.27.& Iaſ.nu.24.uerſ.Quartus. & Dec.nu.50.& Vallaſ.num.181.quod proculdubio cōiter ibi receptum eſt. Sed prædictis aduerſari vr̄tur tradita per ipſum Bar.in l.2.nu.2.& in l.magiſtratibus
4 nu.2.ff.de iuriſ.om.iu.ubi uult,† modicam corporis caſtigationem nō tranſire in delegatum.Pro quo primò vrgere vr̄ l.fi.ff.de offi.eius,ubi mandata iuriſdictione, imperiū quod non merum eſt tranſire videtur:vnde à contrario ſenſu,quod eſt merum, ut modica corporis caſtigatio, non tranſit.Secundò urget tex. in Auth.de teſti.§.ſi uerò ignoti,ubi iudex delegatus non pōt torquere falſos teſtes,ēt ſi ad cauſæ delegatæ expeditionem ſit neceſſarium.Tertiò facit Auth. de exhi.reis.§. ſi uero ēt,ubi ante litem conteſtatam nihil delegatus facere pōt.Quarto l.diuus Pius.ff.ad Corn. de fal. ubi delegatus incidentia crimina nō punit. Egò uerò ſalua ſaniori deliberatione,hanc difficultatem ita reſolui debere exiſtimo:Aut iuriſdictio,ſeu uniuerſitas cauſarū mandata eſt,& trāſit modica corporis coerctio,ſeu caſtigatio,& ita intelligitur d.l.1.§.fi.ff. de offi.eius. l.ſi quid erit.ff.de offi.Procon.& in hoc uera eſt Fulg.doc. in d.l.imperiū,nu.30.quod ēt uoluit Deci.in d.l. fi.nu. 3.Aut non mandauit iuriſdictionem, & uniuerſitatem cauſarum,ſed vnam,uel alteram cāᷓ:& tunc aut delegauit cauſam criminalem,& trāſit modica corporis caſtigatio,ita concludit Pau. Caſt.in l.1.nu.3. ff. de offic. eius. Alex.in d.l.imperium,nu.23.Bar.Soc.in d.l.2.nu.

11.ff.de iuriſ.om.iud.pro quo urgent prædicta iura.& facit, nam prædicta modica coërctio in his caſibus iure magiſtratus competit, cùm minoribus concedatur magiſtratibus,l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.òm.iud.& tex. in d §.audient.Vnde ſuccedit regula,l.1.ff.de offi.eius. ubi quæ iure magiſtratus cõpetunt, delegari poſſunt, Et in his procedit opi. cõis Bar.& Doc.in d.l imperiũ, & quod tenet idẽ Bar.in l.nec quicquam.§. ubi decretũ.ff.de off.Procõ.Aut delegata eſt cauſa ciuilis,& tũc in conſequentiam non uidetur mandata modica corporis coërctio,nec ptãs coercẽdi perſonaliter uidetur conceſſa,& ita procedit Bar.doct.in d.l.2.& in d.l. magiſtratibus.Quod uolunt Doc.prædicti,& alij commu.

5 pro quo citant.l.2.C.de ſport.Et hinc eſt quòd† iudex delegatus,cui cauſa ciuilis commiſſa eſt, non põt facere realem citationem, per quam procedatur ad capturam,ut reſoluit Bart.in d.l.2.nu.1.ubi & Alex. nu. 6.& Iaſ.nu.12.& Cur.nu.28.qui cõm.opi.eſſe teſtantur,&

6 locum habere affirmant† indiſtinctè,ſiue ante litẽ conteſtatam,ſiue poſt litem conteſtatam,reprobata gl.ibi, & ſequendo gl.in l.conſentaneum,uerbo cogendũ C. quom.& quan.iud.quoniam per litem conteſtatã non efficitur maior eius iuriſdictio, cum ẽt lite conteſtata, reuocari poſſit,l.iudicium ſoluitur.ff.de iud. Nec huic obſt.aduerſatur reg.d.l.2.quod delegata cã alicui cenſentur delegata oĩa,ſine quibus explicari non põt:nam intelligitur dũmodo non ſint maiora expreſſis,ut Soc. ibi nu.10.& Iaſ.nu.11.declarant.Pro qua declaratione eſt tex.in l.pe.§.illo.C.de neceſ.ſeruis hær.inſt.Et quæcunq; pœna corporalis reputatur maior quacunq; pœ

7 na pecuniaria.l.in ſeruorum.ff.de pœn.Nec oberit† d. §.ſi uerò ẽt, Auth.de exhib.reis,per gl.allegatus:quia ibi non dicitur à contrario ſenſu, ꝙ delegatus lite con

teſtata

teſtata poſſit facere realem citationem, ſed dicit, quòd lite conteſta pōt procedere ad ſententiam definitiuā
8 Et prædictis ſuffragatur tex. † in d. §. ſi uerò ignoti, ubi delegatus iudex non pōt torquere falſos teſtes, et ſi ad cãæ expeditionem ſit neceſſariū. Sed certè text. ille cō trarium uidetur probare, prout Fulg. in d. l. 2. aduertit, quem ibi ſequitur Iaſ. Nam ibi delegatus non prohibe
9 tur torquere falſos teſtes, † ſed ſtatuitur ut quia ipſe delegatus familiam non habet, id faciat per apparitores, hoc eſt, per iudicis ordinarij miniſtros. Nec ſatisfacit Decij replicatio in d. l. 2. nu. 14. Nam uerſ. ſi uerò, non aduerſatur primo dicto, ſed potius uoluit tollere dubium, & prouidere, qualiter delegatus poſſit teſtes torquere in caſu neceſſitatis, quando erant ignoti teſtes. Verùm intellectus hic non eſt omnino tutus. Nam ut aduertit idem Dec. ibi dicitur, quòd aſſumat defenſores locorū, & per eos experimentū uerberorū inferat. Qui magiſtratus erāt, ut in fine dicetur, & apparitores: erant officiales, ut apparet ex pluribus titu. incip. de ap parito. lib. 12. quibus forte hodie aſſimilantur in Hiſpania Guacelli in Italia Barraccelli, & ita uidetur, quòd non omninò in d. §. ſi uero ignoti delegato licebat torquere. Et ſuppoſito quòd Fulg. intelligentia eſſet uera, delegatus ibi merum imperium nō exercebat: cum torquere teſtes cauſa ueritatis eruendæ ſit ſimplicis iuriſdictionis, Iaſ. ī d. l. 2. nu. 14. Et hæc reſolutio facit ad q. an delegatus poſſit punire teſtem coram ſe falſum deponentem, quàm eleganter explicat d. Couarr. prati. quæ c. 18. nu. 8. Nec prædictos refragatur
10 † tex. in l. fin. ff. de offi. eius: Nam occurri ei pōt, quòd ſuper eo non pōt fieri fundamentum, cū habeat uarios intellectus, unde ſuccedit Bar. doct. in d. l. in ambiguo. ff. de rebus dub. Primò etenim intelligunt illum tex. Rimi. Sc n. nu.

24. in d.l.imperium,& ibi Valla.nu. 181. quòd loquitur de imperio in genere,ſed de poteſtate, de quo agitur in l.etſi prætor.ff.eod.& in l.ius pluribus, in fine.ff. de iuſt.& iur.Secundò modo tolli poteſt,quod ibi non ſumitur arg. à contrario ſenſu , quoniam ſequeretur abſurditas,& legum correctio.Nā corrigeret d.l.1.§.fi. ff.de offic.eius.& d.l.ſi quid erit.unde ſuccedit regula l.2.C.de conditi inſer.Præterea ille tex.non obſtat,nā licèt expreſsè diceret, merum imperium non tranſire in delegatū,illud deberet diſtingui,& declarari per d. §.fi,& per d.l.ſi quid,quoniam leges poſteriores trahi debent ad anteriores,& econtra,l.non eſt nouum,& l. nam & poſteriores.ff.de legi. Vltimò reſponderi ad illū text. poteſt,quòd loquatur in coerctione uerbali, quæ ſimplicis eſt iuriſdictionis,uel ſecundum aliquos, aliquando mixti imperij, aliquando ſimplicis iuriſdictionis, ut pronunciare de mittendo in poſſeſſionē ex primo decreto ob contumaciam, uel denegari contumaci ſuam audientiam,l.ſed & ſi Prætorem.§.ſed & ſi cum decreto.ff.ex quibus cauſis maio.uel condemnare in refectionē expenſarum,l.ſancimus.C.de iud.de quo per Bar.in d.l.magiſtratibus, & in d.l.fi. ubi & Rimi.Sen.& Sapi a.Bar.in d.l.imperium,nu.13.ubi Ale. nu.27.& Iaſ.nu.24.& Dec.nu.50.& Cur.Iun.nu.98. & Vall.nu.181.ubi Bar.& aliqui eorum intelligunt l. 1.§.fina.ff.de offic.eius.quòd de hac uerbali coerctione,& non de corporali intelligatur. Sed licèt fortè cōmunis intellectus ſit ad illum tex.aliqui tamē ex prædictis Doct.tenent contrarium , ſcilicet quòd loquatur de corporali coerctione,quod uerius puto.Nam ut ſupra concluſum eſt,tranſit in delegatum ad vniuerſitatem cauſarum , & etiam in ſimplicem , quando cauſa criminalis ei commiſſa eſt, quod bene probatur in illo

tex.& in d.l.ſi quid erit:nec eſt ſpeciale in legato Procõſulis,in quem merum imperium magnum,& indelegabile non tranſit,ut probatur in d.§.fi.Imò aduerte, quòd mihi non uidetur ſecutus intellectus; quòd
11 prædicta iura loquantur de uerbali † coerctione, cùm legum conditores non faciant mẽtionem de tali coerctione,nec in iure Cæſareo,nec Pontificio aliquẽ tex. de ea loquentem reperiam, Sed nouiſſimè inquirendum
12 eſt, † quid includatur in modica corporis coerctione.Et primò dicendum eſt, includi uerberationẽ non atrocem,ut in d.l.ſi quid erit.ff.de off. procon.Itẽ
13 inciſio † auriculæ,uel digiti, quoniã dolor auriculæ,& digiti æquiparantur, l.ob quæ uitia.§.fi.ff.de ædil.edic. & digitus non eſt membrum ſed officium membri,ita concludit Alb.in d.l.imperium,poſt Guil.de Cugn.& Oldr. ibi.Sed in abſciſione auriculæ & digiti Deci.ibi nu.51.dicit,non procedere ſine dubio,& Ange.in d.l. magiſtratibus tenet,quòd excedit modicam coerctionem,quæ in uerberibus cõſiſtit,quod uerius puto. Sed eſt aduertẽdum,quòd prædictis obſtare uidetur,quòd delegatus,uel minores magiſtratus non poſſunt cognoſcere de cauſa pecuniaria,quæ ſummam trecentorum aureorum excedit, Authen. de iudi. §. audient, Authen.de defen.ciui.§.& iudicare,& quæcunque pœna
14 † corporalis,etiam læuis, reputatur grauior quacunque pœna pecuniaria,l.in ſeruorum in fine.ff. de pœnis:quam difficultatem mouet Deci. ubi ſupra nu. 52. qui dupliciter reſpondet:Primò quòd prædicta regula procedit reſpectu illius qui pœnam patitur,non reſpectu iudicis.Secundo modo, quòd l.illa in ſeruorũ procedit in ſeruis,& uilibus perſonis, non in honeſtis, ut uoluit Bar.in l.1.§.fi.in fine,ff.eo.de pœnis, ex quo infert,quòd iſta modica corporis caſtigatio, tãtùm ui

15 petur locum† habere in uilibus perſonis, non in honeſtis perſonis. Verùm licèt verberatio etiam non inferior (maximè ſi eſſet publica) in perſona honeſta pœna grauis ſit, tamē aliquæ caſtigationes corporis conſiderari, & reperiri poſſunt, quæ in perſona honeſta non ſint graues, ut pœna carceris ad aliquos dies, quæ de iure canonico dari ſolet: item priuata coërtio, quem habent ſeniores propinqui, in minores errātes, iuxta l. fi. C. de emend. propin. & aliæ pœnæ, quibus in collegijs & monaſterijs perſonæ honeſtæ puniri ſolent, ut cōijci in cippum per aliquos dies, item pane & aqua coram alijs pœnitentiam facere, prædictæ pœnæ non ſpecialiter maioribus iudicibus tribuūtur, ſed iure magiſtratus, etiam minoribus iudicibus competunt. Sed eſt aduertendum, quòd Alb. in d. l. imperium, nu. 21. tradit, ꝙ Rectores collegiorum non habent merum imperium magnum, & Io. Bap. ibi nu. 17. tradit quòd habet iuriſdictionem contra illos de collegio. In noſtro collegio ex forma ſtatutorum Rector habet merū imperiū cōtrà perſonas collegij uidelicet cōtra collegiales capel-
16 lanos, & famulos Erant aūt† olim minores magiſtratus defenſores ciuitatū, qui à principio cauſas ciuiles quinquaginta aureos non excedentes, audiebant, ut cōſtat ex l. 1. C. de defen. ciui. poſteà uerò audiebāt cauſas trecentorum aureorum, & infra, tex. in Auth. de defenſ. ci-
17 ui. §. & iudicare. Praeterea† inter minores iudices cōnumerabantur magiſtratus municipales, qui cauſas humiles municipiorum, ſeu caſtrorum, vel villarum diſceptabant, ſecundum gl. & Doc. in rub. C. de magiſt. muni. & de quibus cauſis cognoſcebant agitur in l. ea quæ, & in l. inter conuenientes. ff. ad muni. & in l. magiſtratibus. ff. de iuriſ. om. iud. Sed eſt aduertendū, quòd Alci. in lib. 3. diſpunctio. c. 5. contendit, prædictos ma-

giſtra-

giſtratus municipales non fuiſſe iudices municiporũ, ſed ciuitatum decuriones, quod uidetur probari in l. 1. C. de magiſt. muni. & ſuaderi uidetur l. 1. & l. 4. §. duas ff. de dam. infec. Et prædictis ſuffragatur rõ, nam municeps dicitur à muneris participatione, l. 1. ff. ad mun. & urget l. munus 18. ff. de uerb. ſig. quod corroboratur per l. fi. C. de iud. ubi magiſtratus municipales, & duũuiri idem ſunt, & tamen duumuiri olim Romæ erãnt l. 2. §. eiſdem temporibus. ff. de orig. iu. l. in honorarijs, & ibi not. gl. fi. ff. de act. & obl. & Alcia. ſequitur Bellar. in d. l. 1. ff. de offi. eius. nu. 38. & Longo. in repe. l. Imperium. ff. de iuriſ. om. iud. nu. 74. ubi dicit, quòd Duumuiri erant magiſtratus municipales, qui ex Decurionibus eligebantur. Pro quo ego conſidero dictum §. ſi uerò ignoti, in Auth. de teſti. & d. l. fi. ubi defenſores locorum appellantur iudices oppidorum, & l. utili rõne. C. de defen. ciui. Verùm magiſtratus municipales, fuiſſe olim iudices municipiorum colligi uidetur ex l. ius dandi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & ex l. magiſtratus. ff. ad munic. & l. municeps. 22. ff. de uerb. ſign. ubi dicitur, quòd municipes intelligendi ſunt, qui in eodẽ municipio nati ſunt. Vnde hãc opi. componi poſſe exiſtimo, quòd magiſtratus municipales erãt in ciuitatibus, & etiam in municipibus: Hodie autem defenſores ciuitatum, & correctores habent † merum, & mixtum imperium, quia æquiparantur Præſidibus, ut docet glo. in l. fi. C. de præſcr. longi. tem. quam ſequitur Iaſ. in d. l. 1. nu. 23. ff. de offi. eius. ubi Dec. nu. 25. declarat ſibi locũ ſibi uendicare, quando ciuitas non ſubijcitur alterius ciuitatis iuriſdictioni: & idem intelligit eſſe in uilla, uel caſtro, ſi propriam habeat iuriſdictionem, quia eadem eſt ratio, quod noluit etiam Ceccial. in repe. d. l. imperium, nu. 16. ubi tradit. quòd quando uilla, uel caſtrum

18

reco-

recognoſcit aliquam ciuitatem ſuperiorem, nullã habet iuriſdictionem, niſi in quãtum dederit eis ciuitas, l. nulli. de epiſ. & cle l. 4. C. de nat. lib. l. qui ex uico. ff. ad muni. c. ciuitas, de ſent. excom lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ mixti imperij, an ſint regulariter indelegabiles.*
2 *Miſsio in poſſeſsionem, quòd ſit delegabilis, & an cognitio de mittendo in poſſeſsionem ſit delegabilis.*
3 *Intellectus ad l. fi. C. vbi & apud quem.*
4 *Mixtum imperium cohæret iuriſdictioni, & imperium quod iuriſdictioni cohæret eſt delegabile.*
5 *Mixtum imperium, ſecundum aliquorum Doct. opi. iure magiſtratus competit.*
6 *Suſpecti tutoris cauſa ſpecialiter Præſidi committitur.*
7 *Intellectus ad l. omnia quæcunque, & ad §. ubi decretum.*
8 *Intellectus plures ad l. 2. C. de ped. iud.*
9 *Nouus autoris intellectus ad illam l. 2.*
10 *Concordia prædictorum intellectuum.*
11 *Differentia inter delegationem cauſarum meri, & mixti imperij, noue conſiderata.*
12 *De iure regio qualiter cauſæ mixti imperij delegantur.*
13 *Mixti imperij cauſæ, quando delegari poſſint, reſoluit auctor.*

Cauſæ mixti imperij, an ſint regulariter indelegabiles. Cap. XXIII.

1 DIſputabilis quæſtio eſt, vtrum † cãæ mixti imperij regulariter delegari prohibeantur. Et ĩdelegabiles eſſe, ualde receptũ à Doc. eſt, ĩ l. 1. ff. de of. eius ubi ita cõcludit gl. & Bar. ĩ sũmario, Pa. Ale. nu. 26. Rimi. Sen. nu. 20. Iaſ. nu. 20. Goza. nu. 21. & cõm. Scri.

ibi

ibi,vt prædicti Moder. aſſerunt. Pro qua communi opi. expendunt multipliciter Doc.d.l.j.& primò in eo quòd tex.dicit,Quæcunque ſpecialiter lege tribuuntur,delegari prohibentur: nam cauſæ mixti imperij ſpecialiter maioribus iudicibus tribuuntur,& minoribus denegantur,l.ea quæ ff.ad munici.Præthereà ponderatur in uerſi. quæ iure magiſtratus competunt,mandari poſſunt:nam cauſæ mixti imperij,cùm (vt ſupradictum eſt) minoribus magiſtratibus denegentur,iam non competunt iure magiſtratus. Rurſus conſideratur dum dicit, cũ aliàs iuriſdictio ēt à præſente mandetur:nam mixtũ imperiũ differt à ſimplici iuriſdictione, vt in l.imperium ff.de iuriſdi.omni.iudi.Ex quibus colligitur, quòd mixtum imperium regulariter delegari non poſſit, cum tribuatur ſpecialiter, nec cõpetat iure magiſtratus,nec ſit iuriſdictionis,per illum tex. Secundò inducitur l. cognitio,in princ.ff.de offi.eius.per locum ab ſpeciali, vbi cognitio ſuſpecti tutoris, propter vtilitatem pupillorum, mandari permittitur: ergo in contrarium eſt ius commune, iuxta l.ius ſingulare ff. de legi. Tertiò vrget l.omnia quæcunque 73.ff.de reg.iur.l.nec quicquàm.§. vbi decretum ff.de off.Proconſ.vbi dicitur, quòd quæcunque omnia,quæ cauſæ cognitionem deſiderant,per libellum non poſſunt expediri,iuncta communi Scrib. explicatione,qui exponunt per libellum,ideſt, per iudicem delegatum. Quartò & vltimò probant per l.2.uerſ.quod non ita C.de peda.iudi.qui tex. ſecundum communem interpretationem, loquitur in cauſis meri, & mixti imperij,quæ officio iudicis nobili expediuntur. Contrariã tamen opin. nempe quòd cauſæ mixti imperij regulariter ſint delegabiles,tenet Gui. de Suza, Alci. in lib. 2. parad.cap.1.& ca.quod ſedes de offi.ordi.nu.63. Paul.

Ori.in repe.l.1.nu.34.ff.de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. vbi Bellarmatus nu.31.Stella in repe.d.§.vbi decretum nu. 13. Quam opinionem primò conſtare putant ex miſſione † in poſſeſſionem,quæ mixti imperij eſt,
2 & maioribus tantùm competit magiſtratibus, l. ea quæ ff.ad munici.& delegari poteſt,l.cognitio §.vt bonorũ. ff. de offic. eius. nec ſatisfacit communis reſponſio Doctо. ſcilicet, cognitionem de mittendo in poſſeſſionem delegabilem eſſe, miſſionem verò nõ eſſe delegabilem, nam ſi cognitio delegabilis eſt, in qua cauſæ iuſtitia conſiſtit, multò magis poterit delegari ipſa miſſio,quæ nudi facti eſt. Sed defendendo communem opinio. reſpondet Curtius Iu.in d.l.cognitio.§.fi.in fi.& in l.1.num.37. ff. de iuriſ. omn. iud. differentiæ rationem inter cognitionem, & miſſionem eſſe, quia propterea miſſio in poſſeſſionem eſt delegabilis, quia ſolent in ea ſemper oriri rixæ, & ſcandala,quæ ratio ceſſat in cognitione,& pronuntiatione. Verum licet hæc ratio habeat aliquem
3 colorem, non tamen eſt concludens. Secundò † pro hac parte vrget l. fin. C. vbi & apud quem. vbi reſtitutio in integrum delegatur, & tamen mixti imperij eſt, vt apparet ex d. l. ea quæ. Nec oberit Bartol. reſponſio in d. §. vbi decretum numero 5. quam communem aſſerit Sapia in d. l. 1. num. 51. nempe ſpeciale ibi eſſe fauore reſtitutionis, ne minor læſus teneatur expectare maiores iudices: nam hæc reſponſio confunditur per illum tex. ibi, ſiue eas minores petierint, ſiue maiores: ex quibus verbis conſtat, tex. illum ſibi locum vendicare, non ſolùm in reſtitutione minorum, verum etiam in ea quæ maioribus conceditur, ex titul. Quibus ex cauſis maior. quem text. ita intellexit Fulgo. in d. l.1.nu.11.& eſt commu. opin. teſte Iaſ. in d.§.

vbi

vbi decretum nu.81. Horo.ibi num.7. Vnde cauendum eſt à gl.in l.1.verbo, delegandum, ff.de damno infecto, & in d.l.ea quæ, & à Bart.in d.l. fi. num.3. Tertiò huic opinioni ſuffragatur l.fi.ff.de offi. eius, vbi dicitur, poſſe delegari imperium quod nõ eſt merum, & ſic mixtum.
4 Quartò expendi poteſt l.imperium † in ſecundo reſpõſo.ff.de iuriſdictio. omn. iudi. ubi dicitur, quòd mixtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, & tamen imperium quod iuriſdictioni coheret, mandata iuriſdictione tranſit, l.1.§.fi.ff.de offic.eius. Quintò & vltimò ſuadet ratio, nam I. C. in d.l.1.ff.de offi.eius. docens quæ cauſæ delegari prohibeantur, poſuit exemplum in cauſis meri, non verò in cauſis mixti imperij. Qua retenta opin.reſpondent primò ad d. l.1. negando cauſas mixti
5 imperij ſpecialiter lege tributas eſſe, & iure † magiſtratus competere affirmant. Secundò reſpondent ad l.cognitio, quòd hæc cauſa ſpecialiter committitur Præſi-
6 di, † vt in l.1.§.ſuſpecti. ff.ad Turpil. Ad d.autem l.om-
7 nia quæcunque, & ad §. vbi decretum † reſpondent, communem illam explicationem, per libellum, ideſt, per delegatum, non eſſe verã, & veriorẽ quidẽ eſſe expoſitionem primam gloſſarum ibi, per libellum, ideſt, per ſententiam latam partibus abſentibus, & ad eos velut epiſtolam miſſam. Vnde tradit Stella in d.§.vbi decretum nu.13. quòd ſi quid cauſæ cognitionẽ deſiderat, non debet per libellũ explicari, ſed vocatis uocandis ſtatuet iudex, iuxta l.in cauſæ §.cauſa cognita.ff. de minor. Ego verò aliter exponi poſſe exiſtimo, videlicet per libellum, ideſt, per præceptum à Iudice in ſcriptis parti miſſum, vt aliquid det, vel faciat, cum clauſula, vt ſi ſenſerit ſe grauatum, compareat infra certum terminũ, vt infra triduum, recepturus iuſtitiæ complementum; vel

 ſine

ſine tali clauſula, nam per tale præceptum, quæ cauſæ cognitionem deſiderant, non poſſunt expediri, quia præceptum huiuſmodi, aut eſt nullum, vel ſaltem reſoluitur in vim ſimplicis citationis, ut latè declarat Angel. in §. curare num. 10. inſtitutio. de action. gloſſ. & Docto. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui ope. nuntia. quia non debet iudex inchoare ab executione, ſeu præcepto, l. 1. vbi Bart. C. de executi. rei iudi. Non ob-
8 ſtat l. 2. † C. de peda. iudi. nam tex. ille plures patitur intellectus, vnde non poteſt fieri in eo fundamentum, iuxta doctrinam Bart. in l. in ambiguo ff. de rebus dubi. & quia d. l. 2. eſt clauis huius materiæ cauſarum delegationum, & teſte Bart. ibi, eſt difficilior alia quàm ſit in toto C. operepretiũ erit hac in parte de eius intellectu latè agere. Primus igitur intellectus colligitur ex gl. ibi, in verbo, ex officio, dicente, quòd olim Præſides cauſas, quæ eis iure magiſtratus competebant, delegabant, ibi hodie delegari prohibentur, præterquam in his duobus caſibus, videlicet propter publicas occupationes, & ob multitudinem cauſarum. Sed cauſæ quas Præſides ſolebant, & debebant ex officio ſuo cognoſcere, quia eis ſpecialiter, ſeu nominatim lege, vel S.C. vel conſtitutione Principum tributæ erant, delegari nõ poſſunt: quod verum eſſe intellige, in caſu abſentiæ, per l. 1. ff. de offi. eius. Sed ab hoc intellectu recedunt Docto. & contra illum aliqui conſiderant, non conuenire uerbis illis, in quibus ſolebant ex officio ſuo cognoſcere, cùm etiam cauſæ quæ iure magiſtratus competunt, & non ſunt ſpecialiter lege iudicibus tributæ, eis ex officij natura competant. Sed ſaluari poteſt, tenendo vltimum intellectum (quem infra adducemus) quòd olim Præſides quaſdam cauſas delegabant, alias verò

ſibi

ſibi reſeruare ſolebant, & ex officio ſuo cognoſcebant, quæ delegari prohibentur: & veriſſimile eſt, quòd eas ſibi reſeruabant, quæ ſpecialiter eis tributæ erant. Secundus intellectus eſt Bart. ibi, qui poſt Iacob. de Are. ſummat tex. illum, quod vellit, Præſides debere audire cauſas per ſe, vel delegare, ſibi ſententia reſeruata, ſi propter occupationes publicas, vel cauſarum multitudinem impediantur: cauſas verò meri, & mixti imperij, & cauſas magnas iuriſdictionis per ſeipſos: cauſas autem minimas poſſe indiſtinctè delegare, declarantes quæ ſint cauſæ meri & mixti imperij, & iuriſdictionis in ſpecie, tripliciter iuriſdictionem diuidentes: Scilicet in cauſas magnas, ideſt ingenuitatis, & libertinitatis, & cauſas pecuniarias excedentes trecentos aureos, & in cauſas medias trecentorum aureorum, & infra, authen. de iudicibus §. audient. & in cauſas minimas, de quibus in authen. niſi breuiores C. de ſenten. ex breuit. reſci. & idem voluerunt Cyn. Alberic. Bald. Sali. in d. l. 2. Paulus in l. fin. C. de pede. iudi. licet differant in hoc, quòd iſti vltimi melius aduertunt, medias cauſas eſſe à trecentis aureis & ſupra, minima à trecentis aureis & infra, vt in d. §. audient, cum quo concordat regia l. 1 2. tit. 4. par. 3. & iſtum intellectum communem aſſerit Caſæſa. in d. l. 1. nu. 1 5 3. & 1 5 5. Sed iſte intellectus, licet cõmuniter receptus ſit, alienus eſt à mente Impera. ibi, & nullo modo verbis illius tex. accommodari poteſt. Nam quod in principio loquatur de cauſis medijs trecentorum ſolidorum, ſupra, vel infra, ex verbis non conſtat, nec etiam ex mente, cùm hæc cauſarum pecuniarum diſtinctio, in iure non reperiatur ante d. §. audient in authen. de iudi. & §. et iudicare in authen. de defenſo. ciui. quæ iura longè poſteriora ſunt: nam de iure C. defen-

ſores

ſores ciuitatum nõ poterant cognoſcere de cauſis quin quaginta aureorum ſummam excedentibus, l. 1. C. de defen. ciui. quæ poſterior eſt d. l. 2. vt ex earum auctoribus apparet. Præterea quòd dicunt, iudices in his duobus caſibus impedimento delegare, reſeruata ſibi ſententia, tex. ille hoc non videtur innuere, ſed poſtea fuit hoc ſtatutum per authen. ad hæc C. de iudi. & vnde ſumitur, quæ iura in aſſeſſoribus loquuntur, nec (vt alio loco latius expoſuimus) extendi ad delegatos debent: licet contrarium plures dd. ibi voluerint. Rurſus quod Bart. tradit, cauſas minimas indiſtinctè delegari, hoc non dicit tex. ille, ſed potius generaliter, & indiſtinctè loquendo, voluit ſentire contrarium: pro quo vrget authen. vt defun. ſeu fun. §. illud. Sed per l. fin. C. eod. tit. de peda. iudi. fuit poſtea deciſio d. l. 2. coarctata, quod etiam Bart. ibi ſenſit. Vltimò quod dicunt de cauſis meri & mixti imperij indelegabiles eſſe, verſicul. quod non ita, expreſsè non dicit, nec colligi poteſt, ex natura vocis illorum verborum, quod non ita accipi conuenit, vt in his etiam cauſis, in quibus ſolebant ex officio ſuo cognoſcere, dandi iudices licentia eis permiſſa credatur. Nec ſtare poteſt expoſitio Alexan. in l. 1. ff. de offi. eius. quem ibi refert Rimi. Iun. nu. 272. videlicet ex officio, ideſt, ex officio iudicis nobili: itaq; vult tex. quòd cauſæ quæ officio iudicis nobili expediuntur, (ut ſunt cauſæ meri & mixti imperij) delegari prohibeantur: nam etiam ex natura officij competunt cauſæ ſimplicis iuriſdictionis, & ſub generalitate magiſtratus continentur, vt conſtat ex exemplo cauſæ ingenuitatis, ſuper qua ex officio ſuo poterat antea cognoſcere, vt expreſsè innuit tex. in d. l. 2. C. de peda. iudi. in fine. Ex quibus apparet, hunc Bart. communem intellectum

defendi

defendi in puncto iuris non poſſe: Sed ſaluando eum poterit dici, quòd Bart. & Docto. voluerunt ſummare d. l. 2. ſimul cum d. l. fi. & cum d. §. audient, & ita poterit, licet non in omnibus ſuſtineri: cùm omnia iura quaſi uno ore profuſa, pro vna & eadem diſpoſitione habeantur, l. 1. §. ſed neque, & l. 2. §. tanta. C. de veteri iure enucle. Sed de reſeruatione ſententiæ tex. nihil dicit, & contrarium hodie diſpoſitum reperitur in authen. de collato. §. ad hæc prohibemus, nec de cauſis mixti imperij. Tertium intellectum ad d. l. 2. ſcriptum reliquit Alcia. in lib. 2. paradox. c. 2. aſſerens, quòd olim Præſides quacunque re occupati, ita vt cognoſcere non poſſent, ſolebant cauſas meri imperij delegare: Impera. verò ibi prohibent delegationem fieri, niſi ex his tantùm duabus cauſis, nempè propter occupationes publicas, vel ob multitudinem cauſarum: quod prohibet in verſic. quod non ita in cauſis mixti imperij, in quibus ex nulla cauſa permittit delegationem. Vel ſecundo modo tex. illum intelligit, videlicet quòd iudices ſolebant cauſas meri imperij, propter abſentiam, & grauiores occupationes delegare, & text. ille hoc reſtringit, non habere

18 locum, niſi ex cauſa publica, vel negotiorum multitudine, impedimentum procedat, quòd locum non ſibi vendicat in his cauſis, quæ ex officio, id eſt, ex propria ſolicitudine cognoſcere ſolebat, hoc eſt, in cauſis mixti imperij. Itaq; concludit, tex. illum in princ. loqui in cauſis meri imperij, in verſ. verò quod non ita, de cauſis mixti, quæ nec propter publicas occupationes delegari permittuntur: & differentiæ quidem rationem aſſignat, nam in cauſis meri imperij, debet reus quam primum potuerit abſolui, vel condemnari, l. 1. C. de cuſto. reorum, quod in cauſis mixti imperij nõ conſideratur. Sed

iſte

Digitized by Google

iſte Alci. intellectus proculdubio verus non eſt, & meritò eum reprobat Calæfa. in d. l. 1. nu. 154. Nam cauſæ meri imperij etiam ante illam legem, delegari non poterant, vt conſtat ex d. l. 1. in prin. & in §. fi. ff. de offi. eius. & ex l. nemo poteſt gladij. ff. de regu. iu. & ex l. ſolent ff. de offi. Proconſ. Præterea, quòd cauſæ mixti imperij propter publicas occupationes non poſſint delegari, in puncto iuris dubitatione non caret: Nec verum eſt, cauſas meri imperij magis celeritatem, quàm cauſas mixti imperij deſiderare: nam ut bene aduertit Calæfa. cauſæ criminales habent inſtantiam biennij, l. fi. C. vt infra certum temp. Cauſæ verò mixti imperij indelegabiles, expediuntur vt plurimum per iudicis decretum, idque paucis diebus, Alberi. in d. l. 2. C. de peda. iudi. imo & ciuiles cauſas cito debere expediri, bene apparet ex l. properandum C. de iudi. imo abſurdum eſſet dicere, facilius cauſas meri imperij, quã mixti delegari poſſe, cùm ſint grauiores: nam ſi licet quod eſt plus, licebit vtiq; quod eſt minus, per regulam Cui licet, de regu. iu. lib. 6. Quartum intellectum adducit Calæfa. vbi ſupra nu. 161. dicens tex. illum decidere cauſas pecuniarias ſimplicis iuriſdictionis indelegabiles, quas iudices ſub prætextu impotentiæ, ex qualibet leui cauſa delegabant, prohiberi delegari, niſi propter publicas occupationes, vel ob multitudinem cauſarum: Cauſas verò meri & mixti imperij, non permitti nec prohiberi delegari per ſupradicta, niſi in caſibus olim permiſſis: Cauſas tamen ingenuitatis, & libertinitatis prohiberi delegari. Sed nec iſte intellectus mihi omnino ſatisfacit, nec conuenit verbis text. nam in prin. indiſtinctè vult, omnes cauſas indelegabiles eſſe, niſi in illis duobus caſibus: in verſ. quod non ita, vult non poſſe delegari cauſas, quas ex

officio

officio cognoſcere Præſides ſolebant:nec conſtat quòd
loquatur de cauſis meri & mixti imperij, cùm clarè
tex. ille hoc non dicat. Quintum intellectum tradit Ri
mi. Iun. in d. l. 1. num. 278. dicens, quòd in princip. lo-
quitur in cauſis remiſſis ad Præſidem à Principe per re
ſcriptũ; de quibus loquitur l. ſæpe, & l. gñaliter ff. de off.
Præſi. At in verſi. quod nõ ita, loquitur de cauſis meri
& mixti imperij, quæ non competũt iudici ex cõmiſsio-
ne Principis, ſed ex officio: Et verſic. quòd vſque adeo
in Præſidum cognitione retinendum eſt, vt eorum iudi
cia non videantur diminuta: interpretatur, quòd vel-
lit dicere, cauſas iuriſdictionis poſſe delegari. Sed iſte in
tellectus diuinatorius eſt, & à mẽte & verbis illius text.
omnino alienus: nam ex princip. nullatenus colligi po-
teſt, quòd loquatur de cauſis à Principe remiſſis, nec ve
riſſimile eſt, quòd tantùm de illis tex. ille agat: & quod
in fine dicit de ſimplici iuriſdictione, non poteſt acco-
modari verbis illius text. Sextum intellectum ego vl-
9 tra Docto. † attentabam, ſcilicet quòd olim Præſides
prouinciarum, propter varias eorum occupationes, ne
gotia pedaneis iudicibus delegabant: Sed quia longè
melius, & perfectius coram ardinarijs iudicibus, quàm
coram delegatis, cauſæ expediuntur, iuxta tex. in authẽ.
vt defun. ſeu fun. §. illud, ideo l. illa conſtitutum, &
prohibitum eſt, ne cauſæ per Præſides delegentur: per-
mittitur tamen ob publicas occupationes, vel ob cau-
ſarum multitudinem eas delegare, exceptis quas antea
cognoſcere ſolebant ex officio ſuo, hoc eſt, ſine parte
ſed per inquiſitionem, de quibus agitur in l. 3. & in l. cõ
gruit ff. de offi. Præſi. & in c. qualiter & quando 2. extra
de accuſ. glo. in l. 2. §. publico ff. ad l. Iuli. de adulte. nam
merum officium iudicis dicitur, quod à parte non eſt im

Digitized by Google

ploratum, vt tradit Caccialup. in repe. l. Imperium nu. 21. ff. de iuriſdictio. omn. iudi. Et ratio quare prohibentur delegari, etiam exiſtentibus his impedimentis, poteſt eſſe, quia cauſæ inquiſitionis ſunt maximi momenti, & in his videtur electa induſtria perſonæ, gloſ. in Clemen. 1. de offi. delega. in verbo, ſi per inquiſitionem, Couarru. in lib. 3. reſolutio. cap. 20. nu. 6. [illegible] Iun. in d. l. 1. nu. 105. ff. de offic. eius. Reſtricta tamen poſtea fuit deciſio d. l. 2. per d. l. fi. C. eod. tt. ne in vilibus cauſis Præſes expectari debeat. Septimus & prouabilior intellectus ſit, quod illa l. 2. prohibet, ne Præſides delegēt cauſas quas propter impedimenta ſolebant ad pedaneos iudices remittere, niſi ob publicas occupationes, vel multitudinē cauſarum: delegationē verò cauſarum, quas antea iudices ſibi reſeruabant, de quibus ipſi cognoſcebant, omnino vetat, nec ex prædictis impedimentis delegari alijs permittit. Pro cuius clariori intelligentia eſt ſciendum, olim quidem Præſidem prouinciæ maius imperium in ea prouincia habuiſſe omnibus, poſt principē, l. 4. ff. de off. Præſi. & ad eius officium omnes cauſæ & negotia prouinciæ pertinebant, l. de omnibus, & l. omnia ff. eod. Sed quia Præſides omnes cauſas examinare non poterant, conſtituebant pedaneos iudices, & eis quaſdā cauſas committebant, alias verò ſibi reſeruabant, & ex officio ſuo cognoſcebant, vt apparet ex l. 4. §. duas ff. de damno infecto. Imperat. autem per illam l. 2. conſtituerunt, quod Præſides examinent per ſe cauſas, quas antea ad pedaneos iudices remittebant, quia eas de facto non poterant examinare, propter impedimenta, nec forte de iure, quod videtur ſignificare illā l. 2. in fine ibi, ſuper qua poterant etiam ante cognoſcere: vnde ſignificare videtur, quod ſuper aliquibus non poterat antea

cognoſcere,

cognoſcere, vt hodie fit in cauſis à trecentis aureis & infra, vt in authẽ. de Defenſo. ciui. §. & iudicare: vnde non eſt inepta hæc interpratatio, vt aliqui putant, nam iuſtum erat quòd Præſes minimis negotijs non occuparetur. Vel ſaltem dubitabatur ex eo, quia de conſuetudine de his non cognoſcebant, ſed ad delegatos eas remittebant; ſed conceditur eis poteſtas delegandi, ſi occupationibus publicis, vel negotiorum multitudine impediti, non potuerint eas examinare. Nec per hoc Præſidum iudicandi poteſtas diminuta cenſetur, cùm antea de his non cognoſcebant: Negatur tamen poteſtas delegandi eas cauſas, quas retinere, & ex officio ſuo cognoſcere ſolebant. Et ſimiliter cauſas ingenuitatis, ſuper quibus poterant etiam antea cognoſcere. Et iſtum 11
intellectum quoad quædam voluit tenere Sapia in d. l. Imperium num. ſi. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. licet non bene reſtringit verſi. quod non ita, dicens velle Præſidem non debere propter cauſas ſolitas remitti, delegare cauſas inſolitas, quas ipſe ſolebat cognoſcere: nam verſi. ille ſi rectè conſideretur, vult quòd Præſes cauſas quas antea examinabat delegare non poſſit, non ſolùm propter impedimentum aliarum cauſarum, quas antea remittebat, ſed nec propter impedimẽtum earum quas ſibi retinebat nec publicarum occupationum: Et verſi. ille aduerſatur principio l. in eo quòd poteſtas delegãdi in prin. ex illis impedimentis conceſſa eſt, vnde cauendum eſt ab eo. Sed eſt aduertendum, quòd attento hoc intellectu, deciſio illius l. 2. hodie incerta eſt; nam licet tempore quo condita fuit certum eſſet de quibus cauſis Præſides cognoſcere ſolebant, hodie verò nobis ignotum eſt.
10 † Sed componi poteſt intellectus hic, cum intellectu glo. & cum communi, & cum intellectu Calæ-

ſa.intelligendo quòd eſt veriſimile, quòd Præſides olim ſibi reſeruabant, nec delegabant cauſas quæ eis ſpecialiter tributæ, & delegari prohibitæ erant, de quibus agitur in d.l.1.ff.de offi.eius. & de his ipſi antea cognoſcebant: Et cauſæ quæ ſpecialiter Iudicibus committebantur, ſunt cauſæ meri & mixti imperij, ſecundum communem interpretationem Docto. in d.l.1. quod in cauſis meri imperij proculdubio verum, & receptiſſimum eſt. Sed an cauſæ mixti imperij ſpecialiter olim iudicibus erant tributæ, & an Præſides ſibi reſeruabant (quãuis communiter receptum ſit) non tamen eſt omnino in puncto iuris expeditum, nec deficiunt Doctor. qui velint contrarium, vt ex traditis in prin. huius cap. ap-
81 paret: & differentiam † eſſe inter cauſas meri & mixti imperij, rectè colligitur ex adnotatis per Scribe. in d. l. 1. licet Docto.non aduertant: nam ſecundum glo. Bar. & communiter Docto.ibi, cauſæ meri imperij, ex cauſa tantùm abſentiæ, & quoad cauſæ cognitionem, & non quoad diffinitionem delegãtur, vt in ſuperioribus cap. diſcuſſum eſt, qui non loquuntur de cauſis mixti imperij: vnde tacitè ſentiunt, eas in totum propter abſentiam, etiam quoad diffinitionem delegari. Pro quo vrget authen. de collato. §. ad hæc. Præterea ll. agentes de reſeruatione diffinitionis, loquuntur in cauſis meri imperij, & non mixti. De iure tamen regio cauſæ mixti imperij, longè differunt à cauſis meri imperij, nam connumerantur inter cauſas medias, & delegari permittuntur in totum, non ſolùm ex cauſa abſentiæ, ſed etiam propter publicas occupationes, & ob multitudinẽ cauſarum, vt conſtat ex regia l.18.tit.4. part. 3. quod fortè in puncto iuris idem eſt de iure communi, & intelligi põt, quòd de illis loquatur d.l.1.in prin. Ad principalẽ igitur

Digitized by Google

igitur arti. redeundo, an cauſæ mixti imperij ſint delegabiles, ita conclude. Aut loquimur in cauſis mixti imperij duorum infimorum graduum, & delegari poſſunt, vt quæ officio iudicis nobili expediuntur, & ſummaria aut nullam requirunt cognitionem, l. 2. & l. cognitio. §. vt bonorum ff. de off. eius. Bart. in d. l. Imperium nu. 21. Aut in cauſis aliorum quatuor graduum maiorum, & delegari niſi ex cauſa abſentiæ prohibentur, ſecundum Bart. & commu. Docto. vbi ſupra: ſed de iure regio, non ſolùm ex cauſa abſentiæ neceſſariæ, ſed etiam propter publicas occupationes, & multitudinem cauſarum, per d. l. 18. quod fortè in puncto iuris idem eſt de iure communi, per d. l. 2. in princ. C. de peda. iud. & quòd verſic. quod non ita, loquatur de cauſis meri imperij tantùm, vel de his in quibus per inquiſitionem proceditur, poterit ſuſtineri.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris datio eſt mixti imperij.*

2 *Datio tutoris, an de iure antiquo competebat iure magiſtratui, quòd non.*

3 *Magiſtratus municipales olim proprio iure, & non ex delegatione tutores dabant, contra communem.*

4 *Tutoris dationem, nec hodie iure magiſtratus competere, contra communem.*

5 *Magiſtratus municipales, quòd hodie non dant tutorem ſine Præſidis iuſſu.*

6 *Intellectus ad § ſed hoc iure verſi. nos autem inſti. de Attili. tu. & quid de nouo afferat.*

7 *Tutoris dationem indelegabilem indiſtinctè eſſe, contra communem.*

8 *Legato Proconſulis eſt ſpecialiter conceſſum à lege, quòd poſſit tutorem dare.*

9 Vicem

ſa.intelligendo quòd eſt veriſimile, quòd Præſides olim ſibi reſeruabant, nec delegabant cauſas quæ eis ſpecialiter tributæ, & delegari prohibitæ erant, de quibus agitur in d.l.1.ff.de offi.eius. & de his ipſi antea cognoſcebant: Et cauſæ quæ ſpecialiter Iudicibus committebantur, ſunt cauſæ meri & mixti imperij, ſecundum communem interpretationem Docto. in d.l.1: quod in cauſis meri imperij proculdubio verum, & receptiſſimum eſt. Sed an cauſæ mixti imperij ſpecialiter olim iudicibus erant tributæ, & an Præſides ſibi reſeruabant (quãuis communiter receptum ſit) non tamen eſt omnino in puncto iuris expeditum, nec deficiunt Doctor. qui velint contrarium, vt ex traditis in prin. huius cap. ap-
81 paret: & differentiam † eſſe inter cauſas meri & mixti imperij, rectè colligitur ex adnotatis per Scribe. in d. l. 1.licet Docto.non aduertant: nam ſecundum glo. Bar. & communiter Docto.ibi, cauſæ meri imperij, ex cauſa tantùm abſentiæ, & quoad cauſæ cognitionem, & non quoad diffinitionem delegãtur, vt in ſuperioribus cap. diſcuſſum eſt, qui non loquuntur de cauſis mixti imperij: vnde tacitè ſentiunt, eas in totum propter abſentiam, etiam quoad diffinitionem delegari. Pro quo vrget authen. de collato. §. ad hæc. Præterea ll. agentes de reſeruatione diffinitionis, loquuntur in cauſis meri imperij, & non mixti. De iure tamen regio cauſæ mixti imperij, longè differunt à cauſis meri imperij, nam connumerantur inter cauſas medias, & delegari permittuntur in totum, non ſolùm ex cauſa abſentiæ, ſed etiam propter publicas occupationes, & ob multitudinẽ cauſarum, vt conſtat ex regia l. 18.tit. 4. part. 3. quod fortè in puncto iuris idem eſt de iure communi, & intelligi pôt, quòd de illis loquatur d.l.2.in prin. Ad principalẽ igitur

Digitized by Google

igitur arti. redeundo, an cauſæ mixti imperij ſint delegabiles, ita conclude. Aut loquimur in cauſis mixti imperij duorum infimorum graduum, & delegari poſſunt, vt quæ officio iudicis nobili expediuntur, & ſummaria aut nullam requirunt cognitionem, l. 2. & l. cognitio. §. vt bonorum ff. de off. eius. Bart. in d. l. Imperium nu. 21. Aut in cauſis aliorum quatuor graduum maiorum, & delegari niſi ex cauſa abſentiæ prohibentur, ſecundum Bart. & commu. Docto. vbi ſupra: ſed de iure regio, non ſolùm ex cauſa abſentiæ neceſſariæ, ſed etiam propter publicas occupationes, & multitudinem cauſarum, per d. l. 18. quod fortè in puncto iuris idem eſt de iure communi, per d. l. 2. in princ. C. de peda. iud. & quòd verſic. quod non ita, loquatur de cauſis meri imperij tantùm, vel de his in quibus per inquiſitionem proceditur, poterit ſuſtineri.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris datio eſt mixti imperij.*

2 *Datio tutoris, an de iure antiquo competebat iure magiſtratus, & quòd non.*

3 *Magiſtratus municipales olim proprio iure, & non ex delegatione tutores dabant, contra communem.*

4 *Tutoris dationem, nec hodie iure magiſtratus competere, contra communem.*

5 *Magiſtratus municipales, quòd hodie non dant tutorem ſine Præſidis iuſſu.*

6 *Intellectus ad § ſed hoc iure verſi. nos autem inſti. de Attili. tu. & quid de nouo afferat.*

7 *Tutoris dationem indelegabilem indiſtinctè eſſe, contra communem.*

8 *Legato Proconſulis eſt ſpecialiter conceſſum à lege, quòd poſſit tutorem dare.*

9 *Vicar*

9 *Vicemgerenti à ſuperiore in loco mortui, vel abſentis ſubſtituto, conceſſum eſt nominatim, quòd tutorem dare poſsit.*

10 *Diuerſam rationem eſſe in datione tutoris, & in remotione.*

11 *Cauſas indelegabiles non poſſe delegari habenti iuriſdictionem, cum communi: nec etiam dationem tutoris, contra communem.*

12 *Tutoris dationem ex cauſa abſentiæ, vel infirmitatis poſſe delegari, & an propter publicas occupationes.*

13 *Datio tutoris de iure regio eſt mixti imperij, & non competit iure magiſtratus, nec delegari permittitur.*

De datione tutoris. Cap. XXIIII.

IVris ciuilis interpretes in l. 1. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. ſuper glo. in verbo, mandari, latè de tutoris datione agunt. In qua quidem oriũtur quinque dubia, quæ per ordinem ſunt diſcutienda. Primum, vtrum datio tutoris ſit mixti imperij. Secundum, an olim competebat iure magiſtratus. Tertium, an hodie competat. Quartum, an ſit delegabilis. Quintum, quid de iure regio circa eam conſtitutum ſit. In primo igitur dubio pars affirmatiua communis & tenenda
1 eſt, † quòd ſit mixti imperij tutoris datio. Quam ſententiam tenet Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. vbi communiter Scriben. eum ſequuntur, teſte Calæfa. in d. l. 1. nu. 176. ff. de offic. eius cui manda. Quæ opinio conſtare videtur ex ratione: nam expeditur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem, vnde eſt mixti imperij, per ea quæ tradit Bart. & commu. Docto. in d. l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudi. Præterea retenta communi opin. de qua ibi, quòd omnes cauſæ aut ſunt meri imperij, aut mixti, vel ſimplicis iuriſdictionis, probatur à

ſufficienti partium enumeratione: quoniam datio tutoris non eſt meri imperij, quia non expeditur principaliter ad publicam vtilitatem: non eſt ſimplicis iuriſdictionis, quia non expeditur officio iudicis mercenario deſeruienti actioni, l. muto. §. tutoris datio. ff. de tute. & eſt actus iuriſdictionalis: Vnde neceſſario dicendũ eſt, quòd eſt mixti imperij, & ab hac opi. non eſt recedendum, quæ approbari de iure regio videtur, vt in fine dicetur, licet non deſunt qui contrariam defendunt: cuius diſputationem, quia parum vtilis erit, omitto. Cir-
2 ca ſecundum dubium, an de iure antiquo † datio tutoris competebat iure magiſtratus, partem negatiuam tenet Bart. in d. l. 1. ff. de offi. eius. vbi Docto. communiter eũ ſequuntur, teſte Fulg. ibi nu. 18. Alex. nu. 34. Rimi. num. 13. Maſ. num. 66. Deci. nu. 44. Curti. nu. 55. Oria. nu. 93. Nig. nu. 106. Sapia nu. 46. Goza. nu. 65. Calaſa. num. 177. idem Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de offi. eius. vbi communiter Scriben. poſt glo. ibi verbo, tutores. Vallaſ. in repe. l. Imperium nu. 237. ff. de iuriſdi. omn. iudi. pro qua opinione adduci ſolet tex. in §. ſed hoc iure inſtitu. de Atti. tuto. vbi ſi pupilli facultates erant magnæ, maioribus tantùm magiſtratibus poteſtas dandi tutores conceſſa erat. ſi verò erant paruæ, & minoribus magiſtratibus cõcedebatur, ſed iuſſu Præſidis, tutores dabant. Ex quo cõſtat, quòd minores magiſtratus non ſimpliciter iure ſuo, ſed Præſidis præcepto tutores dabant, vnde ad Præſidem expectabat. Secundò vrget l. muto §. tutoris datio. ff. de tute. vbi dicit text. quòd tutoris datio nec eſt imperij, nec iuriſdictionis, ergo eſt mixti, & ita non cõpetit iure magiſtratus, per ea quæ communiter notat glo. & Docto. per text. ibi in l. 1. ff. de offic. eius. vel aliter conſideratur ille text. nempe quòd vellit, tutoris

dationem

dationem non eſſe imperij, nec iuriſdictionis, ſed ei tantùm competere, cui nominatim dedit lex, aut S. C. aut Princeps. Itaque ex illo text. apparet, non competere alicui dationem tutoris, ex eo quòd habet imperium, aut iuriſdictionē, ſed oportere ſibi eſſe cōceſſum, vt dare tutorem poſſit. vel tu aliter, & melius conſidera illum tex. in quantum dicit, quòd ei ſoli competit, cui nominatim dedit lex, nam ea quæ nominatim, ſeu specialiter lege tribuuntur, differūnt ab his quæ iure magiſtratus competunt, iuxta d.l.1.ff.de offi.eius. Tertiò facit, nam datio tutoris eſt indelegabilis, l. nec mandante, ff. de tuto.& cura.da.ab his. vt infra latius explicauimus: ergo iure magiſtratus non competit. Quartò probatur per l. Lucius 47.§.cùm in teſtamento ff. de adminiſtra. tuto. vbi ſi in teſtamento duo ſunt tutores dati, & vnus vita functus eſt, in locum eius, matre petente, ex præcepto Præſidis prouinciæ à magiſtratibus tutor datur. Vltimò huic opi.ſuffragatur ratio: nam datio tutoris eſt ardua cauſa, cùm tutela ſit ius ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem ſe defendere nequit, tex.in princ.inſti.de tute. Nec ſecundum eos obſtant iura probantia, minores magiſtratus tutores dare, nam indelegabilis eſt regulariter, ſed habenti iuriſdictionem delegari à Præſide poterat, vt ibi: itaq; ex delegata iuriſdictione, non iure proprio tutores dabant. Veterum Fulgo. vbi ſupra receſſit ab hac opin. quem ibi ſequitur Alexan.nu.34.et Soci.in l. 1.nu.18.ff.de iuriſdictio.omni.iudi.qui poſt gloſ.in d.l.1.verbo, mandari, ff.de offi.eius. volunt, tutoris dationem olim iure magiſtratus competiſſe. Quæ opin.conſtare primò videtur ex l.ius dandi. ff. de tuto. & cura.da.ab his. vbi ius dandi tutoris (inquit lex) datum magiſtratibus municipalibus fuiſſe,

fuiſſe,nec de iuſſu Præſidis mentionem facit. Secundò vrget, nam magiſtratus municipales dant tutores, vt conſtat ex l. 1. C. vbi petant tuto. l. nec Præſide. C. qui petant tuto. l. vbi abſunt. ff. de tuto. & cura. datis ab his. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertu. Tertiò vrget, nam aliquid cõpetere, dicitur vel ex ordinaria ptãte, vel ex delegata, l. more, & l. & quia ff. de iuriſdictio. omni. iudi. ex delegata non competit, vt ſupra dictum eſt, ergo ex ordinaria. Non obſtat quòd iuſſu ſuperioris dabant tutores; nam iuſſus ſuperioris non alterat, ſed excitat iuriſdictionem, vt tradit Iaſ. in l. ius autem ciuile, colum. 1. ff. de iuſti. & iure. Sed in hac difficultate videtur mihi nullam iſtarum opin. partem, debere omnino reijci, vel admitti, ſed componi poſſe hoc modo exiſtimo. Quod veritas ſit dationem tutoris nõ competere iure magiſtratus, quia non omnibus magiſtratibus tributa videtur, ex generali conceſſione iuriſdictionis, ſed ex ſpeciali conceſſione, vt probatur in d. §. tutoris datio, iuncta d. l. 1. ff. de offi. eius. vnde defenſoribus ciuitatum, & alijs magiſtratibus, quibus olim nominatim, ſeu ſpecialiter nõ erat data, non competebat: & in hoc vera eſt communis opinio, & falſa Fulgo. & ſequatium. Sed † magiſtratus minores, quibus tributa erat tutoris datio nominatim lege, iure proprio eam habebant, quia ſibi nominatim à lege concedebatur, & non ex delegatione, & nomine, aut beneficio alieno, tutores dabant, & in hoc vera eſt Fulgoſij ſententia, & communis non tenenda. Nec obſtat, quòd iuſſu Præſides minores magiſtratus tutores dabant, nam proculdubio iuſſus, & delegato diuerſa ſunt (vt probatur in §. & hoc iubemus, in authẽ. vt nulli iudi.) maximè quando illud à ſuperiore præcipitur, quòd à lege facere inferiori conceſſum eſt, vt in

noſtra ſpecie. Licet etenim in aditione hæreditatis fi-
liofam. delatæ, iuſſus patris requiratur, iuxta text. in l. ſi
quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquir. hæred. ius tamen
adeundi in perſona filij reſidet, vt Rimi. vbi ſupra adno
tauit. Pro quo vrget, nam ſi Præſes poterat delegare
dationem tutoris habenti iuriſdictionem, poterat & nõ
habenti: & ſi ei liceret quando facultates erant paruæ,
liceret & quando erant ampliſſimæ, & iſtã opin. videtur
velle tenere Rimi. Seni. Iaſ. & Deci. vbi ſupra. Circa
tertium dubium, an hodie tutoris datio competat iure
4 † magiſtratus, eſt maxima difficultas: Receptum com-
muniter eſt hodie, ſi pupilli ſubſtantia ſit infra quingen-
tos ſolidos, iure magiſtratus competere, delegariq; etiã
priuato poſſe: quam tenet glo. in d. l. 1. verbo mandari,
vbi prædicti Moder. communem teſtantur & eam vi-
detur tenere Fulgo. qui vult, quòd olim & hodie iure
magiſtratus competat, per tex. in d. §. ſed hoc iure verſ.
nos autem inſtitu. de Attili. tuto. cuius verba ſunt, Nos
autem per conſtitutionem noſtram huius modi difficul-
tates hominum reſecantes, nec expectata iuſſione Præ-
ſidum diſpoſuimus, ſi facultates pupilli, vel adulti vſq;
ad quingentos ſolidos valeant, defenſores ciuitatum
vna cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo antiſtite, vel
alias publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, vel iuridicum
Alexandrinæ ciuitatis tutores vel curatores creare etc.
Vult tamen Alex. vbi ſupra, quòd delegatus expecta-
bit iuſſum Antiſtitis. Sed idem Fulgo. in l. 1. nu. 14. ff.
de iuriſdi. omni. iudi. in contraria videtur eſſe ſenten-
tia, videlicet quòd licet olim iure magiſtratus compe-
tebat, hodie verò non competit; & Rimi. Iaſ. Deci. ſunt
in hac opini. quòd hodie non competant, quamuis ipſi
tenent, quòd nec olim, vt ſupra dictum eſt, quoniam

d.§.nos autem; non permittit defenſoribus ciuitatum, vel alijs publicis perſonis ſimpliciter tutorem dare, ſed
5 cum Antiſtite. Calæfa. verò nu. 187. vbi ſupra pro † defenſione communis adducit, quòd quamuis defenſor ciuitatis non poſſit ſine Epiſcopo tutorem dare, magiſtratus verò municipales extra ciuitatem, ſolus tutorem dabit, quod ſenſit glo. in d. verſi. nos autem, verbo alias, & ibi Bald. probat ratione hac: nam Iuſti. intendit difficultates iuris antiqui reſecare (vt in tex. dicitur) ſed ſi magiſtratus qui eſt in municipio teneretur adire Antiſtitē, qui eſt in ciuitate, iam maior eſſet difficultas, quā Præſidis iuſſum expectare. Pro quo vrget tex. ille qui magiſtratus municipales iuridico Alexā. ciuitatis æquiparat, qui ſolus tutorem dare poterat, iuxta l. 2. ff. de off. iuridi. Alexan. Rurſus in defenſore ciuitatis requirebatur Epiſcopi auctoritas, quia erat ad manus; quæ ratio in magiſtratibus municipalibus ceſſat. Sed prædictis non obſtantibus, magis in hac difficultate placet Rimi. Iaſo. & Deci. ſententia, quòd nec olim nec hodie iure magiſtratus tutoris datio competat. Sed quòd ei ſoli competat cui nominatim, vel lex, vel S. C. vel Princeps dedit, per d. §. tutoris datio, non tamen magiſtratūi competit, ex eo quòd eſt electus iudex ex generali conceſſione, ſicut aliæ cauſæ quæ iure magiſtratus competunt, quæ ab his quæ ſpecialiter tribuuntur, differunt, vt con
6 ſtat ex d. l. 1. ff. de offi. eius, nec de nouo, † per d. verſic. nos autem, oībus .n. magiſtratibus tutoris datio conceſſa eſt: nam aliàs non erat neceſſe aliquos connumerare, ſed vniuerſaliter omnibus competere, conſtituere: Nec illis quibus nominatim data eſt, ſimpliciter conceditur. Fateor tamen, deciſionem illius verſi. nos autem, dubiā eſſe, cùm ſe remittat ad conſtitutionem quam non ha-

bemus,nec clarè referat, quid in ea continebatur. Sed ſequendo in eius interpretatione, quod magis veriſimile eſt,& conſiderando, quòd verſi. ille eſt correctorius iuris communis,& ideo eius deceſſio debet reſtringi, & interpraetari, quominus ius cõe lædat, dicendum mihi videtur, Imperatorem voluiſſe,quando facultates pupilli eſſent paruæ, tolere difficultates dandi tutores, quia fortè aliquando eueniebat, quòd præſes erat in parte remota ſuæ prouinciæ, voluit addere iuri antiquo,quod poſſent defenſores ciuitatum, vnà cum Antiſtite tutores dare. Item ius antiquum declarauit,quòd facultates pupilli non magnæ dicantur, qñ non aſcendunt ad quingentos ſolidos:quando verò facultates pupilli erant magnæ, vel in alijs magiſtratibus, ſatis puto ius antiquum non eſſe mutatum:ſed ea forma qua olim tutores dabant, debere hodie tutores dare. Vnde magiſtratus municipales, iuſſu Præſidis, (ſicut olim) tutores dabunt: nam non eſt veriſſimile, quòd defenſoribus ciuitatum, voluerit ad iunctum dare, magiſtratibus verò municipalibus non.Et quòd tex.ille dicit,non expectata iuſſione Præſidum, referri debet ad id quod dicit de defenſoribus ciuitatum,non verò ad verſicul.vel alias. Circa quartum dubium, pro parte affirmatiua,

7 † quod datio tutoris delegari poſſit,vrget l. pen.ff.de offic. proconſu.vbi dicitur,quòd tutoris datio tranſit in legatum Proconſulis, in quem cauſæ indelegabiles non ſolent tranſire,vt conſtat ex l.1.§.qui mandatam. ff. de offi.eius. Secundò facit, nam remotio ſuſpecti tutoris poteſt delegari, l.1.§.damus ff.de ſuſpectis tuto.l.cognitio in prin.ff.de offi. eius: ergo eodem modo poterit & datio tutoris, per regulam l.3. ff.de re iudi. & facit l. nihil tam naturale.ff.de reg.iu. Tertiò vrget tex.in d.§.

ſed

ſed hoc iure inſtitu.de Attili.tu.& l.Lucius 47. §.cùm in teſtamento.ff.de admi.tuto.vbi iuſſu, ideſt, delegatione Præſidis, magiſtratus munici pales tutores dant. Quatò his accedit, quòd datio tutoris, ſecundum aliquorum ſententiam, iure magiſtratus competit, vnde ſuccedit regula l. 1. ff. de offic. eius. quòd ea quæ iure magiſtratus competunt, delegari poſſunt. Verum pro contraria parte ſunt fortiora fundamenta. Et primò induci ſolet l.Prætor, & l.nec mandante ff.de tuto.& cura. datis ab his. Secundò nam datio tutoris ſpecialiter, & nominatim iudicibus à lege datur, vt in d. §. tutoris datio. l. muto. ff.de tute. & ideo eſt indelegabilis, iuxta tex. in d. l.1.ff.de offic.eius. Tertiò quia ſecundum veriorem & frequentiorem ſententiam, non competit iure magiſtratus, vt ſupra concluſum eſt. Quartò, quia eſt cau-
8 ſa grauis. Quintò his † ſuffragatur l. 1. ff.de tuto.& curato.datis ab his. per argu.ab ſpeciali, vbi dicitur, quòd Diui Martij conſtitutione conceſſum fuit legato Proconſulis, vt tutorem dare poſſit, vnde ſi eſſet regulare in omnibus delegatis, non erat neceſſaria illa conceſ-
9 ſio: & ita intelligitur d. l. penul. Sextò † vrget d.l.1.ff. de tuto.& cura.datis ab his.& l.2. C.de offi. eius qui vicem alteri.gerit, vbi eſt ſpeciale in vicemgerente, in loco mortui, vel abſentis à ſuperiore ſubſtituto, quòd tutorem dare poſſit. Vltimò ad hæc accedit, quòd datio tutoris, ſecundum communem opin. eſt mixti imperij, vnde ſuccedit regu.quam Doct.notant in l.1.ff.de offi. eius. per tex. ibi. Et in hoc arti. Doct. ita communiter concludunt. Aut loquimur quando facultates pupilli ſunt magnæ, & tunc indelegabilis eſt tutoris datio indiſtinctè, aut quando facultates ſunt paruæ, & tunc aut loquimur de iure antiquo, & regulariter erant indelegabiles,

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſtatus, & liberalis eſt ardua, & præiudicialis cenſetur.*

2 *Cauſa liberalis non poteſt compromitti, nec de ea alij quam maiores iudices cognoſcunt.*

3 *Seruitutis, & libertatis cauſa, an iure magiſtratui competat, & an delegari poſſit.*

4 *Libertas reſpectu domini eſt æſtimabilis.*

5 *Ius patronatus Eccleſiaſticum, ille cui relinquitur non poteſt grauari onere pecuniario.*

6 *Differentia an ſit, vtrum dominus agat contra ſeruum, vel econtra: & nu. 7. & 23.*

7 *Cauſæ omnes ſtatus, etiam ſeruitutis, & libertatis, ſunt indelegabiles, & minoribus iudicibus negantur.*

8 *Seruitutis, & libertatis cauſa eſt maioris præiudicij quam cauſa ingenuitatis, & libertinitatis.*

9 *Cauſa ſeruitutis, & libertatis fauorabilior eſt, cauſa ingenuitatis, & libertinitatis.*

10 *Intellectus plures ad l. iam dudum. C. vbi cauſa ſta.*

11 *Rationalis, ſeu Procurator fiſci eſt de maioribus magiſtratibus.*

12 *Differentiam eſſe inter liberum ingenuum, & liberum libertinum.*

13 *Cauſa omnis famoſa, vbi agitur de infamia hominis, dicitur ardua.*

14 *Intellectus plures ad l. 2. C. de liber. & eo. libe.*

15 *Cauſa reuocationis in ſeruitutem, an ſit delegabilis, quod non contra Doct.*

16 *Cauſam reuocationis in ſeruitutem non expediri iure actionis, ſed officio iudicis nobili reuocationem fieri.*

17 *Reuocationis in ſeruitutem cauſam, eſſe meri imperij, & indelegabilem: & nu. 24.*

18 *Cauſam liberationis à ſeruitute eſſe meri imperij.*

19 *Nouus auctoris intellectus ad l. 2. C. de liber. & eorum libe.*

20 *Magiſtratus minores aliquando recipiunt accuſationem, &*

delicti

delicti informationem cauſa, quam examinare non poſſunt.

21 *Debitor fugitiuus à quocunque iudice, etiam delegato, capi poteſt: nec poteſt allegare iudicis incompetentiam.*

22 *Leges non ſeruantur in caſu neceſſitatis, vel quando eſt periculum in mora.*

23 *Intellectus ad l. 2. in fine. C. de peda. iudi.*

25 *Cauſa ſtatus coram quo iudice debeat agitari, & an aliquando minoribus magiſtratibus competat.*

26 *Cauſa ſtatus quòd nunquam eſt delegabilis.*

27 *Status cauſa poteſt ex cauſa abſentiæ, etiam quoad cauſæ diffinitionem delegari.*

Cauſa ſtatus coram quo iudice agitari debeat, & an cauſa ſeruitutis, & libertatis ſit delegabilis. Cap. XXV.

CAuſa ſtatus, & liberalis eſt ardua, & grauiſsima, & propterea præiudicialis cenſe-
1 tur; † §. præiudiciales inſtit. de action. & ob eius grauitatem & fauorem in iure
2 conſtitutum eſt; † vt de ea non poſſit cõpromitti, nec cognoſcere alij, quàm maiores iudices valeant, l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de receptis arbi. & cùm maioribus iudicibus ſit tributa, & minoribus negata, conſtat indelegabilem eſſe, per tex. & quod ibi communiter notant Scriben. in l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio. quod in ſpecie optimè probatur, per l. 2. in fine. C. de peda. iudici. per quem tex. Doctores omnes fatentur, verum eſſe in cauſa ingenuitatis, & libertinitatis, de quibus expreſsè illa l. loquitur. Sed an
3 in cauſa † ſeruitutis, & libertatis idem ſit, quæſtionis eſt: Et quòd cauſa ſeruitutis, & libertatis ſit delegabilis, tenet Bart. in l. nec quiquam. §. vbi decretum nu. 8. ff. de

KKK

biles, per d. l. Prætor & d. l. nec mandante ſed hoc fallit quando delegatur habenti iuriſdictionem, & ita intelligunt d. §. ſed hoc iure, & d. §. cùm in teſtamento, & alia iura quæ volunt, magiſtratus municipales tutores dare poſſe, nam intelligunt præcedente iuſſu, hoc eſt, delegatione Præſidis: Aut loquimur de iure nouo, & indiſtinctè volunt quando facultates ſunt infra quingẽtos ſolidos, poſſe etiam priuato delegari, per text. in d. §. ſed hoc iure verſi. nos autem, vbi ſecundum communem interpretationem probatur, quòd hodie competat iure magiſtratus, & ideo poteſt delegari, per l. 1. ff. de off. eius. Mihi verò magis placet opi. Rimi. Iaſ. & Deci. qui vbi ſupra volunt, dationem tutoris iure magiſtratus nõ competere, & indiſtinctè indelegabilem eſſe, ſiue pupilli facultates ſint magnæ, ſiue paruæ, ſiue delegetur habenti iuriſdictionem, ſiue non habenti, tam de iure nouo quam antiquo, quia ſpecialiter, & nominatim committitur iudicibus. Nec obſtat, quòd magiſtratus municipales iuſſu Præſidis dant tutores, nam iuſſus differt à delegatione, vt ſupra probauimus. Nec obſtat regula

10 l. 3. ff. de re iudi. † quia habet plures fallen. maximè quòd diuerſa ratio militat in remotione, quàm in datione tutoris, cùm maius periculum immineat in ſuſpecti tutoris remotionis delatione, quam in dilatione dandi tutorem. non obſtat. l. penul. quia eſt ſpeciale in legato Proconſulis, quia nominatim ei conceſſum eſt, vt probatur in d. l. 1. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Non obſtat dicere, quòd iure magiſtratus competit, nam non eſt verum, vt ſupra demonſtrauimus. Et ex his confunditur opinio aliquorum, qui voluerunt attentare

11 † cauſas alias indelegabiles, poſſe habenti iuriſdictionẽ delegari ſicut datio tutoris per d. §. ſed hoc iure, quod

nec

nec verum, nec receptum à Docto. eſt, nam nec datio tutoris delegari poteſt, licet receptum ſit contrarium.
12 Declara tamen ſupradicta, quòd datio tutoris, † ex cauſa abſentiæ delegari poterit, vt in d. l. 1, ff. de offi. eius. & expreſſius in authen. de collato. § ad hæc prohibemus. & idem erit in cauſa infirmitatis, vt colligitur ex his quæ communiter tradunt dd. in d. l. 1. Sed an propter publicas occupationes, vel multitudinem cauſarum licet, dubitari in puncto iuris poſſet, & an l. 2. ī prin. C. de peda. iudi. loquatur etiam de cauſis mixti imperij, quāuis communis opinio eſt, quòd non (vt latè alio loco expoſuimus) de iure tamen regio ſic, vt ſtatim dicemus.
13 Circa vltimum eſt ſciendum, † dationē tutoris, vel curatoris inter cauſas mixti imperij, de iure regio connumerari, per l. 18. tt. 4. part. 3. & non iure magiſtratus competere, ſed maioribus tantùm iudicibus lege tribui: conceditur tamen eis facultas, quando facultates pupilli ſunt paruæ, iubendi alijs iudicibus minoribus, vt tutorem dent, vt apparet ex Regia l. 12. tt. 16. part. 6. quando verò ſunt magnæ pupilli facultates, omnino prohibetur delegari: quod declara per d. l. 18. locum ſibi non vendicare, quando iudex, eſſet impeditus publicis occupationibus, vel multitudine cauſarum, & adde tu idem eſſe, à fortiori, in caſu neceſſitatis abſentiæ, vel infirmitatis vt ſupra de iure communi dictum eſt. Concludo igitur, tutoris dationem de iure antiquo, nouo, & regio, mixti imperij eſſe, & iure magiſtratus non competere, & indiſtinctè indelegabilem eſſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Cauſa ſtatus, & liberalis eſt ardua, & præiudicialis cenſetur.
2 Cauſa liberalis non poteſt compromitti, nec de ea alij quam maiores iudices cognoſcunt.
3 Seruitutis, & libertatis cauſa, an iure magiſtratus competat, & an delegari poſſit.
4 Libertas reſpectu domini eſt æſtimabilis.
5 Ius patronatus Eccleſiaſticum, ille cui relinquitur non poteſt grauari onere pecuniario.
6 Differentia an ſit, vtrum dominus agat contra ſeruum, vel econtra: & nu. 7. & 23.
7 Cauſæ omnes ſtatus, etiam ſeruitutis, & libertatis, ſunt indelegabiles, & minoribus iudicibus negantur.
8 Seruitutis, & libertatis cauſa eſt maioris præiudicij quam cauſa ingenuitatis, & libertinitatis.
9 Cauſa ſeruitutis, & libertatis fauorabilior eſt, cauſa ingenuitatis, & libertinitatis.
10 Intellectus plures ad l. iam dudum. C. vbi cauſa ſta.
11 Rationalis, ſeu Procurator fiſci eſt de maioribus magiſtratibus.
12 Differentiam eſſe inter liberum ingenuum, & liberum libertinum.
13 Cauſa omnis famoſa, vbi agitur de infamia hominis, dicitur ardua.
14 Intellectus plures ad l. 2. C. de liber. & eo. libe.
15 Cauſa reuocationis in ſeruitutem, an ſit delegabilis, quod non contra Doct.
16 Cauſam reuocationis in ſeruitutem non expediri iure actionis, ſed officio iudicis nobili reuocationem fieri.
17 Reuocationis in ſeruitutem cauſam, eſſe meri imperij, & indelegabilem: & nu. 24.
18 Cauſam liberationis à ſeruitute eſſe meri imperij.
19 Nouus auctoris intellectus ad l. 2. C. de liber. & eorum libe.
20 Magiſtratus minores aliquando recipiunt accuſationem, & delicti

delicti informationem cauſa, quam examinare non poſſunt.

21 *Debitor fugitiuus à quocunque iudice, etiam delegato, capi poteſt: nec poteſt allegare iudicis incompetentiam.*

22 *Leges non ſeruantur in caſu neceſſitatis, vel quando eſt periculum in mora.*

23 *Intellectus ad l. 2. in fine. C. de peda. iudi.*

25 *Cauſa ſtatus coram quo iudice debeat agitari, & an aliquando minoribus magiſtratibus competat.*

26 *Cauſa ſtatus quòd nunquam eſt delegabilis.*

27 *Status cauſa poteſt ex cauſa abſentiæ, etiam quoad cauſæ diffinitionem delegari.*

Cauſa ſtatus coram quo iudice agitari debeat, & an cauſa ſeruitutis, & libertatis ſit delegabilis. Cap. XXV.

CAuſa ſtatus, & liberalis eſt ardua, & gra-
uiſsima, & propterea præiudicialis cenſe-
1 tur, † §. præiudiciales inſtit. de action. &
ob eius grauitatem & fauorem in iure
2 conſtitutum eſt, † vt de ea non poſſit cō-
promitti, nec cognoſcere alij, quàm maiores iudices
valeant, l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de receptis
arbi. & cùm maioribus iudicibus ſit tributa, & minori-
bus negata, conſtat indelegabilem eſſe, per tex. & quod
ibi communiter notant Scriben. in l. 1. ff. de offi. eius cui
man. eſt iuriſdictio. quod in ſpecie optimè probatur,
per l. 2. in fine. C. de peda. iudici. per quem tex. Docto.
omnes fatentur, verum eſſe in cauſa ingenuitatis, & li-
bertinitatis, de quibus expreſsè illa l. loquitur. Sed an
3 in cauſa † ſeruitutis, & libertatis idem ſit, quæſtionis
eſt: Et quòd cauſa ſeruitutis, & libertatis ſit delegabi-
lis, tenet Bart. in l. nec quiquam. §. vbi decretum nu. 8.

ff.de offi. Proconſu.vbi & Alberi. de Roſa.verſi.viſo. & Horotius nu. 24. & in eam uidetur inclinare Fulgo. in l.imperium num. 43.ff.de iuriſdictio.omni.iudi.vbi expreſsè eã amplectitur Rimi. Seni. nu.35. & Caccialup. nu.66.Deci.nu.59.Vallas.nu.249.& Mantua. nu.305. quem refert Calæfa.ibi num.218.poſt Cyn. ibi. q. 12. eam ſequitur idem Alberic. in l. 2. C.de peda.iudi. vbi Bald.nu.16.Paul. Caſtren.in l.2.C.de libertis, & eorum libe. Iacobus Rouar.de iuris ambiguitatibus lib.3.ca.5. ex quibus apparet opin. hanc communiter receptam eſſe. Quæ opin. conſtare primò videtur ex l.iam dudũ C. ubi cauſa ſtatus agi deb.ubi Rationalis cognoſcit de cauſa ſeruitutis, & libertinitatis: vnde cum prædictus Rationalis ſit minor iudex quàm Præſes prouinciæ,con ſtat quòd minoribus conceditur iudicibus, & ita quòd competit iure magiſtratus, & per conſequens eſt delegabilis,per regulam d.l.1.ff.de offi. eius. Secundò huic opin. patrocinatur l. 2. C. de liberti. vel eo. libe.ibi, ſi in iudicio, vel apud pedaneos iudices patroni quærela exorta ingratum eum oſtendat, vbi pedaneus iudex, qui delegatus eſt, (ut conſtat ex l.ſi.C.de peda.iudi.) libertum ingratum in ſeruitutem, ob ingratitudinem reuocat,quem ad hoc adnotauit ibi Paul. num.3. Tertiò pro hac parte urgere uidetur l.ſi quis libertatem uerſic. planè, ibi, iudicem libertatis ff.de peti. hæredi.inducendo eum pro ut Bart. ibi nu.9.qui illum expendit, quòd Imperator ibi loquitur cum iudice ordinario, ut iubeat iudicem delegatum cognoſcere de libertate. Quartò pro hac parte expendi ſolet l.1.C.de ordi.iudi.vbi Præſes non cognoſcit de cauſa ſtatus, unde neceſſario dicendum eſt,quòd ad alios iudices inferiores eius examinatio pertinet. Quintò hanc opi.ſuadet l.2.in fine.C. de

de pedan. iudi. ubi prohibetur delegari cauſa ingenuitatis, & libertinitatis, & nihil ibi dicitur de cauſa ſeruitutis, unde eius omiſſio non uidetur eſſe ſine iuris myſterio: nã ſi idem eſſet in cauſa ſeruitutis, uériſimile eſt, quòd ibi adiungeretur, aut l. de cauſa ſtatùs generaliter loquuta eſſet. Sextò his accedit ratio; nam quando agitur de cauſa ſeruitutis, dicitur eſſe cauſa pecuniaria, perinde ac ſi peteretur bos, uel equus, cùm li-
4 bertas reſpectu † domini æſtimabilis ſit, l. ſed ſi non ſeruus 36. ff. ad l. Falci. quod eſt ſecus qñ cauſa ingenuitatis, uel libertinitatis uertitur; quia tunc agitur de iure patronatus, quod eſt inæſtimabile, iuxtà l. naturalis §. fin. ff. de præſcriptis uerbis l. nemo prædo 169. uerſic. locu-
5 pletior. ff. de reg. iur. Et hinc eſt, quòd ille cui † ius patronatus Eccleſiaſticum relinquitur, non poteſt grauari onere pecuniario, ut tradit Bartho. Soci. in l. cum filio nu. 15. ff. de lega. 1. Luſitanus in l. Paulus 2. ff. de rebus dub. ex qua ratione Cyn. Caccialu. & Vallas. ubi ſupra, inferunt declarationem ad prædictam limitationẽ: nem
6 pe ueram eſſe † quando agitur per dominum contra ſeruum, quo caſu eſt cauſa pecuniaria, ſecus uerò quando per ſeruum contra dominum, quoniam tunc eſt ingenuitatis, pro quo inducit Vallas. l. Diui fratres. §. 1. & l. ſi ſeruus. ff. de libe. cauſa. ubi ſi agitur de ſeruitute, & ingenuitate per dominum contra ſeruum, quæſtio non dicitur eſſe ingenuitatis, ſed ſeruitutis, licet ſeruus opponat de ingenuitate: unde partes iudicis ſunt in pronunciando hunc eſſe ſeruum iſtius, uel non, ſecundum eum. Verum licet hæc opinio communiter recepta ſit,
7 contraria proculdubio uerior eſt; nempe quòd † cauſæ oẽs ſtatus, ſiue ingenuitatis, & libertinitatis, ſiue ſeruitutis, & libertatis, indiſtinctè indelegabiles ſunt, nec mi-

Digitized by Google

noribus iudicibus, iure magiſtratus competunt, ſed tantùm maioribus conceduntur: Quam tenet Curti. Iun. in d.l. Imperium num. 127. ubi Sapia nu. 62. Rimi. Iun. nu. 555. ubi & Calæſa. ibi nu. 218. in eam uidetur incli nare, dum ſe remittit ad ea quæ in l. 1. ff. de off. eius. nu. 164. adnotauit. Et hæc ſententia primò probatur ratione hac, nam quando quis petit aliquem uelut ſeruũ, negari non poteſt, quin ex aduersò conuentus prætendat ſe eſſe liberum, & per conſequens reſpectu ſui tractatur de libertate: unde non poteſt ex parte agentis tractari de ſeruitute, quin ex parte conuenti agatur de libertate. Nec bona, ſed uerbalis eſt illa differentia, an ſeruus agat contra dominum, uel dominus contra ſeruum, cùm in utroque caſu ſit cauſa ardua, liberalis & ſtatus, non uerò pecuniaria: nam neceſſario ille qui eſt in poſſeſſione libertatis, excipere debet de libertate, & reſpondere, ſe ingenuum, aut libertinum eſſe: & ita locum habet deciſio l. 2. C. de peda. iudi. cùm neceſſariò ſit cauſa ingenuitatis, & libertinitatis, nam hæ duæ ſpecies libertatis ſunt, ut conſtat ex §. fi. inſti. de iure per ſon. Secundò urget ratio, nam ſi cauſa ingenuitatis, & libertinitatis eſt indelegabilis, & per Præſidem debet dijudicari, ut in d.l. 2. expreſſum eſt, à fortiori dicẽdum eſt, cãm ſeruitutis, & libertatis delegari non poſſe, ſed
8 per Præſidẽ debere examinari, † quoniã de maiori præiudicio agitur in cã ſeruitutis, & libertatis, quã in cã ingenuitatis, & libertinitatis, cùm ſeruitus morti æquiparetur, l. antepe. ff. de reg. iur. & libertas eſt quid inæſtimabile, l. libertas. ff. de regu. iur. Præterea fauorabilior
9 † eſt cauſa ſeruitutis, & libertatis, quàm ingenuitatis, & libertinitatis, l. 1. cum gloſſ. ff. ſi liber. ingen. eſſe dica. vnde cùm ſint grauiores, debent coram maioribus agi tari,

tati,& magis prohiberi delegari,per d.l.1.& quæ ibi notant Scriben.ff.de offic.eius. cui manda. eſt iuriſdi. Sed hoc fundamentum poterit tolli per text. in d.l.iam dudum,vbi maior cenſetur cauſa eius qui prætendit ingenuum eſſe, quàm eius qui dicit ſe eſſe libertum: Sed reſponderi poterit, quòd in vtroque caſu eſt cauſa liberalis, & indelegabilis,verum quoad alium effectum differunt,vt infra dicetur. Tertiò his accedit l. 1.ff.de officio Præto.& d.l.2.C.de peda.iudi. vbi cauſæ liberales Romæ conceduntur ſpecialiter Prætori, & in prouincijs Præſidibus, vnde delegari non poſſunt,per regulã l.1.in princ.ff.de offi. eius. Quartò huic ſententiæ ſuffragatur l.non diſtinguemus.§.de liberali ff. de receptis arbi. vbi cauſa ſeruitutis maioribus iudicibus conceditur,& minoribus denegatur: vnde ſuccedit regu. d.l. 1.ff.de offi.eius. quòd cauſa quæ minoribus denegatur, delegari non permittitur, nam non competit iure magiſtratus minorum iudicum. Quintò Vallaſ.in corroborationem huius partis citat glo. doctri. in §. præiudiciales inſtitu.de action. quæ tradit, quòd ſecundum eũ nulla eſt differentia inter cãm ingenuitatis, & libertinitatis,& cauſam ſeruitutis, & libertatis,nam vtraque eſt præiudicialis. Sed ad hoc reſpondet Vallaſ. quòd hoc verum eſt, quoad hoc vt ſit vtraque præiudicialis, in hoc enim nulla eſt differentia,ſecus tñ quoad hoc vt delegari poſſit,vel non, nam in hoc differunt,vt in d.l.iam dudum,ad quam reſponde, vt infra dicetur. Sextò facit tex. iuncta glo. in l.quoties C.de iudici.vbi habetur, quòd quæſtio ſeruitutis debet ſolùm agitari coram maioribus iudicibus, niſi in caſu ſpeciali illius tex. videlicet quando incidenter venit, vnde ſecus erit regulariter arg.l.ius ſingulare ff.de legi. Septimò pro hac ſenten-

tia retorqueo d.l.iam dudum, vbi cauſa ſeruitutis, & libertinitatis ſpecialiter Principis conſtitutione tribuitur Rationali, quando uertitur inter fiſcum, & priuatum, vnde delegare eam Rationali non permittitur, per regu.d. l. 1.ff.de offi.eius. Vltimò confirmatur hac ratione, nam hodie omnes cauſæ ſunt indelegabiles, niſi humiles trecentorum ſolidorum, & infra, vt conſtat ex l. 2.iuncta l. fi.C.de peda.iudi. authen.de iudici.§.audient, ſed cauſa ſeruitutis eſt inæſtimabilis, & ardua, ergo &c. Retenta

10 igitur hac contra communem ſententia, non obſtat † l. iam dudum C. vbi cauſa ſta. agi debe. nam primus ille intellectus communis, quòd ibi eſt ſpeciale in cauſa ſeruitutis, & libertatis, verus non eſt: nam ſi non eſſet inter fiſcum, & priuatum, & etiam ſi ſeruus opponeret ibi de ingenuitate, & non de libertinitate, non cognoſceret fiſcus, vt ex illo tex. clarè colligitur. Vnde ſecundus intellectus eſt quem tradit gl. in l. 2. C.eo. vbi cauſa ſta. in gl. magna ibi, vel tertiò dic: videlicet quòd ibi erat quæſtio inter fiſcum, & priuatũ, ſuper aliquo ſeruo, & ideo pertinet ad Rationalem, quia talis cauſa eſt pecuniaria. Quem intellectum tanquam nouum adducit Sapia vbi ſupra, ſed nec hic intellectus verus eſt: nam huiuſmodi quæſtio non diceretur ſtatus, ſed ſi eſſet ſuper dominio, diceretur quæſtio dominij, & ſi ſuper iure patronatus, diceretur quæſtio iuris patronatus. Tertius intellectus eſt Cur. Iun. vbi ſupra dicentis, quòd ibi lis vertebatur inter fiſcum, & alium, qui contendebat ſe eſſe libertum fiſci: & ex aduerſo fiſcus prætendebat, illum eſſe ſeruũ ſuum, unde in hac cauſa, cùm ſit pecuniaria ex parte fiſci, cognoſcit fiſci Rationalis. Sed Rimi. Iun. in d.l. Imperium nu. 572. reprobat hanc Curti. intelligentiam, quoniam ſi verum eſſet, quòd ideo ibi Rationalis fiſci

cogno

cognoſcit, quia agitur de commodo pecuniario fiſci, idem eſſet dicendũ, quando quæſtio eſſet ſuper ſeruitute,& ingenuitate,inter fiſcum,& priuatum, quod tex. ille in fine negat,& contrarium bene conſtat ex l. ſi pater.C.ne de ſta.defun. Quartò idem Rimi. nouiter tex. illum conatur interpretari, intelligendo quòd ibi ponitur caſus ſpecialis de Rationali fiſci, qui cognoſcit de cauſis libertinitatis, & ſeruitutis, inter fiſcum, & priuatum,ex delegatione Imperatoris, quod dicit probari per illa verba tex. Iam dudum à nobis ſtatutum eſt, vt ſi quæ cauſæ libertinitatis,& ſeruitutis in prouincijs, inter fiſcum, & priuatos exoriretur,ad Rationalem, vel magiſtrum rei priuatæ,hoc eſt, vnde motæ eſſent quæſtiones remitterentur: Si quæ vero ingenuitatis eſſent, à Rectore prouinciæ examinarentur. Itaque concludit, quòd Rationalis non cognoſcit, non quia cauſa ſit pecuniaria,& læuis, ſed quia à Principe fuerũt delegatæ,qui cauſas graues,etiam meri imperij delegare poteſt,cùm ſit ſolutus legibus, l. Princeps legibus. ff.de legi. quod corroborat d.l.non diſtinguemus §.de liberali.ff.de recep.arbi.vbi lex indiſtinctè loquens in cauſis ſtatus,tàm ingenuitatis,& libertinitatis,quàm ſeruitutis,& libertatis,vult quòd ad maiores iudices,& non ad minores expectet earum examinatio. Sed certè intellectus iſte admittendus non eſt,nam falſum eſt dicere, quòd ibi Rationalis cognoſcit de hac cauſa ex Principis delegatione,nam veritas eſt,eum ibi cognoſcere ex iure proprio, & ordinaria poteſtate,nempe quia cauſa illa ſeruitutis, & libertinitatis inter fiſcum,& priuatum,Rationali ſpecialiter Principis conſtitutione tributa eſt, vt ex uerbis illius tex. apparet, ibi, Iamdudum à nobis ſtatutum eſt
21 etc. Nec verum eſt, quòd Rimi.ſenſit, fiſci † Rationalem

lem de minoribus Iudicibus eſſe, nam contrarium, & melius adnotauit Calæfa.in d.l.1.nu. 165. qui concludit, quòd Rationalis, ſeu magiſter rei priuatæ, hoc eſt, procurator Cæſaris, eſt Clariſſimus, vt Docto.in d.l.iā dudum uoluerunt: quod verum eſſe aſſerit in procuratore Cæſaris, vnius tantùm prouinciæ. Nam ſi generalis procurator Cæſaris eſſet, qui Comes rerum priuatarum dicitur, erit Illuſtris, quod declarat Alberi. in rubri.ff.de offi.Proconſu. Cæſa. quem ipſe Calæfa. refert & ſequitur. Quintus & vltimus, & verus intellectus illius l.iam dudum eſt, quem ſenſit glo. & ibi expreſsè tenent Fulgo. & Paul. in l.2.C.eod. vbi cauſa ſta.agi debet, in glo.magna in fine, videlicet quòd l. iam dudum in principio, loquitur in caſu ſpecialiſſimo, ſcilicet quando quæſtio vertebatur inter fiſcum, & priuatum, ſuper ſeruitute, vel libertinitate, quo caſu cognoſcit Rationalis, ſecus tamen ſi quæſtio vertebatur inter fiſcum, & priuatum, ſeruitutis, & ingenuitatis, quo caſu ad Præſidem ſpectat, vt probatur ex illa l.in fine, & expreſſius ex d.l.ſi pater, & vrget l.2.in fine.C.de peda.iudi. Ex quibus apparet verū non eſſe cōem intellectū, volentē quòd licet cauſa ſtatus regulariter debeat Romæ expediri per Prætores, per l.1.C.de offi. Præto. & in prouincijs per Præſides, l.2.C.de peda.iudi.in fine, hoc tamen non ſibi locum vēdicare in cauſa ſeruitutis, & libertatis, per illam l.nam illa l.in caſu magis ſpeciali loquitur. Secundò infero non eſſe verum Curti. intellectum, nam ſimiliter non ſufficit, quòd ſit cauſa ſeruitutis, & libertatis inter fiſcum, & priuatum, pro vt ipſe vult, vt diſpoſitio illius text. locum habeat, ſed oportet quòd ſit cauſa ſeruitutis, & libertinitatis inter fiſcum & priuatum, & priuatus non contendat ſe ingenuum eſſe, ſed tantùm de libertinitate

tinitate agat, vel excipiat. Et ratio differentiæ poteſt reddi, quia licet in cauſa libertinitatis agatur de libertate hominis, & ſit cauſa grauis, cùm libertas ſit quid inæſtimabile, & ſeruitus morti æquiparetur, vt ſupra dictũ
12 eſt. Tamen iura † differentiam conſtituere voluerũt inter liberum ingenuum, & liberum libertinum, vt apparet ex §. fi. inſti. de iure perſo. & ex titu. inſti. de ingenuis, & inſti. de liberti. & longe grauior cauſa eſt, quando homo contendit ſe ingenuum eſſe, & nunquam in ſeruitutis uili ſtatu fuiſſe, pro quo vrget quod tradit Iaſ. in propoſito in d. l. imperium nu. 31. vbi dicit, quòd om
13 nis † cauſa famoſa, vbi agitur de infamia hominis, dicitur ardua. Concludo igitur, quòd vt Rationalis cognoſcere de cauſa ſtatus poſſit, tria requiruntur: primum, quòd cauſa ſit inter fiſcũ, & priuatum: Secundũ, quòd ex parte fiſci agatur, vel excipiatur de ſeruitute: Tertium quòd ex parte priuati agatur, vel excipiatur de libertinitate, non tamen de ingenuitate. Aduertendum tamen eſt, quòd quomodocunq; l. iam dudum intelligatur, non pertinet ad noſtram quæſtionẽ, nec in caſu in quo loquitur, cauſa delegabilis eſt. Primò, quia Rationalis nõ eſt de minoribus magiſtratibus, ſed de maioribus, vt ſupra dictum eſt: Nec minoribus magiſtratibus hæc cauſa cõpetit, hoc eſt, Defenſoribus ciuitatum, vel magiſtratibus municipalibus, qui tantùm de certa quantitate cognoſcunt, vt conſtat ex l. 1. C. de defenſo. ciui. & ex authen. de Defenſo. ciui. §. & iudicare, & ex l. inter conuenientes. ff. ad munici. vnde cùm minoribus non competat, iam ceſſat fundamentum l. 1. ff. de offic. eius. quòd cauſæ quæ competunt iure magiſtratus delegari poſſunt. Secundò quia Rationalis in d. l. iam dudum non cognoſcebat ex delegatione Principis, vel al-

 terius

terius ordinarij, ſed ex propria ptãte ſibi à Principis cõ-
ſtitutione ſpecialiter concesſa, & ideo delegare non po-
teſt, per tex. in l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. Nec
14 obſtat † l. 2. C. de liber. & eo. lib. nam reiecto intelle-
ctu Paul. ibi nu. 3. quòd ex eo ibi cauſa ſtatus delegari 11
poterat, quia erat cauſa ſeruitutis, qui verus non eſt,
ſecundò modo intelligitur communiter à Doctori. tex.
ille, quòd alia magis ſpeciali ratione delegatio ibi per-
mittitur, ſcilicet quia ibi ſtatus non erat dubius, ſed cer
15 tus, & ad alium ſtatum contendebat reuocari: † vnde
concludunt, ſpeciale ibi eſſe in cauſa reuocationis in
ſeruitutem, nec eſſe cauſam ſtatus, quod voluit Alberi. 12
ibi nu. 10. & Ange. Fulgo. Sali. & Ioan. Petru. poſt Pe-
trum de Bella. & glo. in verbo pedaneos, quos ſequitur
Calæſa. in locis ſupracitatis, qui in d. l. Imperium ratio-
nem reddit, quòd in odium ingratitudinis ita conſtitu-
tum eſt. Sed eſt aduertendum quòd huic Scriben. in-
tellectui aduerſari mihi uidetur, quòd quando agitur
de reuocando ſeruum in ſeruitutem, propter eius ingra
titudinem, ſeu delictum, cauſa nõ expeditur iure actio-
16 nis, ſed officio † iudicis nobili reuocatio fit, glo. recepta
in l. 2. C. de liber. & eorum libe. & in l. ſi duo patroni in
princi. in verbo, alteri, ff. de iure iurã. pro quibus eſt tex.
in l. 1. C. de libe. & eo. libe. & in l. 1. §. cum patronus. ff.
de offi. Præfe. vrb. & hinc eſt, quòd dicebat Calæſa. in
d. l. imperium, quòd hæc cauſa reuocationis in ſeruitutẽ
eſt mixti imperij. Sed verius eſt quod Deci. ibi nu. 60.
17 & Vallaſ. num. 249. voluerunt, nempe † meri imperij,
& indelegabilem eſſe, quod ante eos tenuere Antiqui,
relati à Petro de Bella. in d. l. 2. C. de libe. & eo. libe. quæ
ſententia meritò comprobata eſt regla l. 18. tt. 4. part. 3.
18 quæ amplius vult, idem eſſe † quando contendit ſeruũ

liberari debere à ſeruitute pro præmio, quod exempli-
ficari poterit in caſibus expreſſis in tit. C. quibus ex cau-
ſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt: vt in ſeruo
qui necem domini vindicauit, vel monetæ falſatorem
detulit, vel raptorem virginis, aut militiæ deſertorem
detegit: vnde cum ſint meri imperij, delegari prohi-
bentur, per ea quæ notant Docto. in l. 1. ff. de offic. eius. 17
Imo quod plus eſt, ſolùm in caſu abſentiæ, & quoad
cauſæ examinationem delegari permittuntur, per ea
quæ adnotauit glo. ibi in verbo poſſint, quam ſequitur
Bart. ibi num. 15. & communiter Scriben. vt in ſeq. cap.
declarauimus: & approbatur per regiam d. l. 18. & ita
veriſſimum contra communem puto, cauſam reuoca-
tionis in ſeruitutem indelegabilem eſſe, ſicuti aliæ cau-
ſæ meri imperij. Sed difficultas remanet in reſponden 18
do ad d. l. 2. C. de libe. & eorum libe. vbi pedanei iudi-
ces, ſeu delegati, ſecundum ſcribentium intelligentiam,
de hac cauſa reuocationis in ſeruitutem cognoſcunt.
19 Sed ad illum tex. † ultra Docto. reſpondeo, & nouiter
contra eos illum intelligo, quod l. illa nō dicit, nec vult
quòd coram pedaneis iudicibus cauſa illa reuocationis
in ſeruitutem agitetur, ſed dicit quod coram eis fuit
quærela ingratitudinis exorta, ſeu propoſita; quod non
eſt idem, ſed longè diuerſum, cùm in aliquibus caſibus
20 ſpecialibus, in iure † conſtitutum ſit, quòd minores ma-
giſtratus poſſint recipere accuſationem, vel quærelam,
& delicti informationem, & tamen non examinant cau-
ſam, ſed criminoſos idonea perſequutione ad iudicium,
hoc eſt, ad Præſides prouinciarum mittunt. Et hoc ali-
quando iure magiſtratus competit, nam & minoribus
magiſtratibus conceditur, oblatos ſibi reos in ipſo cri-
mine depræhenſos ad iudicium dirigere, vt conſtat ex l.

Defenſorés ciuitatum.3.C.de defenſo. ciuita. Item eos capiunt,& in carcerem detrudunt,vt in authen.de Defen.ciuita.§.audient. Præterea minoribus magiſtratibus permiſſum eſt, ſeruũ qui per fugam fuerat elapſus, domino reſtituere, l.1.C.de Defenſo.ciui.pro quo vrget l.1.C. vbi cauſa ſta.agi debet. Et corroboratur per
21 ea quæ tradũtur † de debitore fugitiuo,qui à quocunq; iudice,etiam delegato,capi poteſt: nec iudices incompetentiã opponere valet, ſecundum glo. commu. receptam in l.ait Prætor §. ſi debitorem, ubi Docto. per tex.ibi adnotant ff.quæ in frau.credi.quã ſequitur Alexan.in l.2.ff.de iuriſdictio. omn.iudi. num.8. & ibi Iaſo. nu.15. & Deci.num.20.& Curti.Iun.qui communem appellat nu.30. de quo arti. videndus eſt idem Deci. in
22 conſi.75.cuius ratio eſt, quam aſſignat † Curt.Iun.nam in caſu neceſſitatis, & ubi eſt periculum in mora,diſcedimus à regulis iuris cõis l.de pupillo §.ſi quis riuos,& ibi notatur ff.de noui ope.nun.& fortè hac rõne cauſa ſeruitutis,uel reuocationis in ſeruitutẽ, aliqñ proponebatur corã delegatis,uel minoribus,uel incõpetentibus iudicibus: quòd ſatis uidetur probari in d.l.2.C.de libertis & eor.libe.ibi,ſi non in iudicio,uel apud pedaneos iudices etc. Nam tex.ille ſignificare uoluit,quòd pedanei iudices non iudicabant de cauſa illa (quidquid male in contrarium gloſſæ ibi, & Doctor. ſentiunt) & ſuffragatur d.l.iam dudum,& l.ſi quid ff.de offic. Proconſu. l.3.& fi.C.de peda.iudi. Concludo igitur, quòd text. ille non probat, quòd cauſa ſeruitutis,nec cauſa reuocationis in ſeruitutem delegari poterat, nam (ut ſupra diximus) eſt cauſa ardua, & grauiſſima; cùm libertas ſit quid inæſtimabile, & ſeruitus morti æquiparetur. Nec ſatisfaciunt prædictæ rationes, quòd erat certum de ſta

tu,

tu, nam hæc ratio concludit, quòd non ſit cauſa ſtatus, ſed non tollit quòd ſit grauiſſima reuocare eum in ſeruitutem: & licet ſit certum de ſtatu, contendi tamen poteſt, an commiſerit ingratitudinem, uel talem, quæ ſufficiat ad reuocandum eum in ſeruitutem: & hæc q. erit ardua, nec debet coram minoribus agitari, per l. 1. & quod ibi notant Scribe. ff. de offic. eius. Et ſimiliter occurri poteſt rationi Calæſa. aſſerentis, in odium ingratitudinis ita receptum eſſe: Nam odium ingratitudinis operatur, quòd ex læui offenſa reuocari in ſeruitutem poſſit, vt ibi, ſed non tolliſur per hoc, quòd examinatio, an leuiter offenderit, ſit cauſa grauiſſima, nec aliquid debet operari cauſa ingratitudinis, antea quam de ea legitimè conſtet. Non obſtat tertiò d. l. ſi quis libertatem ff. de peti. hæredi. nam vt ibi Fulgo. numer. 17. aduertit, non erat delegatus, ſed ordinarius ille qui debebat cognoſcere. Non obſtat l. 1. C. de ordi. iudi. nam ibi non prohibetur Præſes cognoſcere de cauſa ſeruitutis, ex defectu iuriſdictionis, ſed propter qualitatem perſonæ, de cuius ſtatu dubitatur, quia erat pupillus, cuius q. ſtatus non debet examinari, durante pupillari ætate, ſed debet differri ad tempus pubertatis, ut docet Paul. in l. 2. C. de peda. iudi. in fine poſt glo. fin. 23 ibi, per titu. ff. de Carbo. ædi. Non obſtat l. 2. † in fine C. de peda. iudi. vbi non fit mentio de cauſa ſeruitutis, ſed ingenuitatis, & libertinitatis: nam reſpondeo, quòd ſub illis compræhenditur cauſa ſeruitutis, nam quoties lis vertitur ſuper cauſa ſeruitutis, neceſſariò ex parte eius qui contendit liberum eſſe, agitur, vel excipitur de ingenuitate, aut libertinitate, & ita eſt cauſa ingenuitatis, vel libertinitatis. Non obſtat dicere, quòd quando agitur de cauſa ſeruitutis, dicitur eſſe cauſa pecuniaria:

Digitized by Google

çia: nā vt bene aduertit Curti.cū ex vna parte neceſſariò contenditur liberum eſſe, & opponitur, uel agitur de ingenuitatē, aut libertinitate, ſemper eſt cauſa ſtatus ardua, & grauiſſima. Ex quibus apparet, differentiam quam faciunt Docto. an dominus agat contra ſeruum, vel econtra ſeruus contra dominum, verbalem & nullius momenti eſſe, prout bene Curti. Iun. conſiderauit contra Cyn. Caccialup. & alios quos ſupra retulimus. Vnde hanc difficultatem ita reſolue. Aut agitur inter aliquos ſuper ſeruo, & de hac cauſa non eſt diſputatio noſtra; quia non eſt quæſtio ſtatus, nec cauſa liberalis, ſed ſi ſuper dominio agitur, eſt quæſtio dominij, & idem dicendum de ea, quod de cauſis pecuniarijs. Si verò ſuper iure patronatus, eſt quæſtio iurisſpatronatus. Aut
84 agitur de reuocando † ſeruum in ſeruitutem, propter ingratitudinem, vel delictum: vel deliberando eum à ſeruitute, propter eius meritum: & ſimiliter hæc non eſt quæſtio ſtatus, cùm de ſtatu non dubitetur, ſed eſt cauſa grauiſſima meri imperij, & olim coram Præfecto vrbi Romæ agitabatur, l. 1. §. cum patronus ff. de offic. Præfe. vrbis. In prouincijs coram Præſide, nam de omnibus cauſis de quibus Præfectus vrbi, & cæteri magiſtratus Romæ cognoſcebāt, Præſes cognoſcebāt in prouincijs, vt conſtat ex l. de omnibus, & in l. ſeq. ff. de offic. Præſidis, & in ſpecie viget d. l. 2. C. de libe. & co. libe. & iſta cauſa eſt indelegabilis, ſicuti cæteræ cauſæ meri imperij, vt ſupra contra Docto. concluſum eſt, per d. l. 1. & quod ibi gloſ. in verbo poſſint, & communiter Docto. notant ff. de offi. eius. vbi non poſſunt delegari niſi propter abſentiam, & quoad cauſæ examinationē, quod per d. l. regiam expreſsè comprobatum eſt. Aut
85 vertitur inter † eum qui contendit ſe eſſe ingenuum,

vel libertinum, & aliũm qui prætendit eum eſſe ſeruũ vel libertinum, & iſta quæſtio eſt ſtatus, & in ea procedit noſtra inueſtigatio. Circa quam duo oportet inquirere: Primum coram quo iudice debet agitari, & an aliquando minoribus competat magiſtratibus: ſecundum an aliquando ſit delegabilis. Circa primum regula generalis eſt, quòd coram maioribus debet agitari, & minoribus denegatur, vt probatur in d. §. de liberali l. nom diſtinguemus ff. de rece. arbi. Et in vrbe Roma cognoſcunt de ea Prætores, l. 1. C. de offi. Præto. in prouincijs verò Præſides, l. 2. in fine. C. de peda. iudi. l. 2. & l. iam dudum in fine C. ubi cauſa ſtat. agi de l. ſi pater C. de de ſtatu defuncto. Fallit tamen primò, quando q. ſeruitutis, & libertinitatis vertitur inter fiſcum, & priuatum, quo caſu tribus concurrentibus, de ea cognoſcit Rationalis, ut in d. l. iam dudum in prin. Secundò declaratur ſibi locũ vendicare, qñ principaliter uertitur, nam incidenter aliquando quæſtio ſtatus coram alijs agitatur regulariter incompetentibus, vt conſtat ex l. quoties C. de iudicijs. Circa ultimum † concludendum eſt, cauſam ſtatus indelegabilem eſſe indiſtinctè, ſiue ſit ingenuitatis, ſiue libertinitatis, aut ſeruitutis: pro quo primò urget, nam (ut ſupra dictum eſt) maioribus iudicibus lege tributa eſt, unde ſuccedit regula l. 1. ff. de offi. eius. Secundò quia minoribus iudicibus denegatur, & ita non competit iure magiſtratus, nec eſt delegabilis, per regulam d. l. 1. Tertiò in ſpecie probatur per d. l. 2. in fine. C. de peda. iudi. cùm (ut ſupra dictum eſt) etiam cauſa ſeruitutis ibi comprehendatur: quod locum habet etiam in caſu ſpecialiſſimo d. l. iamdudum: nam & ibi ſpecialiter Rationali, Principis cõſtitutione tributa cauſa illa eſt, & Rationalis eſt de maioribus magiſtratibus,

(margin: 51; 26)

giſtratibus, ut ſupra probatum eſt. Declara tamen
17 † prædicta, quòd ex cauſa abſentiæ delegari hæc cauſa ſtatus poterit, per d. l. 1. ff. de offi. eius. Quod uerum intellige, non ſolùm quoad cauſæ cognitionem, ſed etiam quoad diffinitionem; ut concludit glo. in d. l. 2. C. de peda. iudi. in uerbo dum tamen, quam ibi ſequitur Salice. per authen. de collato. §. ad hæc prohibemus. Secundò declara, quòd licet non poſſit delegari hæc cauſa ſtatus, poterit tamen aliquando coràm delegatis, uel minoribus, uel incompetentibus iudicibus proponi, vt quando eſſet periculum in mora; ut ſupra latè expoſuimus.

SVMMARIVM.

1 *Appellandum eſt à Iudice ordinario, à minori ad maiorem gradatim.*

2 *Appellandum non eſt ad Principem, omiſſo medio de iure ciuili.*

3 *Scholares appellant ad Principem, omiſſo medio.*

4 *Appellatio omiſſo medio, quibus caſibus permittitur.*

5 *Appellatur de iure Canonico ad Papam, & ad Legatum de latere, omiſſo medio.*

6 *Appellatur de iure regio, in Hiſpania, omiſſo medio ad Regem.*

7 *Appellandum eſſe à iudice delegato, ad delegantem.*

8 *Appellandum ad quem ſit, à delegato ad uniuerſitatem cauſarum.*

9 *Intellectus plures ad l. 1. § ſi. ff. quis & à quo appelle.*

10 *Vicarius an reperiatur in iure ciuili auctoritate ordinariâ, & non ſuperioris conſtitutus, quòd ſic, contra Docto. plures.*

11 *Delegati ad vniuerſitatem cauſarum tribunal, eſt idem cum tribunali delegantis, & ratione quare ab eo non appellatur, ad delegantem.*

12 *Appellandum non eſt à Vicario ad mandantem iuriſdictionem,*

non

non ſolum de iure Canonico, ſed nec de iure Ciuili.

13 *A legato Proconſulis, non appellatur ad Proconſulem, contra plures Doct.*

14 *Appellandum non eſt à Iudice appellationum domini alicuius villæ, ad ipſum dominum.*

15 *Appellandum non eſt à Vicario, ſeu loco tenente domini alicuius villæ, vel oppidi, ad ipſum dominum.*

16 *Appellatur à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, non ad totam iuriſdictionē, ſed ad partem, ad delegantem: exemplum in Vicario Foraneo.*

17 *Appellandum ad quem ſit à delegato Principis.*

18 *Appellatur ad Præfectum prætorio ab eius vicario, ſeu delegato ad vniuerſitatem cauſarum.*

19 *Multa delegati, quando poteſt corrigi à delegante.*

20 *Appellandum ad quem ſit, à ſubdelegato.*

21 *Intellectus ad l. vni. C. qui pro ſua iuriſdi.*

22 *Appellatur ad Principem ab arbitro electo, loco delegati à Principe recuſati.*

23 *Differentia an ſit in hoc arti. inter ius Canonicum, & Ciuile.*

24 *Appellatio à ſubdelegato delegati Papæ ad Papam, omiſſo medio, non valet, quod fallit in pluribus caſibus.*

25 *Appellandum ad quem ſit à Rectore alicuius collegij, vel artis remiſſiue.*

26 *Appellandum eſt ad Priores ciuitatis, quando vacat officium appellationis.*

27 *Appellari poteſt ad Papam de iniuſtitia notoria, deficiente ſuperiore.*

Ad quem ſit appellandum. Cap. XXVI.

EX quæſtione hac, ad quem appellandum ſit, tria oriuntur dubia, quæ per ordinem ſunt diſcutienda. Primum, ad quem ſit appellandum à iudice ordinario: Secundum, ad quem appellandum à delegato: Tertium, ad quem appelletur à ſubdelegato. Circa primum

1 mum dubium regula generalis eſt, † quòd à Iudice ordinario appellandum eſt, à minore ad maiorem gradatim, ideſt, ad eum qui gradu proximo ſuperior eſt ei à quo appellatur. Scilicet à minoribus magiſtratibus, ad Clariſſimos, à Clariſſimis ad Spectabilis, ab Spectabilibus ad Illuſtres, l. j. §. ſi quis, & l. imperatores ff. de appella. l. præcipimus in princ. C. eod. authen. de Defenſo. ciuita. §. illud, & §. illo videlicet. Quod locum ſibi vendicat, etiam de iure Canonico, c. dilecti filij 3. extrà de appellatio. c. prior, & c. Romana eod. & c. ſi quis, & c. placuit, & c. anteriorum 2. q. 7. nam ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum, ab Archiepiſcopo ad Primatem, à Primate ad Papam, vt declarat Spe. in tit. de appellation. §. nunc tractemus ad quem ſit appellandum. Hoſti. in ſumma tit. de appellati. §. Quarto. latè declarat Abb. & Deci. in d. c. dilecti. Quod de iure ciuili vſque adeo eſt verum, vt procedat etiam ſi appella

2 tio. fiat † ad Principem, nã Imperator non patitur, quòd omiſſo medio, ad eum appelletur, in præiudicium ordinariorum inferiorum, & in damnum, & laborem litigatorum, quod ſi fiat remittit appellantem ad iudicem cõpetentem, vt concludit Specula. & Deci. nu. 18. vbi ſu-

3 pra, per d. l. Imperatores, cum ſimi. Quod limitat Deci. non habere locum in † ſcholaribus, poſt Bald. in 7. nota. per tex. ibi, in authen. habita C. ne filius pro pa. & poſt Abb. in diſputa. incip. Gandulphus clericus in pen. char.

4 colu. 3. verſi. dictum, Sed prædicta regula, † quòd appellandum non eſt omiſſo medio, patitur plures limitationes. Prima eſt quando non fuit oppoſitum per partem aduerſam, Abb. in d. c. dilecti num. 7. & ibi Deci. nu. 11. in verſi. In glo. j. vbi poſt Imol. affirmat ſeruari debere in praxi. eam ſequitur, & cõmunem aſſerit Rota deci. 387. Couarru.

Couarru practi. quæſti. cap. 4. num. 9. Quamuis Imo. & Deci. vbi ſupra ab ea diſcedere videntur, volentes, proceſſum eſſe nullum, ſi omiſſo medio, ad ſuperiorem appellatum fuit. Secunda limitatio eſt, non procedere, quando eſſet conſuetudo incontrarium, quo caſu valida eſt cõſuetudo, quòd omiſſo medio prouocetur, Abb. vbi ſuprà nume. 9. Deci. nume. 15. Tertia limitatio eſt, non procedere quando concurrit iuriſdictio mediata, & immediata, ita Hoſti. vbi ſupra, & Abb. nũ. 14. qui ponit exemplum in caſu, quando appellatur à ſubdito Epiſcopi, nam ſubditus Epiſcopi non facit gradum cũ Epiſcopo, ſed ambo concurrunt, pro quo citat glo. in c. cum ab Eccleſiarum, & in c. paſtoralis de offic. delega. nam hoc caſu appellatur ad Epiſcopum, & ad eius ſuperiorem, pro vt voluerit appellans, Ioan. And. poſt Archid. in c. Romana, de appella. lib. 6. Quarta limitatio eſt, non habere locum quando iudex immediatè ſe indignũ reddidit, vtputa ſi eſt hæreticus, aut excommunicatus, aut ſuſpenſus, ita concludit Abb. vbi ſuprà num. 15. per c. is cui, & quod ibi notatur, de offi. delega. lib. 6. Quinta limitatio eſt, non procedere † de iure canonico, quando appellatur ad ſummum Pontificem, quo caſu ſecundũ prædictos Doct. appellatio omiſſo medio valet, pro quo eſt text. in c. ad Romanam 2. q. 6. & eſt communis opi. ſecundum Couarru. vbi ſuprà, quamuis ipſe fateatur, quòd adhuc aliquot eccleſiaſtici iudices nolunt differre, appellationibus ad ſummum Pontificem, omiſſo medio, expoſitis: Imò quod plus eſt, de iure canonico ad legatum de latere, omiſſo medio appellatur, glo. in c. Romana in verbo, curiam, de appella. in 6. Abb. in d. c. dilecti nu. 10. communem teſtatur Couarru. vbi ſuprà. Sexta limitatio eſt de iure regio, † quo attento,

5 (margin, at "Quinta limitatio")

omiſſis mediis,in Caſtellæ regnis,ad Principem appella re conceditur,per Regiam l.18.tit.23. part. 3. declarat Couarru. vbi ſuprà,qui tradit, quòd licet de iure regio, vel alio legitimo titulo,domini oppidorum ius habeant primarum appellationum, ſubditi tamen poterunt ad Regem eiuſq; curiam liberè appellare, & ita paſſim in praxi ſeruari teſtatur, & ad hoc inducit Regiam l. 14. tit.16.lib.3.ordina.& l.j.tit.j.eod. lib. Quod apud Gallos,& Neapolitanos receptum eſſe, poſt alios adducit. Alias plures limitationes proſequuntur Abb. & Doct. in d.c.dilecti,quos videre poteris. Circa ſecundum du
7 bium dicendum † eſt, quòd à delegato appellatur ad delegantem,l.Imperatores ff.de appella.l.j. in princ.& l.fi.ff.quis & à quo appelle.l.præcipimus §.ad hæc C.de appella.authen.de appella.& intra quæ tempo.§. illo videlicet: & hæc regula in ſimplici delegato ſpecialiter, aut generaliter dato,receptiſſima ab omnibus eſt. Sed
8 an locum ſibi vendicet in delegato† ad vniuerſitatē cauſarum art.controuerſus eſt, & idem oīno eſſe ēt indelegato ad vniuerſitatem cauſarum,communiter Doct. obſeruant.Primò per prædicta iura, quæ indelegato generaliter loquuntur,vnde videtur dicendum,quòd cōprehendat delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, qui proculdubio delegatus eſt,vt bene adnotauit Alex.in l. more nu.25.ff.de iuriſdicti.omni.iudi.qui improbat glo. in c. ſtatutum in verbo, moderatas,de reſcrip.in 6.quæ dicebat minus bene quod eſt ordinarius. Secundò huic opini.patrocinatur tex.in d.l. j.in princ.& l.fi.ff. quis & à quo. eum ponderando, quòd ſecundum cōem opin. verbum,iudex datus,non ſolùm comprehendit ſimplicem delegatum,ſed etiam delegatum ad vniuerſitatem cauſarum,vt ſupra,in cap.15. adduximus. Nec oberit

prædicta

Digitized by Google

prædicta l. 1. §. fi. ff. quis & à quo appelle. cui text. occurrunt Doct. dicendo, quòd patitur plures intellectus, & ideo non poteſt in eo fieri fundamentum, per Bart. receptam doctrinam in l. in ambiguo. ff. de rebus dubi. Verum his non obſtantibus, contraria ſententia uerior, & vt puto, receptior eſt: ſcilicet, quòd à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, non appellatur ad delegantem, ſed ad eius ſuperiorem: quã tenet Aldricus doctor antiquus, quem refert gloſſ. in d. §. fin. in 3. intellectu, vbi eam ſequitur Cynus, Cuma. Bartho. Socin. numero 10. eam amplectitur Purpu. Niger nu. 4. Corraſi. Bellarmatus nu. 13. in rub. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. Longo. in repeti. l. imperium numer. 21. ff. de iuriſdictio. omni. iud. Alci. in lib. 2. parado. cap. 5. & in rub. extra de offi. ordi. Specula. vbi ſupra & Hoſti. in ſumma §. 4. circa finem verſi. ſi à delegato. Ruber. Maran. de ordi. iudi. fol. 260. nu. 72. Couarru. in lib. 3. vari. reſolu. cap. vltimo nu. 11. & alij quos in ca. 15. ſupra adduximus, qui omnes hoc affirmant, per tex. in d. §. fi. l. 1. ff. quis & à quo appelle. vbi ab habente mã datam iuriſdictionem, non appellatur ad mandantem, ſed ad eius ſuperiorem: & omnes volunt, eum dici habere mãdatam iuriſdictionem, qui eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Nec oberit dicere, text. illum,
9 † ut conſtat ex traditis per glo. & Doct. ibi, variè ab Scriben. intelligi: Nam reſpondeo, quòd prædictus Aldrici intellectus verus, & meo iudicio, receptior eſt; alij verò intellectus ſunt diuinatorij, & à mente I.C. omnino alieni. Nam primus, & ſecundus intellectus glo. ibi volentes text. illum loqui de ſub delegato delegati ad vniuerſitatem cauſarum, à quo ſecundum eos non appellatur ad delegantem, accõmodari verbis illius

Digitized by Google

omiſſis mediis, in Caſtellæ regnis, ad Principem appella re conceditur, per Regiam l. 18. tit. 23. part. 3. declarat Couarru. vbi ſuprà, qui tradit, quòd licet de iure regio, vel alio legitimo titulo, domini oppidorum ius habeant primarum appellationum, ſubditi tamen poterunt ad Regem eiuſq; curiam liberè appellare, & ita paſſim in praxi ſeruari teſtatur, & ad hoc inducit Regiam l. 14. tit. 16. lib. 3. ordina. & l. j. tit. j. eod. lib. Quod apud Gallos, & Neapolitanos receptum eſſe, poſt alios adducit. Alias plures limitationes proſequuntur Abb. & Docto. in d. c. dilecti, quos videre poteris. Circa ſecundum du
7 bium dicendum † eſt, quòd à delegato appellatur ad delegantem, l. Imperatores ff. de appella. l. j. in princ. & l. fi. ff. quis & à quo appelle. l. præcipimus §. ad hæc C. de appella. authen. de appella. & intra quæ tempo. §. illo videlicet: & hæc regula in ſimplici delegato ſpecialiter, aut generaliter dato, receptiſſima ab omnibus eſt. Sed
8 an locum ſibi vendicet in delegato † ad vniuerſitatē cauſarum art. controuerſus eſt, & idem oīno eſſe ēt in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, communiter Doct. obſeruant. Primò per prædicta iura, quæ in delegato generaliter loquuntur, vnde videtur dicendum, quòd cōprehendat delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, qui proculdubio delegatus eſt, vt bene adnotauit Alex. in l. more nu. 25. ff. de iuriſdicti. omni. iudi. qui improbat glo. in c. ſtatutum in verbo, moderatas, de reſcrip. in 6. quæ dicebat minus bene quod eſt ordinarius. Secundò huic opini. patrocinatur tex. in d. l. j. in princ. & l. fi. ff. quis & à quo. eum ponderando, quòd ſecundum cōem opin. verbum, iudex datus, non ſolùm comprehendit ſimplicem delegatum, ſed etiam delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, vt ſupra, in cap. 15. adduximus. Nec oberit

Digitized by Google

prædicta l.1.§.fi.ff.quis & à quo appelle.cui text.occurrunt Docto. dicendo, quòd patitur plures intellectus, & ideo non poteſt in eo fieri fundamentum, per Bart. receptam doctrinam in l.in ambiguo. ff. de rebus dubi. Verum his non obſtantibus, contraria ſententia uerior, & vt puto, receptior eſt: ſcilicet, quòd à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, non appellatur ad delegantem, ſed ad eius ſuperiorem: quã tenet Aldricus doctor antiquus, quem refert gloſſ. in d.§. fin.in 3.intellectu, vbi eam ſequitur Cynus, Cuma. Bartho. Socin. numero 10. eam amplectitur Purpu. Niger nu.4. Corraſi. Bellarmatus nu.13. in rub. ff.de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. Longo. in repeti. l.imperium numer.21.ff.de iuriſdictio.omni.iud. Alci. in lib.2.parado. cap. 5. & in rub. extra de offi. ordi. Specula. vbi ſupra & Hoſti. in ſumma §.4. circa finem verſi. ſi à delegato. Ruber. Maran. de ordi.iudi. fol.260.nu.72. Couarru.in lib.3. vari.reſolu. cap. vltimo nu. 11. & alij quos in ca. 15.ſupra adduximus, qui omnes hoc affirmant, per tex. in d.§.fi.l.1. ff.quis & à quo appelle. vbi ab habente mãdatam iuriſdictionem, non appellatur ad mandantem, ſed ad eius ſuperiorem: & omnes volunt, eum dici habere mãdatam iuriſdictionem, qui eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Nec oberit dicere, text. illum,
9 † ut conſtat ex traditis per glo. & Docto. ibi, variè ab Scriben. intelligi: Nam reſpondeo, quòd prædictus Aldrici intellectus verus, & meo iudicio, receptior eſt; alij verò intellectus ſunt diuinatorij, & à mente I.C. omnino alieni. Nam primus, & ſecundus intellectus glo. ibi volentes text. illum loqui de ſub delegato delegati ad vniuerſitatem cauſarum, à quo ſecundum eos non appellatur ad delegantem, accõmodari verbis illius

Digitized by Google

lius text. non poſſunt, cùm nullum verbum ibi, nec in to to titulo, de ſubdelegato reperiatur. Et ſimiliter tollitur aliorum intellectus aſſerentium, tex. illum agere de ſub delegato Principis, imo prædicti intellectus nec in ſe veri ſunt, nam à ſubdelegato appellatur ad ſubdelegan tem indiſtinctè de iure ciuili, per text. in l. vnica in fine. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. dare dari ue po. ſecundum magis veram lectu. vt infra dicetur. Rurſus eodem mo do occurritur intellectui Bar. ibi in ſummario affirman tis, tex. illum loqui in vicario à Iudice ordinario conſti tuto, cui mandata erat iuriſdictio, à quo non poteſt ap pellari ad ordinarium mandantem iuriſdictionem, ſed ad eius ſuperiorem. Qui Bar. intellectus, licet in ſe ve rus ſit, congruatq; iuris vtriuſque rationibus, quòd à Vi cario non appelletur ad ordinarium, cùm conſtituat vnum & idem tribunal, c. 2. de conſuetu. in 6. c. Roma na de appella. eo. lib. improbatur tamen per Scriben. in
10 d. l. 1. vbi Bartho. Soci. eum reprobat, † hac conſidera tione, quia in iure ciuili non reperitur Vicarius, aucto ritate ſui ordinarij, ſed ſui ſuperioris conſtitutus, per l. 1. & 2. C. de offi. eius qui vicem alte. ge. & per l. vnicam C. ſi quacunque prædi. poteſta. vbi Sali. adnotauit, ſo lus etenim Præfectus prætorio, ſecundum eos, Vicarios conſtituebat l. 1. §. à Præfectis ff. de leg. 3. in quo eſt ſpe ciale, quòd ad ipſum Præfectum, propter eius ſummam dignitatem appelletur, l. à Proconſulibus C. de appel lati. Sed defendi poteſt iſte Bart. intellectus, quoniam non eſt verum, quòd plures Docto. pro certo ſcriptum relinquunt, ſcilicet non inueniri Vicarium de iure ciuili ab ordinario conſtitutum, nam contrarium colligitur ex d. l. præcipimus §. 1. ibi, Vicarijs, iuncta ſua glo. C. de appellati. & ex l. ſciendum §. legati ff. delegati. & ex ti-

tulo.

tulo ff. de offi. Proconſ. & lega. nam legatus Proconſulis, proculdubio vicaria Proconſulis vtebatur poteſtate, & negari non poteſt, quod ſaltem tempore neceſſitatis permiſſum erat de iure ciuili magnis magiſtratibus, ut Præſidibus, Vicarios ſibi conſtituere, vt bene colligitur ex traditis ab Alex. in d. rub. ff. de offi. eius, & ex authẽ. de collato. §. ad hæc prohibemus. Verum hic Bart. intellectus allegatione mihi diſplicet, nempe quoniam nimis reſtringit illius tex. deciſionem, qui generaliter in habente mandatam iuriſdictionem loquitur. Præterea nullum verbum ibi de Vicario reperitur, vnde concludendum eſt, verum eſſe Aldri. intellectum, quòd loquatur in habente mandatam iuriſdictionem, hoc eſt in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, à quo non appellatur ad mandantem, ſed ad ſuperiorem delegantis. Secundò hæc ſententia probatur per d. c. 2. & per d. c. Ro- [illegible]
mana, vbi à Vicario Epiſcopi non appellatur ad Epiſcopum, ſed ad eius ſuperiorem, quod non prouenit ex eo quod ſit ordinarius (pro vt Scriben. malè volunt, vt in ſequenti cap. latius oſtendam) ſed quia eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Tertiò huic ſententiæ ſuffragatur d. l. præcipimus §. 1. ubi dicitur iuncta gloſſ. ex poſitione, quòd à Proconſule, & ab Auguſtali, & à Comite orientis, & ab eorum vicarijs, appellatur ad Principem, & cognoſcit Præfectus Prætorio. Concludo [illegible]
igitur, verius & receptius eſſe, quòd à delegato ad uniuerſitatem cauſarum, non appellatur ad delegantem, ſed ad eius ſuperiorem, & in hoc differt ab ſpeciali delegato, cuius ratio redditur in d. c. Romana, nempe quia vnum & idem tribunal cenſetur: nam quod ibi dicitur
11 de vicario Epiſcopi, idem dicendũ eſt in quolibet † alio delegato ad uniuerſitatem cauſarum, ut colligitur ex

traditis

traditis à Rober. Maran. de ordi. iudi. fol. 260. num. 72, vbi poſt Bal. in l. cùm ſententiam C. de ſenten. affirmat quòd delegatus ad vniuerſitatem cauſarum debet ferre ſententiã in loco ſolito ſui delegantis, licet ſecus ſit in ſimplici delegato, vnde conſtat quòd eſt idem tribunal, quod uoluit gl. in c. ſtatutum §. inſuper in uerbo moderatas, de reſcrip. in 6. ut in ſequenti c. explicauimus. Secundam rationem adducit gl. in d. c. 2. de conſu. in 6. videlicet, quia appellatio eſt de minori Iudice ad maiorem prouocatio, ſed in prædicto delegato ad uniuerſitatem cauſarum, non appellatur ad maiorem, ſed ad parem ſeu eundem. Tertia ratio eſt, quam tradit Aldri. & ſequaces, nempe quia ille qui uniuerſitatem cauſarum mandat, totum exercitiũ ab ſe abdicauit, l. ſolet, & l. Prætor ff. de iuriſdi. omni. iudi. Et ex hac reſolutio-
12 ne † primò infero, quòd à Vicario Epiſcopi non appellatur ad Epiſcopum, ſed ad eius ſuperiorem, ut in d. c. 2. & in d. c. Romana, cum ſit delegatus ad uniuerſitatem cauſarum. Secundò infero, quòd à Vicario, etiam de iure ciuili appellatur, non ad ordinarium mandantem iuriſdictionem, cuius uicem gerit, ſed ad eius ſuperiorẽ, Bart. in d. §. fi. Salice. in l. unica uerſ. quarto ultimò. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. & eſt tex. rectè intellectus in d. l. præcipimus §. 1. & l. additos in fine C. de appellat. Tertiò
13 infero, quòd à legato Proconſulis † non appellatur ad Proconſulem (prout aliqui malè putant) ſed ad eius ſuperiorem, per d. l. præcipimus, & per d. §. fin. l. 1. ff. quis & à quo appel. Nec oberit l. appellari eiuſdem titu. vt inferius dicemus. Quartò infero, quòd à Vicelegato nõ debet appellari ad legatum de latere, ſed ad eius ſuperiorem, hoc eſt ad Papam, quia legato Proconſulis, & Vicario Epiſcopi æquiparatur, ut ſupra in c. 17. latè expoſuimus.

poſuimus. Quintò infero, quod à Locumtenente Cor rectoris ciuitatis, ī Hiſpania nō debet appellari ad cor rectorē, quia aſſimilatur Epiſcopi Vicario, ut docet d. Couar. in lib. 3. uari. reſolut. cap. ultimo. Sextò infero,
14 quòd à iudice † per dominum alicuius uillæ, uel oppidi conſtituto ad audiendum appellationum cauſas, non appellatur ad dominum, ſed ad eius ſuperiorem, hoc eſt ad Principem, ut ſecurè concludit d. Couar. pract.
15 q. c. 4. num. 7. verſ. quarta concluſio. Septimò † infero, quòd à Vicario, ſeu Locūtenente domini alicuius oppi di uel villæ (qui uulgò in Hiſpania Alcalde maior ap pellatur) non debet appellari ad dominum, ſed ad Re. gem eius ſuperiorem, per prædictas rationes, & fun - damenta. quod uoluit d. Couar. in. d. c. 4. num. 6. decla rans verum eſſe, quando non habet dominus ille ius cognoſcendi de cauſis appellationum ex iure ſpecia- li, uel priuilegio: item declarat locum ſibi uendicare, quando Vicarius ille, ſeu Alcalde, arbitrio ſuo conſti- tuitur, & reuocatur, ſecus tamen eſſe, quādo iudices lo ci à populo eliguntur, & à domino confirmantur, qui cognoſcunt de prima inſtantia, & Alcaldes ordinarij appellantur, & proculdubio ordinarij iudices ſunt, & dici poſſunt Vicarij nati, & non creati, ut de Archidia- cono in ſequenti capite dicemus. Vnde in his duobus caſibus, ab his ad dominum pòterit appellari, ut ipſe
16 Couar. bene concludit. Hæc tamen regula, † quòd à delegato ad uniuerſitatem cauſarum non appelletur ad delegantem, ſed ad eius ſuperiorem, recipit plures declarationes. Et prima declaratio eſt, quòd prædi- cta regula locum habet in delegato ad totam iuriſ- dictionem, ſecus tamen eſt in delegato ad partem iuriſdictionis, qui licet delegatus ad uniuerſitatem

NNN cauſarum

cauſarum dicatur, Pau.& Alexa. in l.ſolet.ff.de iuriſdictio.omn.iud.Abb.in c.cauſam matrimonij,& nu.7.ubi Dec.nu.34.extra de offi. deleg. ab eo tamen appellatur ad delegantem.Ex quo infero, quòd à Vicario conſtituto ab Epiſ.in aliqua parte ſuæ diœceſis, qui Ruralis,ſeu Foraneus dicitur, appellatur ad Epiſcopum,gl. recepta in clem. 2.de reſcriptis in verbo, Foraneo. Secundò infero, quòd ſi iudex ordinarius delegaſſet alicui omnes cauſas mutui vertentes in tali caſtro, quòd quamuis iſte dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum,ut prædicti Doc.tradunt, nihilominus ab eo appellabitur ad delegantē,nā in eo ceſſant prædictæ omnes rationes,quoniam non cenſetur idem tribunal,nec delegans abdicauit à ſe exercitium iuriſdictionis, nec appellatio facta eſt à minore ad maius, & iſte non eſt quaſi ordinarius, ſicut ille,qui ad oēm iuriſdictionē eſt

17 eſt legatus.Secūdò† limitatur non habere locum in delegato Principis, à quo appellatur, ſeruata diſtinctione,de qua in l.præcipimus.† §.huic.C.de appellati.vbi conſtitutum eſt;quòd quando Princeps delegauit perſonæ non illuſtri, ab eo appelletur ad Principem, ſed hodie non cognoſcit Princeps propter eius occupationes,ſed Præfectus prætorio,& quæſtor. Si verò delegauit illuſtri, ab eo appellatur ad Principem, & cognoſcitur per conſultationem, qui tex. ſecundùm glo. ibi,in uerbo,antiquo,corrigitur per Auth. de appell.& intra quæ temp.§.illo,coll. 4.vbi & gl.adnotauit. Ter-

18 tiò limitatur,† locum non habere in Vicario, ſeu delegato Præfecti prætorio, à quo propter Præfecti prætorio inſignem dignitatē ad ipſum appellatur,l.à Proconſulibus.C. de appella. quem ita intelligit Alexan. in d.Rub.ff.de officio eius. cui man.eſt iuriſdi. Quartò limita-

19 limitatur† locum non habere in legato Proconſulis, quando mulctam indixit, quo caſu proconſul pôt cognoſcere de iniquitate eius, l. appellari, ſecundo reſpõſo. ff. quis & à quo appelle. declarat tamen Fulg. ibi, de iniquitate mulctæ Proconſulem cognoſcere per uiam querelæ, arg. l. fin. ff. à quibus appel. nõ licet. Quod ego verum puto, quando mulcta eſſet iniqua, vel modum à lege ſtatutum excederet, per l. certe. C. de appell. & l. fi. in prin. C. de modo mulcta. vel ex cauſa paupertatis, per l. illicitas. §. fi. ff. de offi. Præſi. & d. l. fi. in fi. Nam in his caſibus ſine appellatione poterit iudex mulctam à ſe indictam moderare. Vnde ſicut Proconſul mulctã à ſe indictam poteſt corrigere, ſimiliter & mulctam à ſuo Vicario, ſeu Legato impoſitam. Ex quo ego nouiter infero, quòd Epiſcopus, vel alius iudex ordinarius, poterit mulctam à ſuo Vicario indictam corrigere, qñ eſſet iniqua, uel modum à lege ſtatutũ excederet, aut ex cauſa paupertatis, aliàs autem regulariter à mulcta appellatur, l. & in mulctis. ff. de appell. l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign. nec poterit moderari, ſi modum non exceſſerit legitimum, vel ſi facultates non deficiunt, vt in d. l. fi. in fi. & in d. §. fi. Aduerte tamẽ, quòd licèt Proconſul cognoſcere poſsit de iniquitate mulctæ à ſuo legato indictæ, non tamen à legati ſententia regulariter ad Proconſulem appellatur, ſed ad eius ſuperiorẽ, vt bene probatur in d. l. præcipimus. §. 1. C. de appel. itaque d. l. appellari, loquitur in caſu ſpeciali. Circa ter-
20 tium dubium, ad quem ſit appellandum† à ſubdelegato, ita Legiſtæ reſoluunt Doc. Aut loquimur in ſubdelegato à delegato iudicis ordinarij inferioris à Principe, cui licet vnam cauſam ſubdelegare, ſi eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ut concludit Iaſon, poſt

Digitized by Google

Scrib.in l.à iudice,num. 8. verſi. ſecundò fallit. C.de iudi. & ab hoc ſubdelegato non appellatur ad delegatū ſubdelegantem, ſed ad ordinarium primò delegantem, prout voluit glo.in l.vnica. C. qui pro ſua iuriſdi. iud.da. dariue poſſ.vbi Alb.Bar.Ang.Sal.Pau.num. 1. & in fine;idem Ang.in l.fin.in fi.C.de iudi.Inno.in cap. ſuper quæſtionum.§.porrò,num.6. extra de offic. deleg. per tex.& ibi glo.in primo intellectu,& Bart.notat in l. 1.§.fi.ff. quis,& à quo appel. Aut loquimur in ſubdelegato à delegato Principis, cui proculdubio permittitur ſubdelegare, vt manifeſtè cōſtat ex l.à iudice. C.de iud. & ex d. l.vnica.& ex d.§.porrò.& ex c.fi.eo. tit.& ab eo appellatur ad delegatum ſubdelegantem. Ita concludunt ſupradicti Doct.per tex.in d.l.vnica, ſecundum magis receptam illius tex. lecturam dicentē,
21 ad eos.Quod † eſt vſq; adeo verū, quòd à ſubdelegato delegati Principis appellatur ad delegatum ſubdelegantem, vt quamuis aliàs conſiderari ſolet in hac materia, an perſona, à qua appellatur ſit illuſtris, vel ſpectabilis,& an cauſa de qua agitur ſit magna,vel parua,iuxta l. præcipimus.§.huic,& l.in offerendis. C. de appell.& Auth.de appella.& intra quæ tempo. §.illud & §.illo,col.4. tamen prædicta appellatio à ſubdelegato procedit, nulla habita differentia perſonarum, vel cauſarum.Et ita nouè intelligo d.l.vnicam,in illis verbis.nullo perſonarum cauſarumue habito tractatu,appellationum ad eos iure iudicia remanebunt: quibus torquentur ſcribentes, & falsò putant ibi agi de cauſis meri,& mixti imperij,quod longè alienum eſt à verbis,& mente Imperatorum ibi,prout ſupra in c. 19. la-
22 tius oſtendimus.Aduerte † tamen,quòd ab arbitro electo loco delegati à principe recuſati, appellatur ad

Prin-

Principem, l. fi. & ibi notat Angel. C. de iudi. Sal. in d. l.
23 vnica. Supradicta autem de ſubdelegato† Principis, lo cum ſibi vendicant indiſtinctè de iure ciuili, ſecundum unam opinio. glo. in d. §. porrò, in verbo. ad eum, quam aliqui ſequuntur Doct. qui volunt, de iure cano. ſeruari diſtinctionem, de qua in d. §. porrò: ſcilicet quòd quando in ſubdelegatum non traſnfertur tota iuriſdictio, ſed delegatus Principis aliquid ſibi reſeruauit, appellatur ad eum. aliàs autem, quando tota iuriſdictio translata fuit, à ſubdelegato, non appellatur ad delegatum ſubdelegantem, ſed ad Principem. Tu verò in hoc articulo teneas, nullum eſſe diſcrimen inter ius ciuile, & canonicum: Sed d. l. vnicam reducendam eſſe ad diſtinctionem, de qua in d. §. porrò: quod voluit gloſſ. in d. §. porrò, in verbo, ad eum, in prima opin. & ibi eam ſequitur Ant. in uerſic. tertio, Imo. num. 19. Abb. num. 4. Barb. num. 13. & commu. Scrib. Fulgo. & Paul. Caſtren. in d. l. vnica, qui Fulgoſ. vult, quòd lectura, ad eos, dictæ l. vnicæ procedit, quando aliquid reſeruauit delegatus: lectura uerò ad nos, quando totam iuriſdictionem ſub delegauit. Nec obſtat ratio differentiæ, quam voluit aſſignare Petrus de Bellaperti. in d. l. vnica, inter ius ciuile & canonicum, nempè quia de iure ciuili non poteſt delegatus à ſe totam addicare iuriſdictionem, per l. legatus. ff. de offi. Præſi. Nam ad hoc reſpõdet. gl. in d. §. porrò, quòd tex. ille loquitur in iudice ordinario, non aũt in delegato: imò qđ plus eſt pdicta diſtĩctio, nõ ſolũ locũ hẽt de iure canonico, & ciuili, ĩ ſubdelegato à delegato Principis, uerũ ĩ ſubdelegato quolibet, ab alio delegato, gl. & Doc. can. ſ. cit. & eſt cõis teſte Imo. ibi, nu. 21. uerſ. ĩ gl. nõ ad eũ. & ꝙ eã renẽt decretiſtæ aſſerit Bart. in d. §. fi.

argu.

arg.d.§.porrò,& d.l.unicæ.Nec oberit tex.in d.§. fin. l.1.ff.quis & à quo appelletur,nam ſicut ſupra dictum eſt,ille tex.nõ loquitur in ſubdelegato,uel intelligitur per d.§. porrò qñ tota iuriſdictio delegata eſt.Et hanc opi.quòd à ſubdelegato delegati alterius ordinarij appelletur ad ſubdelegantẽ,tenet Spec.in tit.de appel.§. nunc tractenus ad quem ſit appellandum, uerſ. porrò nu.7. Vnde non ſolùm à ſubdelegato delegati Principis appellatur ad delegatum, ſubdelegantem, ſed etiã à ſubdelegato delegati ad uniuerſitatem cauſarum. Imò ego addo, idem ẽt eſſe iu ſubdelegato à ſimplici delegato in caſu ĩ quo ſibi permittitur ſubdelegare; ueluti qñ ab ordinario ei conceſſa eſt poteſtas ſubdelegandi:nam tunc ſecundũ cõem ſententiã poterit ſubdelegare, teſte Iaſ.in l. à iudice, nu. 8. C. de iudi.Pro quo urget tex.in d.l.1.in prin.& in l.fi.ff.quis,& à quo appel. & alia iura dicẽtia,quod à delegato appellatur ad delegãtem;nam ſimiliter uidetur dicendum, quòd à ſubdelegato appellatur ad ſubdelegantẽ nõ omiſſo medio,& faciunt ea,quæ prædiximus, quòd gradatim eſt facienda appellatio. Vnde concludo quòd utroq; iure à quocũq; ſubdelegato appellatur ſecundũ diſtinctionẽ.d.§.porrò,quod uerius puto. Vnũ tñ pro complemento huius articuli eſt multum notandum, quòd
24 licèt uerum ſit, quòd de iure canonico appellatur ad Summum Pontificẽ,omiſſo medio, ut ſupra cõcluſum eſt,hoc tñ fallit ĩ ſubdelegato delegati Prĩcipis, à quo debet appellari ad ſubdelegantem,nec ualet appellatio ad Papam,omiſſo medio,de quo eſt tex. ſingularis in d.§.porro,quem ad hoc notant ibi Io. de Imol. Barba.Fel.& cõiter Doc.Feli. tñ adducit plures caſus, in quibus à ſubdelegato delegati Principis, omiſſo dele-

gato

25 gato, pōt ad Papam appellari, quē vide. Ad quē † aū ſit appellandum à Rectore alicui collegij, vel artis vide latè per Abb. in rub. extra de appel. nu. 11. & per Fel. ibi nu. 9. & per Barth. Bolog. in repe. Auth. habita. C. ne filius pro patre, nu. 354. cum ſeq. Supradictis tñ
26 eſt adijciendum, † quòd ſi vacat officiū appellationis, appellatur ad priores ciuitatis, Lud. Rom. in rep. Rub. ff. de arb. nu. 50. Alex. in conſ. 68. Bar. in l. vbi abſentis. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. pro quo adducunt Auth. vt nulli iud. §. hoc peruenit, ibi, Primatibus ciuitatum, quod intelligunt verum eſſe, quando ciuitas haberet merū imperiū, & facit quod tradit Fel. in rub. nu. 7. ext. de appell. dicens, quòd ſi in ciuitate non ſit iudex recurretur ad decuriones, non autem ad iudicem eccleſiaſticum contra Inn. in c. ſignificantibus, de off. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius dicitur omnis, qui vicem alterius gerit.*
2 *Seruus aliquando appellatur Vicarius.*
3 *Delegatus quilibet dicitur Vicarius.*
4 *Vicem gerens, & vicarius idem ſunt largè loquendo, ſecus ſtrictè.*
5 *Vicarius ſtrictè loquendo eſt, qui conſtituitur ab ordinario, vt eius vices gerat, & nu. 23.*
6 *Vicem gerens eſt, qui conſtituitur à ſuperiori, vt à Principe, qui poteſtatem creandi iudices ordinarios habet, & nu. 18. & 24.*
7 *Legatus Proconſulis, Vicelegati, Locumtenentes, largo modo vicem gerentes, & ſtricte Vicarij poſſunt appellari.*
8 *Vicarius natus eſt ordinarius, & nu. 19.*
9 *Vicarius creatus ſpecialiter, vt eſt foraneus, ſeu ruralis, procul dubio eſt delegatus.*
10 *Vicarius creatus generalis, an ſit ordinarius.*
11 *Vicario conuenit definitio delegati, & non ordinarij iudicis.*

Vicarium

arg.d.§ porrò,& d.l.unicæ.Nec oberit tex.in d.§. fin. l.1.ff.quis & à quo appelletur,nam ſicut ſupra dictum eſt,ille tex.nõ loquitur in ſubdelegato,uel intelligitur per d.§. porrò qñ tota iuriſdictio delegata eſt.Et hanc opi.quòd à ſubdelegato delegati alterius ordinarij appelletur ad ſubdelegantẽ,tenet Spec.in tit.de appel.§. nunc tractenus ad quem ſit appellandum, uerſ. porrò nu.7. Vnde non ſolùm à ſubdelegato delegati Principis appellatur ad delegatum ſubdelegantem, ſed etiã à ſubdelegato delegati ad uniuerſitatem cauſarum. Imò ego addo, idem ẽt eſſe iu ſubdelegato à ſimplici delegato in caſu ĩ quo ſibi permittitur ſubdelegare; ue luti qñ ab ordinario ei conceſſa eſt poteſtas ſubdelegandi:nam tunc ſecundũ cõem ſententiã poterit ſubdelegare, teſte Iaſ.in l. à iudice, nu. 8. C. de iudi.Pro quo urget tex.in d.l.1.in prin.& in l.fi.ff.quis,& à quo appel. & alia iura dicẽtia,quod à delegato appellatur ad delegãtem;nam ſimiliter uidetur dicendum, quòd à ſubdelegato appellatur ad ſubdelegantẽ nõ omiſſo medio,& faciunt ea,quæ prædiximus, quòd gradatim eſt facienda appellatio. Vnde concludo quòd utroq; iure à quocũq; ſubdelegato appellatur ſecundũ diſtinctionẽ.d.§.porrò,quod uerius puto.Vnũ tñ pro complemento huius articuli eſt multum notandum, quòd
24 licèt uerum ſit, quòd de iure canonico appellatur ad Summum Pontificẽ,omiſſo medio, ut ſupra cõcluſum eſt,hoc tñ fallit ĩ ſubdelegato delegati Prĩcipis, à quo debet appellari ad ſubdelegantem,nec ualet appellatio ad Papam,omiſſo medio,de quo eſt tex. ſingularis in d.§,porro,quem ad hoc notant ibi Io. de Imol. Barba.Fel.& cõiter Doc.Feli. tñ adducit plures caſus, in quibus à ſubdelegato delegati Principis, omiſſo dele-

 gato

25 gato, pōt ad Papam appellari, quē vide. Ad quē † aū ſit appellandum à Rectore alicui collegij, vel artis vide latè per Abb. in rub. extra de appel. nu. 11. & per Fel. ibi nu. 9. & per Barth. Bolog. in repe. Auth. habita. C. ne filius pro patre, nu. 354. cum ſeq. Supradictis tñ
26 eſt adijciendum, † quòd ſi vacat officiū appellationis, appellatur ad priores ciuitatis, Lud. Rom. in rep. Rub. ff. de arb. nu. 50. Alex. in conſ. 68. Bar. in l. vbi abſentis. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. pro quo adducunt Auth. vt nulli iud. §. hoc peruenit, ibi, Primatibus ciuitatum, quod intelligunt verum eſſe, quando ciuitas haberet merū imperiū, & facit quod tradit Fel. in rub. nu. 7. ext. de appell. dicens, quòd ſi in ciuitate non ſit iudex recurretur ad decuriones, non autem ad iudicem eccleſiaſticum contra Inn. in c. ſignificantibus, de off. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius dicitur omnis, qui vicem alterius gerit.*
2 *Seruus aliquando appellatur Vicarius.*
3 *Delegatus quilibet dicitur Vicarius.*
4 *Vicem gerens, & vicarius idem ſunt largè loquendo, ſecus ſtrictè.*
5 *Vicarius ſtrictè loquendo eſt, qui conſtituitur ab ordinario, vt eius vices gerat, & nu. 23.*
6 *Vicem gerens eſt, qui conſtituitur à ſuperiori, vt à Principe, qui poteſtatem creandi iudices ordinarios habet, & nu. 18. & 24.*
7 *Legatus Proconſulis, Vicelegati, Locumtenentes, largo modo vicem gerentes, & ſtrictè Vicarij poſſunt appellari.*
8 *Vicarius natus eſt ordinarius, & nu. 19.*
9 *Vicarius creatus ſpecialiter, vt eſt foraneus, ſeu ruralis, proculdubio eſt delegatus.*
10 *Vicarius creatus generalis, an ſit ordinarius.*
11 *Vicario conuenit definitio delegati, & non ordinarij iudicis.*

Vicarium

Digitized by Google

12 *Vicarius habet effectus delegati, et non ordinarij, nam arbitrio Epiſcopi conſtituitur, & reuocatur, morte eius iuriſdictio finitur, alium Vicarium non poteſt facere.*
13 *Ordinarius iudex non poteſt facere alium ordinarium.*
14 *Epiſcopus maiorum poteſtatem habet, quàm Vicarius eius.*
15 *Appellatur à Vicario ad ſuperiorem Epiſcopi, quia Vicarius eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.*
16 *Tribunal Epiſcopi, & eius Vicarij quomodo ſit idem.*
17 *Vicarius habet officium ex conſcientia Canonis, & non eſt ordinarius.*
20 ***Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non eſt ordinarius, ſed quaſi ordinarius.***
21 ***Cauſæ meri imperij ſunt indelegabiles de iure ciuili, licet de iure canonico non.***
22 ***Differentiam, quam tradunt aliqui Docto. inter Vicarium, & delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, non eſſe veram.***

De Vicarijs, & an Epiſcopi Vicarius generalis ſit iudex ordinarius, an verò delegatus?

Cap. XXVII.

1 VIcarij nomen generale eſt † comprehendẽs quem libet, qui uicẽ alterius gerit, l. Vicarius. ff. de legati. Et hinc eſt, quòd
2 ſeruus† aliquando Vicarius appellatur l. ſi ſeruus meus. ff. de pec. l. Stichus habet. ff. de pec. lega. Præterea qui uicem Rectoris alicuius Eccleſiæ gerit, Vicarius Eccleſiæ dicitur, ut colligitur ex c. poſtulaſti, de reſc. & ex c. G. perpetuus extra
3 de fide inſtrumen. Rurſus quilibet † delegatus ſiue ad uniuerſitatem cauſarũ ſit, aut ſpecialis ad unã cauſam Vicarius appellatur, cùm uicẽ alterius gerat, l. ſolet. ff. de iuriſdic. omn. iud. l. et ſi Prætor. ff. de officio eius cui manda

manda.eſt iuriſdi.c.ſanè 2. extra de offi.delega.c.Paſto-
4 ralis extra de offi.ordi. Nam † vicemgerens, & Vica-
rius idem ſunt,c.1.de offi.vica.lib.6.vbi Vicarius vicem
gerens appellatur,quod ratio uocabuli ſatis ſuadet.Sed
tu aduerte verum eſſe,quòd Vicarius, & vicemgerens
idem ſunt,largè loquendo, nam aliquando confundun
5 tur: ſed ſtrictè loquendo, differunt: † & Vicarius dici-
tur qui conſtituitur ab ordinario, vt gerat eius vices in
eodē loco,& tribunali,pro quo eſt text. in l.præcipimus
C.de appella.§.1.l.ſciendum.§.legati Vicarios. ff.de le
6 gati. Vicem † gerēs verò appellatur, qui conſtituitur à
ſuperiori, vt à Principe,populo,vniuerſitate,vel Præfe
cto Prætorio, vt vices ordinarij abſentis, vel mortui ge-
rat,l.1.& 2.C.de officio eius qui vicem alte.gerit.Hanc
differentiam tradit Iaco.Mandi.Albe.in repe. rub. ff.de
offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.nu.8. poſt Paul. in l. 2.ff.
eod.& Bart.in l.1.in fine ff.qui & à qui. idem Bart.in l.ſi
filius ff.de legati.Quod ego intelligo verum eſſe in ſu-
periore, qui poteſtatem creandi ordinarium iudicem
habet,vt ex prædictis exemplis apparet: quod eſt no-
tandum contra glo. in d.l.2.C.de offi. eius qui vicem al-
terius ge. & contra plures Docto. tenentes, Vicemge-
rentē etiam eſſe,qui ab ordinario in loco abſentis ſubſti
7 tuitur,quod verū,ſtrictè loquendo non eſt.Ex † quibus
infertur,quòd Legatus Proconſulis,& Locumtenentes
correctorum ciuitatum,& Vicelegati poſſunt,largè lo-
quendo Vicemgerentes,& ſtrictè Vicarij appellari. Ex
communi tamen vſu loquendi,cum de Vicario fit men-
tio,de Vicario Epiſcopi intelligimus. Sed articulus du
bius eſt, vtrum iſte Epiſcopi Vicarius ſit iudex ordina-
rius, an delegatus: pro cuius declaratione præmitto,
quòd Vicariorum Epiſcopi alij nati, alij verò creati di-

8 cuntur: Vicarij † nati ſunt, qui cum aliqua dignitate naſcuntur, & eo ipſo quòd dignitatem conſequuntur, Vicarij Epiſcopi ipſo iure efficiuntur, quia dignitas huiuſmodi Vicariatum anexum habet, quales ſunt Archidiaconus, Archipresbiter, tex. in c. perlectis 25. diſtin. & in c. 1. & in c. ad hæc de offi. Archidi. & in c. 1. de offic. Archipresbi. & de his non eſt noſtra diſputatio, nam pro certo teneo, quòd ordinarij, & non delegati ſint: licet de hoc ſolet dubitari, vt conſtat ex traditis ab Auguſt.
9 Bero. in rub. extra de offi. delega. nu. 8. Creati † autem Vicarij ſunt, qui arbitrio Epiſcopi creantur, & reuocantur, iuxta tex. & quod ibi notat glo. in c. ad hæc extra de offi. Vica. & in c. licet de offic. Vica. in 6. & in c. 2. de offi. ordi. notat Bero. vbi ſupra nu. 14. & Bart. in l. ſolent. ff. de offic. Proconſu. Præterea Vicariorum creatorum Epiſcopi, quidam generales totius diocesis, quidam ſpeciales ſunt. Speciales Vicarij dicuntur, qui in parte iuriſdictionis conſtituti ſunt, qui Vicarij Rurales, & Foranei appellantur: nec de his hic agendum erit, quia veriſſimum, & receptiſſimum eſt, delegatos, & non ordinarios eſſe, ut ſecurè tradit glo. recepta in Clem. 2. de reſcriptis, Feli. in d. rubr. extra de offic. delega. col. fin. vbi & Bero. Alexan. in Rubr. ff. de offi. eius. num. 17. Iaco. Man. Albe. num. 10. Et ita difficultas remanet
10 † in Vicario Epiſcopi totius diocesis generali, vtrũ ſit ordinarius, an delegatus. His præhabitis, quòd Vicarius Epiſcopi generalis ſit ordinarius iudex, receptiſsimum communiter eſt, & tenet gloſſ. in d. c. Romana in prin. de appe. in 6. in verbo generaliter, & in c. perlectis 25. diſtin. ubi Scrib. Antiqui, & Moderni, Docto. in rub. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuris. vbi Alberi. & Alexan. nu. 15. Iaſ. nu. 2. Patavi. nu. 34. cum ſeq. Iaco. Mãde. Albe.

Albe.num.10. Goza.num.42. Calæfa.nu.47. Bar. & Angel.in l. præcipimus C.de appella. Moder. in rub.de officio.delega.vbi Deci.nu.3.& Bero. Couarr.vari.reſolu. lib.3.c. ulti.nu.4. Quæ opi. primo conſtare apertè Doctori.videtur ex c.2.de conſuetu. in 6.& ex d.c. Romana de appella. eo. lib.ubi habetur, quòd à ſententia Vicarij Epiſcopi, non appellatur ad ipſum Epiſcopum, ſed ad Epiſcopi ſuperiorem, cùm unum & idem ſit tribunal Vicarij, & Epiſcopi. Quæ iura pro Docto. ſententia dupliciter expendo, primo in eo quòd dicunt, non appellari Epiſcopum, nam ſi Epiſcopi delegatus eſſet eius Vicarius, ſuccederet regula.l.1.in princ.& l.fin.ff. quis & à quo appelle.& l.Imperatores.ff.de appella. videlicet, quòd à delegato appellatur ad delegantem. Secundò conſidero illa iura, inquantum volunt, unum & idem tribunal eſſe, nam cùm Epiſcopus ſit ordinarius (ut patet ex titulo de offi. ordina.) idem uidetur dicendum in Vicario, qui idem tribunal habet. Vnde Paul. Caſtren. in l.2.nu.3.& 4. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. quem refert, & ſequitur Calæfa. in repe. rub. eiuſdem titu.num. 48. conſtituit differentiam inter delegatum ad uniuerſitatem cauſarum, & Vicarium: dicens quòd Vicarius eſt ille, qui ſedet in eodem tribunali cũ ordinario, delegatus verò ad uniuerſitatem cauſarum non ſedet in eodem tribunali, qui ponit exemplum delegati ad uniuerſitatem cauſarum, in Vicario Foraneo Epiſcopi, & in eo delegato cui à Poteſtate commiſſæ ſunt omnes cauſæ alicuius Caſtri: quod uoluit etiam idem Paul. in l.unica. C.qui pro ſua iuriſdictio. iudi.dare dariue.poſſunt. Secundò pro hac opin. adducunt rationem, nam Vicarius Epiſcopi habet officium ex conſcientia legis, ſeu canonis, ut apparet ex rub. & ex c. li-

Digitized by Google

cet de offi.Vica.in 6.Vicarius enim creatur canone, uel conſuetudine permittente, Bero. in d. rub.num.15. & ita à Canone uel conſuetudine uidetur creatus, & per conſequens eſt ordinarius,per l.& quia,& quod glo.ibi adnotat.ff.de iuriſdictio.omni.iudi. Tertiò urget c. tua extra de offic. Vicar. ubi Vicarius Papæ eſt ordinarius. Quartò facit l.2.C.de offic.eius qui uicem alte.ger. ubi notatur, quòd Vicemgerens eſt ordinarius, & tamen Vicemgerens & Vicarius idem ſunt, ut habetur in c.1. de offic. Vica.in 6. Quintò his patrocinatur c.perlectis 25. diſtinctio. ubi Archidiaconus, & Archipresbiter ſunt Vicarij Epiſcopi, & ordinarij iudices, ut gloſſ. & Docto. concludunt. Sextò facit conſideratio,nam negari non poteſt, quin Vicarius Epiſcopi generalis, ſit ad uniuerſitatem cauſarum conſtitutus, & ſaltem delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, ſed delegatus ad uniuerſitatem cauſarum eſt ordinarius, ſecundum glo. in c.ſtatum §.inſuper,uerbo moderatas, de reſcriptis in 6. Septimò urget ratio, nam ſi eſſet delegatus non poſſet cognoſcere de cauſis criminalibus, ſeu meri Imperij, quæ ſunt regulariter indelegabiles,iuxta l.1.in princ.& §.fin.& quod ibi notant Docto.ff.de offic.eius cui mandata eſt iuriſdictio. & tamen Vicarius, ſi ei ſpecialiter committantur, poteſt eas examinare,c.licet de offi. Vica. lib. 6. Verum prædictis fundamentis non obſtantibus, contraria ſententia, meo iudicio ueriſſima eſt, ſcilicet quòd Vicarius generalis Epiſcopi ſit delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, & non ordinarius. Quam amplectitur Goffre.Doctor antiquus, quem refert glo. in d.c.Romana,in uerbo,generaliter, Specu.in titu.de appellati.§.nunc tractemus ad quem fit appellan. latè nouiſsimè And.Alcia.in rub.extra de offic. ordina.nu.24.

Quæ

Digitized by Google

11 Quæ ſententia conſtat primò ex hac ratione,† nam iu-
dex ordinarius eſt ille, qui iure proprio habet iuriſdi-
ctionem, delegatus verò qui beneficio alieno, l. more, &
quod ibi Scriben. notant ff. de iuriſdict.omn.iudi. Sed
Vicarius beneficio Epiſcopi habet iuriſdictionem, & vi-
ces eius gerit, & nihil proprium habet, vt tradit Cardi.
in Clemen.1.de offi.Vica. quem refert Goza. in d.rub.
ff.de offi. eius nu.42.vnde clarè patet quòd eſt delega-
12 tus. Secundò † hæc pars probatur per effectus, nam
Vicarius Epiſcopi habet effectus delegati, & non ordi-
narij, primus enim effectus delegati eſt, quòd Vicarius
ad libitum Epiſcopi reuocatur, Innocen. & Ioan. And.
in c.dilecto de preben.Bald.in l.ſolent. §. ſicut ff.de offi.
Proconſu.Gimi.in c.1.de offic. Vica. in 6. Phi. Fran. in
c. ut noſtrum de appella. Goza. vbi ſupra & facit c. 2.
& c.fi.de offi.Vica. in 6.ſicut delegatus ad libitum dele
gantis reuocatur, l.iudicium ſoluitur. ff.de iudi.l.ſolent.
ff.de offi. Proconſu. quod in ordinario iudice ſecus eſt:
nam ordinarius, etiam pedaneus iudex, reuocari niſi à
Principe lege, vel conſuetudine non poteſt text. in au-
then. de Defenſori.ciuita. §. iuſiurandum. Secundus
effectus eſt, quòd iuriſdictio Vicarij finitur morte Epi-
ſcopi, etiam quoad cauſas inchoatas, Archid. in c.1.in
fine de offi. Vica.in 6.Specu.in titu.de offi.ordi.§.1.ver
ſic.quid de auditoribus. Abb.in c.1.nu.5.extra vel Sede
Vacan.Alci.ubi ſupra per Clemen.fi.ubi glo.de procu-
rato.ſicut delegati iuriſdictio morte delegantis, ſaltem
re integra ſpirat: & tamen iuriſdictio iudicis ordina-
rij, cùm ſit radicata in perſona, & eam habeat iure ſuo,
non ſpirat morte conſtituentis, l. more, iuncta l.ſequen.
& quod ibi glo.& Docto.notant.ff.de iuriſdi. omn. iudi.
Rimi.Senior in rub.ff.de offi.eius. Tertius effectus eſt,
quòd

quòd Vicarius non poteſt alium ſibi Vicarium conſtitue
re, nec mandare regulariter vniuerſitatem cauſarum,
Bald. in l. aliquando ff. de offi. Proconſu. Anto. ubi & Fe
lin. in c. G. perpetuus extra de fide inſtr. Alci. vbi ſupra
pro quo vrget tex. in c. clericos extra de offic. Vica. ubi
Hoſti. & alij, ſicut delegatus nõ poteſt mandare iuriſdi
ctionem, ordinarius verò ſic, vt totum probatur in d. l.
more. Tertiò pro hac ſententia facit, nam Epiſcopus
13 † eſt iudex ordinarius, c. cum Epiſcopus de offi. ordina.
in 6. & certum eſt, quòd unus ordinarius, non poteſt
alium iudicem ordinarium conſtituere, per Doctri. Ho
ſtien. à Docto. receptam in d. c. clericos, & Iaco. Mande.
Albe. in d. rub. nu. 10. Rota. deciſ. 378. in nouis de offic.
Vica. pro quo vrget Bart. doctrina in l. obſeruare ff. de
offic. Proconſu. vbi tradit, quòd Vicem gerens, quando
conſtitutus eſt ab ordinario, eſt delegatus, ut ſupra dictũ
14 eſt. Quartò his accedit ratio, nam licet ſit idem † tribu-
nal Epiſcopi, & Vicarij, maiorem tamen poteſtatem ha
bet Epiſcopus, cùm poſſit inquirere, & cognoſcere de
cauſis criminalibus: quod eſt ſecus in Vicario, cui per-
miſſum non eſt, niſi ad hoc habeat Epiſcopi ſpecialem
commiſſionem, c. 1. & 2. de off. Vica. lib. 6. Quintò quia
non reperitur, quòd aliqua lege, vel canone conceda-
tur Vicario iuriſdictio. Sextò quia alias ſequeretur,
quòd eadem iuriſdictio eſſet in ſolidum pœnes duos,
contra regu. l. ſi ut certo §. ſi duobus vehiculum ff. com-
moda. Retenta igitur hac cõtra communem ſententia,
non obſtat d. c. 2. & d. c. Romana in prima põderatione,
nam illud, quòd à Vicario Epiſcopi non appelletur ad
Epiſcopum delegantem, non prouenit ex eo quòd ſit
15 Vicarius ordinarius, ſed quia † eſt delegatus ad uniuer
ſitatem cauſarum, à quo non appellatur ad delegantem

ſed

ſed ad eius ſuperiorem, vt probatur in l. 1. §. fi. ff. quis & à quo appelle. ſecundum tertium gl. ibi intellectum, quæ mihi verior, & frequentior videtur, pro vt latius in ſuperiori capite expoſuimus: pro quo eſt text. in l. præcipimus, §. 1. C. de appella. Nec obſtant † illa iura in ſecunda ponderatione, nam licet ſit verum, quòd eſt vnum & idem tribunal, tamen hoc non probat, quòd tribunal ſit proprium Vicarij, ſicut eſt proprium Epiſcopi, cùm bene poſſit eſſe proprium in perſona Epiſcopi, & delegatum in perſona Vicarij, ſicut in c. 17. nu. 14. in ſimili adduximus, quòd licet ordinaria, & delegata ſit vna & eadem iuriſdictio, teſte Bar. in l. Imperium in fi. ff. de iuriſdict. omn. iudi. tamen in perſona ordinarij eſt ordinaria propria, & maior; in perſona verò delegati, aliena delegata, & minor. Imò proprium tribunal duorum inſolidum nõ poteſt eſſe per d. §. ſi duobus vehiculum.

16 (left margin, at "mus, §. 1."); 31 (right margin, at "adduximus")

17 Non obſtat, quòd † Vicarius habet officium ex conſciẽtia legis: nam etiam delegatus habet officium ex conſcientia legis, vt conſtat ex titulis. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. & extra de offi. delega. in rub. & Nigro. Nec ualet dicere, quòd ſit mentio in ſpecie de officio Vicarij, nã hoc fundamentum non concludit quòd non ſit delegatus; cùm in ſimili uideamus, delegatum Proconſulis habere officium ex conſcientia legis, & in ſpecie de eo fieri mentionem, vt conſtat ex toto titulo ff. de offi. Procon ſu. & lega. in rubr. & Nigro: & nihilominus non eſt ordinarius, ſed delegatus, & mandatam habet iuriſdictionem, ut apparet ex l. 1. §. qui mandatam, & l. cognitio ff. de offi. eius ex l. cùm Prætor §. is quoq; ff. de iud. quòd latiſsimè ſupra in c. 17. declarauimus, & concludit Calæfa. in d. l. 1. nu. 49. ff. de offi. eius. licet fundamentum quod ipſe adducit non eſt verum. Nec oberit dicere, quòd

quòd Vicarius creatur canone, uel conſuetudine permittente, & ita à Canone, uel cõſuetudine uidetur creatus: nam reſpondet Auguſti. Bero. in rub. nu. 15. extra de offi. delega. quòd illud eſt verum mediatè, nam immediatè beneficio Epiſcopi habet iuriſdictionem, ſicut legatus Proconſulis. Nec obſtat c. tua extra de offi. Vica. Nã Bero. ubi ſupra ei occurrit, quod tex. ille non dicit quòd Vicarius Papæ ſit ordinarius: & ſi diceret, ex eo proueniret quia à Principe habet iuriſdictionẽ, qui ordinarios iudices creare ſolet, l. 1. §. cum vrbem ff. de of
18 fic. Præfe. urbi. Non † obſtat l. 2. C. de officio eius qui uicem alte. ge. nam Vicarius, & Vicemgerens propriè loquendo differunt, ut ſupradictum eſt: & licet uicemgerens ſit ordinarius, quia conſtituitur à ſuperiore habente poteſtatem conſtituendi iudicem ordinarium, nõ tamen Vicarius, qui conſtituitur ab ordinario, qui aliũ ordinarium facere non poteſt, ut ſupra diximus: nam aliàs diceremus, quòd ſimiliter legatus Proconſulis eſ-
19 ſet ordinarius. Non † obſtat c. perlectis 25. diſtinctio. ubi notatur, quòd Archidiaconus, & Archipresbiter ſunt Vicarij Epiſcopi, & ordinarij, nam reſpõdeo, quòd ibi non probatur clarè quod ſint ordinarij: imò eſt quæſtio controuerſa, an delegatus ſit, ut conſtat ex traditis ab Auguſti. Bero. in rub. extra de offi. delega. Sed præſuppoſito quòd ſint ordinarij (ut uerius puto) illud prouenit ex eo quòd ſunt Vicarij nati, qui iure ſuo, & non beneficio alieno habẽt iuriſdictionem, nec arbitrio Epiſcopi reuocantur: noſtra uerò diſputatio locum habet in Vicarijs creatis, qui beneficio Epiſcopi habent iuriſdictionem, & eius arbitrio conſtituuntur, & reuocantur.
20 Nec obſtat dicere, † quòd Vicarius habet uniuerſitatẽ cauſarum, & delegatus ad uniuerſitatem cauſarum eſt ordinarius,

Digitized by Google

ordinarius, ſecundum gloſſ. in c. ſtatutum 5. inſuper in verbo, moderatas, de reſcriptis in 6. Nam reſpondeo cum Alexan. in l. more ff. de iuriſdictio. omn. iudi. nu. 25. quòd impropriè loquitur illa glo. dicens eſſe ordinariũ, ſed eſt intelligenda, quòd uoluit dicere, eum eſſe ad inſtar ordinarij: quod voluit Abb. in c. cum Bertholdus nu. 20. & in c. fi. nu. 18. extra de ſenten. & re iudi. & in c. qualiter & quando i. nu. 3. extra de recuſatio. vbi dicit, quòd eſt quaſi ordinarius: aliàs autem idem diceremus in legato Proconſulis, quòd eſſet ordinarius, & tamen hoc Docto. negant, & contrarium ex iuribus apparet, vt ſupra diximus. Non obſtat conſideratio, quòd ſi Vi-
21 carius, eſſet delegatus, non poſſet cognoſcere † de cauſis criminalibus, quæ regulariter ſunt indelegabiles, nã illud eſt verũ de iure ciuili, de iure verò canonico ſunt delegabiles, ſecundum communem ſententiam, ut in c. 20. ſupra declarauimus. Maximè quòd in d. c. licet de offi. Vica. non inquirit Vicarius niſi ei ſpecialiter committatur, vt ibi: itaque ex delegatione tantùm, & non ex propria iuriſdictione cognoſcit de cauſis criminali-
22 bus. Et ex his infertur, † non eſſe veram differentiam quam tradũt Paul. & alij inter Vicarium, & delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, nam exemplum eorum eſt in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, ad certam ſpeciem, & non ad omnem iuriſdictionem, qui licet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſit (vt concludunt Docto. vbi Alexan. in l. ſolet ff. de iuriſdi. omn. iudi.) non tamen eſt ad inſtar ordinarij, ſicut quando eſt ad totam iuriſdictionem, vt eſt Vicarius generalis: vnde non ſedet in eodem tribunali, ſicut in Vicario Foraneo in ſuperiori capite dictum eſt. Concludo igitur, Vicarium generalem Epiſcopi, re vera non eſſe iudicem ordinarium,

Digitized by Google

rium, ſed quia eſt delegatus ad vniuerſitatem, & ad om nem iuriſdictionem, dicitur quòd eſt quaſi ordinarius, quoniam in multis æquiparatur ordinario, & differt à ſimplici delegato, vt conſtat ex traditis ſupra c. 15. &
23 idem eſt in Vicarijs de iure ciuili, † in caſibus in quibus permittitur quòd conſtituantur ab ordinarijs, de quibus loquitur l. præcipimus. §. 1. C. de appella. vt in legato Proconſulis, qui delegatus, & non ordinarius eſt, ut ſupra diximus. Et idem erit dicendum in vicelegato legati de latere, qui æquiparatur legato Proconſulis, vt apparet ex traditis ſupra in c. 17. & idem erit in locum tenentibus correctorum ciuitatum Hiſpaniæ, qui Vicarijs generalibus Epiſcoporum aſſimilātur, vt tradit Couarru. lib. 3. vari. reſolu. cap. vlti. quamuis communiter Scriben. falsò putent, hos ordinarios omnino eſſe. Si
24 autem Vicarij † conſtituti ſunt à ſuperiore, qui poteſtatem habet creandi iudices ordinarios, in dubio præſumuntur ordinarij, per ea quæ adduximus in c. 21. num. 13. Et hinc eſt, quòd Vicarius Papæ dicitur ordinarius, c. tua extra de offi. Vica. & Vicarius Præfecti prætorio, l. 1. C. de offic. Præfecti: quæ iura ad hoc ſolent adduci per Docto. quamuis non clarè probant, licet verum dictum puto, & tenet Deci. in c. dilecti. 3. nu. 30. extra de appella. Præterea Vicemgerens qui in loco abſentis, vel mortui à Principe, aut Præfecto prætorio ſubſtitutus eſt, qui ſuffectus appellatur, ordinarius eſt, l. 2. C. de officio eius qui vicem alteri. ge.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus conuentus, an poſsit per ſe in iudicio ſeipſum defendere.*

2 *Procuratoris vſus voluntarius eſt, & nullus cōpellitur ſibi procuratorem*

curatorem conſtituere: & nu.7.

3 *Confabulatio cum excommunicato prohibita eſt: & nu.8.*

4 *Intellectus ad c.intelleximus extra de iudi.*

5 *Ratio quare excommunicatus non poteſt comparere in iudicio.*

6 *Excommunicatus prohibetur à iudicialibus, & extra iudicialibus, & ab actibus legitimis.*

7 *Excommunicatus non proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam.*

8 *Excommunicatus poteſt conueniri, & non conuenire.*

9 *Communicatio cum iudice excommunicato in caſu neceſſario nō eſt prohibita.*

Excōmunicatus cōuentus, an regulariter poſsit per ſe in iudicio ſeipſum defendere. Cap. XXVIII.

Contendunt Doctores in c. intelleximus extra de iudicijs, vtrum excommu-
1 nicatus † conuentus poſſit ſe ipſum per ſe in iudicio defendere, an verò procuratorē teneatur conſtituere: Et quòd poſſit per ſe comparere tenet originaliter glo. in d.c. intelleximus, quam ibi ſequuntur Inno. Hoſt. Pet. & alij quos refert Abb. ibi, qui eam ſequitur & cōmunem teſtatur, vbi Barba. & Deci. communem etiam aſſerunt: quæ opinio conſtare videtur ex l. 1. §. vſus ff. de procurato. vbi
2 vſus † procuratoris voluntarius eſt: itaq; nullus compellitur ſibi conſtituere procuratorem c. quærelam extra de procura. Præterea vrget c. decernimus extra de ſententia excommu. vbi Papa mandat, quòd iudices ſeculares repellant excommunicatos, & non dicit ab excipiendo, vnde dum prohibet in vno, videtur concedere in alio, arg. l. cum Prætor ff. de iudi. Rurſus vrget, nā
3 confabulatio † cum excommunicato prohibita eſt, iuxta tex. in c. excommunicatos 11. q. 3. vnde ſequitur in-

PPP 2 conueniens,

conueniens, quòd nullus vellet eſſe ſuus procurator. Deinde huic opinioni ad ſtipulatur authen. principales C. de iura. calumniæ, vbi principales perſonæ debent iurare de calumnia, & ita neceſſe erit quòd compareat in iudicio ad iurandum. Verum his fundamentis, & alijs leuiſſimis in fine adducendis non obſtantibus, licet hæc opinio communis ſit, in puncto iuris contraria verior videtur: imò quòd excommunicatus per alium, & nō per ſe ipſum debeat ſe in iudicio defendere, quam amplectitur Calde. in d.c. intelleximus, & veriorem videri aſſerit ibi Deci. nu. 39. verſi. in eadem glo. & eã tenere Imolam, & Moder. affirmat quam ſententiam probant per d. c. intelleximus, cuius verba ſunt, Intelleximus & infra, quia poſtulaſti à nobis vtrum excommunicatus in iudi-
4 cio ſtare poſſit, reſpondemus † quòd conueniri poteſt, & debet per alium reſpondere in iudicio: Ne videatur de ſua malitia commodum reportare: ponderando verbum debet, quod importat neceſſitatem, vt notat glo. in verbo debeant in Clemen. attendentes, de ſtatu regu. Bart. in l. 3. C. de pigno. Vnde cum neceſſitas agẽdi per alium imponatur, per ſe agere non valebit: ſicuti è contra quando alicui in pœnam neceſſitas agendi per ſe imponitur, non poteſt procuratorem conſtituere, l. cum miles vbi Bart. adnotat ff. de aliena. iu. me. cau. fac. Sed licet tex. ille in d.c. intelleximus vrget pro hac ſententia, tamen non omitto quòd ratio Calde. mihi non placet, ſcilicet quia ibi in pœnam cõſtitutum eſt, quòd excommunicatus per alium debeat reſpondere: Nec enim ex mente, nec verbis Summi Pontificis ibi colligi poteſt, quòd pœnam excommunicato voluerit imponere, ſed potius tollere inconueniens, & commodum ei excommunicatione negare: nam ibi aliquis excommunicatus fortè

ſortè erat debitor,& creditor eius volebat eum conuenire,dubitabatur vtrum poſſet comparere in iudicio, & conueniri cum prohibita eſt cum eo communicatio: reſpondet Papa,quòd poteſt cõueniri, & debet per alium reſpondere,ne ex malitia ſua commodum reportet: vnde per illa verba,ne ex malitia ſua &c.non imponit pœnam, ſed negat commodum in debitum. Sed funda-
5 mentalis ratio † eſt,quare ibi diſponitur vt per alium ſe ipſum defendat,& non per ſe,quia prohibita eſt confabulatio cum excommunicatis,quia æquiparantur leproſis propter vitium contagionis,tex.in authen.de iure iuran.quod præſta.§.fi.vnde ſi compareret in iudicio neceſſario deberent cum eo communicari, & ideo prohibitum eſt in iudicio comparere, etiam ad ſe defendendum: & hac ratione etiam repellitur à iudicialibus, &
6 † extra iudicialibus,& ab actibus legitimis, iuxta c.licet, de ſenten.excommu.lib.6. Hac igitur retenta ſententia per prædicta fundamenta, & alia per Moder.in d.c. intelleximus,adducta,quæ breuitatis cauſa omitto: Nõ
7 obſtat † quòd nullus cõpellitur cõſtituere procuratorẽ præciſè nec cauſatiuè vt in d.c.quærelã, nã illud procedit regulariter,ſed in noſtra ſpecie eſt ſpeciale, quando principalis prohibetur eſſe in iudicio: Nec eſt nouũ in iure quòd quis nõ poſſit comparere in iudicio per ſe, & poſſit per alium, nam hoc etiam euenit in relegato, qui licet per ſe non poſſit comparere compellitur tamẽ,ſaltem cauſatiuè comparere per procuratorem,aliàs non prorogatur terminus reſtitutionis in integrum ei, l.Papinianus exuli ff.de mino.ſimiliter & ſeruus qui prouocat ad libertatem,l.1.C.de aſſerti.tolle. Item perſonæ illuſtres,& ſuperilluſtres per ſe non poſſunt comparere in iudicio,ſed per procuratorem, l. fi. C.de procurato.

Non

Non obſtat, quòd in c. decernimus repelluntur excōmunicati ab agendo, & non ab excipiendo, nam reſpondeo verum eſſe excommunicatum non repelli ab excipiendo, ſed debet per alium facere, vt in d. c. intelleximus, ſed per ſe repellitur, nam cum non reperiatur in ſpecie permiſſum, remanet regula prohibitiua, quòd non poſſit cum alijs confabulari in hac ſpecie: nam cum permittatur per alium comparere per ſe comparere eſt extra caſum exceptum, & obſtat regu. prohibitiua, arg. l. nam quod liquide §. pe. ff. de penu. lega. Non obſtat inconueniens, quòd cum eo confabulatio prohibita eſt, & nullus vellet eſſe ſuus procurator: nā reſpōdeo quòd cum ſit permiſſum ei comparere per procuratorem, vt conſtat ex d. c. intelleximus, ex hoc videtur permiſſum cuilibet hoc officium aſſumere, & in hoc cum eo communicari, arg. c. cum voluntate, de ſenten. excommu. Non obſtat d. authen. principales, nam reſpondeo quòd procurator iurat in animam ſui domini cū ſpeciali mandato: vel aliter quòd licet teneatur iurare, non tamen poteſt per ſe defendere. Et vltra prædicta. Non obſtat inconueniens, quòd ſi eſt conuentus de crimine, non poteſt per alium defendi ſine licentia iudicis, per l. pen. §. ad crimen ff. de publi. iud. in c. veniens, de accuſati. Nam reſpondeo quòd ille tex. loquitur in caſu ſpeciali, & neceſſitatis, vbi non poteſt per alium reſpondere. Non obſtat quod tradit arg. l. ſi longius ff. de iudi. quòd ſi excommunicatus vadit Romam ad ſe abſoluendum pro iniectione manuum in clericum, & offendatur in via, quòd poteſt conqueri, & audietur: Nam reſpondeo non eſſe bonum arg. de d. l. ſi longius ad noſtram ſpeciem, quoniam licet filiusfam. non poſſit ſtare in iudicio, tamen ſi de facto ſtat, eius communicatio alijs non nocet, ſecus

tamen

tamen eſt in excommunicato, qui alijs, ſicut leproſus, nocet: vnde longe diuerſa ratio in eo eſt. Vel ſecundò modo reſpondeo, quòd tex. ille loquitur in caſu ſpecialiſſimo, quando quis eſt iniuriatus, & in via vbi fortè non poterit inuenire defenſorem, quo caſu non ſolùm permittitur ſe defendere, ſed etiam agere contra prohibitionem expreſſam c. decernimus de ſenten. excōmu, lib. 6. Et ita non debemus ex illo caſu ſpeciali conſtituere regulam, quod poſſit eſſe in iudicio ad agendum, arg. l. quod verò cōtra ff. de legi. ſicuti nec per d. l. ſi longius dicitur, quòd regulariter poſſit filiusfami. ſtare in iudicio. Et aduerte, quòd excommunicatus non admittitur ad accuſandum, etiam proſequendo ſuam, vel ſuorū iniuriam, Feli. in c. 2. extra de excepti. nu. 9. glo. in c. omnibus 4. q. 6. & facit c. diffinimus 4. q. 1. Abb. in d. c. 2. Nō obſtat quòd communicatio cum excommunicato prohibita eſt, quatenus tendit ad ſuum commodum, nō quatenus tendit ad ſuum incommodum, ut in c. ſi vere, de
8 ſenten. excommu. ubi habetur, quòd poteſt † conueniri, & non conuenire, unde cum poſſit conueniri, neceſſario debet poſſe ſe ipſum defendere: nam reſpondeo quòd defenſio permiſſa eſt per alium, & non per ſe ipſum in iudicio, ut in d. c. intelleximus. Nec obſtat inconueniēs, ſi eſt excommunicatus adeo inops quòd non poteſt procuratorem conſtituere, uel ſi in eo loco non inuenitur procurator, uel minus idoneus, cùm paria ſint nullū habere, uel minus legitimum, arg. c. 2. de tranſlati. præla. Nam reſpondeo quòd iſti caſus ſunt neceſſitatis, & ſpeciales, qui non producuntur ad conſequentiam, ut in d. l. quòd uerò contra. Non obſtat c. dilectæ, & c. fi. extra de excepti. ubi ualet reſcriptum impetratum ab excommunicato ſuper proſequutione appellationis, nam reſpondeo

pondeo quòd poteſt dici, quòd ibi impetrauit per procuratorem: ſed melius reſponde, quòd ibi communicat tantùm cum iudice † cum quo in caſu neceſſario nõ eſt prohibita confabulatio, iuxta tex. in c. quoniam 11. q. 3. Non obſtat c. ſi celebrat, de cleri. excommu. in miſt. c. à nobis de excepti. ubi excommunicatus excommunicatione minori bene poteſt ſtare in iudicio, tàm agendo quam defendendo: Nam iura illa loquuntur in excommunicatione minori, quæ non repellit à communione hominum, ſed ſacramentorum, ut ibi apparet, & Abb. & Docto. notant in d. c. intelleximus, & per ſupradicta puto in puncto iuris uerius eſſe, non poſſe ad ſe defendendum regulariter excommunicatum in iudicio comparere, licet in caſu neceſſitatis contrariam opinionem ſua tineri poſſe non nego.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio eſt actus per quem dominium transfertur: & variè in iure ſumitur.*

2 *Locatio ad longum tempus multipliciter fieri dicitur.*

3 *Locatio facta ad decennium longius uè tempus dicitur longa.*

4 *Locatio ad totam uitam conductoris, vel locatoris dicitur ad longum tempus.*

5 *Locatio eo pacto facta, vt duret quandiu locator voluerit, dicitur ad longum tempus.*

6 *Locatio ad nouennium, vel ad breuius tempus hoc pacto quòd illo finito incipiat, aliud tempus quod iunctum excedat decennium, dicitur locatio ad longum tempus.*

7 *Locatio perpetua difert à temporali, aliquando: & num. 11.*

8 *Locatio in dubio non cenſetur ad longum tempus, ſed ad annum facta.*

9 *Locatio ad longum tempus alienatio non dicitur, nec propriè nec largo modo, nec per eam dominium vtile transfertur: contra*

tra communem.

10 Locatione non mutatur nec transfertur dominium.

11 Intellectus ad l. 1 & fi. ff. ſi ager vectiga.

12 Vectigalis ager appellatur, ille quem quis à fiſco ſeu municipibus, & non à priuatis conductum habet.

13 Conductori agri vectigalis, etiam ad modicum tempus competit actio in rem: cum communi.

14 Emens rem alienam à fiſco, non poteſt à dominis inquietari.

15 Locans uel emens gabellam à communi certi loci, poteſt uendere bona non ſoluentium gabellam, & tributa fiſci.

16 Fiſci particularis ſucceſſor, non poteſt expellere eius colonum, etiam modici temporis.

17 Conductor vectigalium ceſſans à ſolutione mercedis, poteſt expelli tempore quo ſimplex conductor expelli ſolet.

18 Intellectus ad l. 1. §. quod autem ff. de ſuperfi.

19 Intellectus ad ca. nulli ex. de rebus Eccleſiæ alien. & nu. 33.

20 Conductor in re conducta vicem domini pro tempore conductionis gerit, & dicitur temporalis emptor: & conductio largiſſimè dicitur alienatio, & impropriè.

21 Intellectus ad Clem. 1. de rebus alie. et ad extrauag. ambitioſæ eo. tit. & num. 33.

22 Libellarius contractus æquiparatur emphiteotico; & intellectus ad §. domini ca. 1. quali. feud. da. po. ali.

23 Intellectus ad Regiam l. 19. tit. 8. part. 5.

24 Alienationis nomen, non comprehendit locationem vllam perpetuam, nec temporalem, breuem aut longam, nec strictè nec largè, nec largius loquendo largiſſimè, & impropriè quãlibet.

25 Alienationis nomen multipliciter ſumitur, propriè, & impropriè, strictè, largè, largius, & largiſſimè.

26 Impropriè & largè, non eſſe omnino idem, nec strictè & propriè: & quomodo differunt.

27 Alienatio per quam acquiritur ius in re, & non transfertur dominium, quòd dicatur propriè alienatio, contra communem cum Alci.

28 Intellectus ad l. 1. C. de fundo dot.

29 Intellectus ad l. in quorum ff. de pigno.

Digitized by Google

30 *An ſit differentia inter verba legis, & uerba ſtatuti.*

31 *Leges & ſtatuta anſint diuerſa, ſtrictè loquendo.*

32 *Intellectus nouus ad l. alienatum ff. de verbo. ſigni.*

33 *Alienatio impropria & largiſſimè, quæ dici poteſt. vltra ſcribentes. & contra eorum mentem.*

34 *Alienare prohibitus, quòd non cenſetur prohibitus ad longum tempus, nec ad mille annos locare: contra commu. cum glo. Cuma. & Bald. Noue.*

35 *Ratio noua, quare Prælatus ſicut prohibetur alienare res Eccleſiæ, prohibetur etiam eas ad longum tempus locare.*

36 *Prælatus qui iurauit res Eccleſiæ non alienare, quãuis eas ad longum tempus locauerit non eſt periurus: cum Cald. & Couarr. contra Bald. Abbã.*

37 *Prælatus non ſolum non poterit res Eccleſiæ ad longum tempus locare, quando iurauit non alienare eas, pro ut ſcrib. volunt; ſed nec ad modicum tempus, ſi tamen excedit triennium: contra eorum mentem.*

38 *Prælatus vel alius adminiſtrator, iurans non alienare alias res quam Eccleſiaſticas, ſi locat eas ad longum tempus, non ſolum non incurrit in periurij pœnam cum ddꝰ ſed contractus eſt validus contra eorum mentem.*

39 *Pœna priuationis contra emphiteutam alienantem conſtitutam, non extendi ad locantem ad longum tempus: cum doctis. Hiſpanis contra alios: imo locatio erit valida, contra omnes.*

40 *Emphiteuta ad longum tempus locantem, non debet ſoluere domino quinquageſimam, quæ ei ex alienatione debetur: cum Pine. contra Ias. & alios.*

41 *An poſſidens bona maioratus, aut ſubiecta reſtitutioni, expreſsè aut tacitè, alienari prohibita, poſſit eam ad longum tempus locare, aut in emphiteuſim concedere.*

42 *Pater adminiſtrator bonorum aduentitiorum filij, propter locationem ad longum tempus non priuatur adminiſtratione, ſicut priuatur propter alienationem: cum Pine, contra aliquorum mentem.*

43 *Maritus licet prohibetur alienare fundum dotalem, non tamen ad longum tempus locare, contra Alex.*

44 *Tutor, vel curator an ſicut prohibetur rem minoris alienare, ſit*

prohibeatur ad longum tempus locare, quod ſic contra docto.

45 *Alienare prohibitus ſine conſenſu vxoris, poterit ſine eius conſenſu ad longum tempus locare.*

46 *Licet in cõtractibus in quibus transfertur dominium, non ſit locus remiſſioni propter ſterilitatem: in contractu uero locationis ad longum tempus ſic.*

47 *Venditione prohibita, non cenſetur prohibita locatio ad longum tempus.*

48 *Per locationem, etiam longam, non transfertur dominium, non ſolum directum, prout Docto. fatentur, verum nec vtile: contra eos cum Cona. & Pine.*

49 *Per locationem, etiam ad longum tempus, non transfertur in conductorem ius reale, nec ei quæritur actio, aut exceptio, vel retentio: contra dd. cum limitation.*

50 *Intellectus ad l. emptorem C. de locat.*

51 *Locatio perpetua, regulariter non deffert à temporali, nec longa à breui: contra. Docto.*

52 *Conductorem ad longum tempus non habere poſſeſſionem naturalem, nec dominium utile, ſicut non habet conductor ad modicum tempus: contra Cardi. & Feli.*

53 *Caſus ſpeciales in quibus longa locatio differt à breui.*

54 *Locatio ad longum tempus rerum Eccleſiaſticarum prohibita eſt, & ad modicum tempus permiſſa, & qualiter intelligatur.*

55 *Emptor non poteſt expellere conductorem qui perpetuo, vel ad vitam locauit, & quòd non eſt idem ſi ad decennium locauit: contra Docto.*

56 *Locatio longa, etiam ad mille annos, finito tempore conductionis amplius non durat, nec eam tenetur locator renouare.*

57 *Locatio in qua natura & forma contractus emphiteutici ſeruata eſt, contractus emphiteuticus cenſetur, & contra nec verba inſtrumenti conſiderantur.*

58 *Locationem ad longũ tempus, differre à contractu emphiteutici.*

59 *Locatio ad longum tempus, & contractus emphiteuticus differunt in caducitate.*

De locatione ad longum tempus, & an dicatur alienatio, ac per eam transferatur aliqua dominij ſpecies. Cap. XXVIIII.

IN hoc locationum quotidiano tractatu frequentisſimè obuium eſt, vtrum locatio ad longum tempus dicatur alienatio, per eamq́; transferatur dominium vtile, vel ſaltem aliqua dominij ſpecies.
1 Pro cuius explicatione præmitto, alienationem † quidem eſſe actum per quem dominium transfertur, vt tradit Andre. Barba. in Rub. nu. 1. ex. de rebus Eccle. aliena. vel non, poſt Hoſti. in ſumma eiuſdem titu. in prin. pro quo eſt tex. in l. 1. C. de fundo dota. Sed quia nomen alienationis ſumitur propriè, & impropriè, ſtrictè & largè, & quando & quomodo hoc fiat, dubium eſt, ideo infra latius declarabimus. Secũdò præmitto, quòd
2 locatio † ad longum tempus variè fieri dicitur, vt communiter Docto. infra citandi volunt, qui concludunt, longum tempus vſq; ad decennium extendi, itaq́; loca-
3 tio facta † ad decennium longius vè tempus, locatio lõ gã dicitur: quod voluit glo. in l. 2. in fine ff. ſi aget veſti. vel emphi. pet. & in Clem. 1. vbi Card. & Imola de rebus Eccl. nõ ali. Bart. qui eã cõmu. teſtatur in l. 1. §. quod autẽ ff. de ſuperfi. Paul. in l. ſi filio §. ſi vir in quinqueniũ nu. 2. vbi ſcriben. ff. ſolu. matri. Platea in l. 1. C. de admin. reipu. Couarr. in lib. 2. reſolu. cap. 16. nu. 1. Arius Pine. in l. 1. parte 3. nu. 63. de bonis mater. Ferdi. Vazq. Mencha. ſucceſsi. creati. §. 10. nu. 78. Alex. conſ. 17. lib. 4. Iaſ. in conſ. 92. lib. 1. Deci. conſ. 292. nu. 1. Mari. ſoci. Iun. in conſ. 66. nu. 2. li. 2. Pari. in conſ. 118. lib. 3. ex quibus

plures

plures concludunt: conſuetudine ita receptum ac interpretatum eſſe, poſt Bald. in l. iubemus nulli co-
4 lu. 1. C. de ſacroſa. Eccle. Præterea † ad longum tempus dicitur facta locatio, quando ad totam vitam locatoris, aut conductoris, vel alterius fit vt concludit Bald. in l. 6. ff de vſufru. & Alex. in conſ. 119. in fine lib. 3. & Deci. in conſ. 204. Boeri. in deciſſi. 234. & communiter receptum teſtatur Naua. in c. 1. §. 1. de pœnit. diſtin. 5. & poſt eum Pine. & Mencha. in locis ſupra cita-
5 tis. Rurſus † locatio longa dicitur, quando eo pacto fit, vt duret quandiu locator uoluerit, ita tenet Mari. Soci. Iu. in conſ. 63. nu. 11. lib. 1. Pine. Mencha. & alij ubi ſ. per tex. & quod ibi notant Bart. & Iaſ. in l. ſufficit ff. de condicti. inde. pro quo citant l. iuris peritos ff. de excuſati. tut. Hæc etenim incertitudo longum tempus, magis quam breue inducit: nam licet huiuſmodi locatio morte illius in cuius uoluntate relicta eſt finiatur, l. 4. ff. locati. Soci. ubi ſ. quoniam uoluntas & beneplacitum morte finitur, c. ſi gratioſe de reſcrip. in 6. declarat Marti. Laude. in repe. rub. de rei uendi. nu. 5. tamẽ preſumitur eoſq; ad 100. annos viuere l. fi. C. de
6 ſacro. eccleſ. Deinde quando locatio † fit ad nouennium, aut ad octennium, uel ad breuius tẽpus hoc pacto, ut tẽpore illo finito incipiat aliud tempus, quod iniunctum excedat decennium, dicitur locatio ad decennium, & longum tempus, quia ut fraudes euitentur tollitur hæc uerborum cautela, ut bene reſoluunt Pine. & Mencha. ubi ſupra, poſt Cardi. in Cleme. 1. §. fi. de rebus Eccleſ. & Feli. in c. quæ in Eccleſiarum de conſti. nu. 85. & Areti. in l. ſi quis ante ff. de acqui. poſſeſſ. & Alex. in l. ſi filio §. ſi uir ad finem ff. ſolu. matri. & in conſ. 269. uolu. 2. & in conſ. 404. nu. 6. uolu. 3. Faber in §. fini-

tur

tur inſti. de uſufru. Aduertendum tamen eſt, quòd loca
7 tio † perpetua aliquādo differt à locatione ad longū tē
pus, quod adnotauit Iaſ. in d. l. 1. C. de iure emphi. nu. 34
cōtra plures Docto. & Mari. Soci. Iun. in conſ. 63. nu. 11.
lib. 2. licet fateatur quòd æquiparantur in hoc, quòd
pro tempore conducto in utroq; caſu, in conductorem
transfertur dominium utile. Quod nec hoc in puncto
iuris uerum eſſe exiſtimo; quamuis receptisſimum ſit,
8 ut inferius latè dicetur. In dubio tamen † locatio non
cenſetur ad longum tempus, ſed ad annum facta, ut
Pine. & Mecha. ubi ſ. adnotarunt, poſt Mani. Soci. iun.
in conſ. 25. nu. 3. uolu. 2. per l. item quæritur §. qui
impleto ff. locati. & arg. l. boues §. hoc ſermone ff. de
uerbo. ſigni. & l. ſine præfinitione ff. de pœnis. His
ita conſtitutis ad rem redeundo, partem affirmatiuam,
ſcilicet quòd locatio ad longum tempus dicatur aliena-
tio, quamuis largè, per eamq; transferatur dominium
utile, ac ius in re acquiratur, tenent fere omnes utriuſq;
iuris interpretes diuerſis in locis, & originaliter glo. in
l. 3. ff. ſi ager uecti. uel emphi. pe. & in l. 1. §. quod au
tem, ubi Bart. & Docto. ff. de ſuperfi. idem Bart. Bald.
Paul. Imo. & alij in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega. 2. Iaſ. i
l. naturaliter in prin. nu. 15. ff. de acqui. poſſeſſ. & in l. 1.
nu. 34. & in l. 2. nu. 39. & in l. fi. nu. 2. C. de iure emphi.
Augu. Bero. in c. 1. de in integrum reſti. nu. 50. & in
c. 2. de rebus Eccle. alien. uel non. nu. 13. & 32. & in
c. potuit de locato. nu. 104. Ripa in l. filiusfam. §. diui
nu. 100. ubi & Ambro. de Opizo. in repe. nu. 65. ff. de
lega. 1. Tiraq. de utroq; retra. nu. 80. cum. ſeqq. Alex.
Deci. Boeri. Soci. iun. Mencha. & alij in locis ſ. cita. Pro
qua receptisſima opi. primò expendi ſolet capitalis tex. i
l. 1. §. qui perpetuū ff. ſi ager uectig. ubi Paulus I. C. ita re
ſpon-

ſpōdit. Qui in perpetuum fundum fruēdum conduxit à municipibus; quamuis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis in rem actionem aduerſus quēuis poſſeſſorem, ſed & aduerſus ipſos municipes: maximè iuncta l. fi. ubi idem Paulus adiungit, idem eſt & ſi ad tempus habuerim conductum, nec tempus conditionis finitum ſit. Ex quibus iuribus conſtat, competere in rem actionem conductori in perpetuum, uel ad tempus, hoc eſt ad longum tempus, iuxta expoſitionem glo. ibi in d. l. 3. Vnde cùm ei detur actio in rem, manifeſtè apparet dominium, ſaltem utile, in re locata habere, cùm rei uendicatio alijs quam dominis, uel quaſi dominis non competat, iuxta l. in rem actio competit ei qui iure gentium, aut ciuili acquiſiuit ff. de rei uendi. & §. omnium, & ibi glo. & Docto. adnotarunt inſtitu. de actioni. nec obeſt tex. in d. §. qui in perpetuum, ibi, quamuis domini non efficiantur, cui occurrit glo. ibi in uerbo in rem & in d. §. omnium in uerbo poſsideat, quas utrobique ſequuntur Docto. uerum eſſe locatorem ad longum tempus non effici dominum directè, nec dominium directum in eum transferri, ut ibi: ſed quaſi dominium effici, dominiumque utile eos acquirere, & habere. Secundò huic opin. patrocinatur d. l. 1. §. quod autem ff. de ſuperfi. ubi reſpondet I.C. negandum eſſe actionem in rem habenti ad tempus conductam ſuperficiem, conductori uerò ad modicum tempus concedendā, qui tex. manifeſtè pōſtituit differētiā inter locationē ad lōgū, & locationē ad modicū tēpus: & fortè in iure ciuili ſingularis eſt, nec alibi reperietur, ut Pin. cōſiderauit. Tertiò huic opin. ſuffragatur c. nulli ex. de rebus Eccleſiæ alien. uel non, ubi habetur, quòd alienationis nomen continet conditionē, iuncta explicatione

Digitized by Google

Barba. ibi qui illud exponit ſeu corrigit, conditionem, ideſt conductionem, pro qua explicatione tu adde l. fi. ff. ſi ager uectiga. uel emphi. pet. ubi ſimiliter conditionis, pro conductionis, reperitur. Quartò prædictis accedit Clemen. 1. eod. tt. ubi res Eccleſiæ prohibentur concedi per locationem, aut conductionem ad longum tempus, & concedi permittuntur per locationem ad breuẽ tempus, unde in ſui ratione uidetur, probare, quòd locatio ad longum tempus ſit alienatio, & quòd hæc fuit prohibitionis ratio. Quintò, eadem inductione probatur per extrauagan. Ambitioſe communi. de rebus Eccleſiæ non alien. ubi prohibetur alienatio rerum Eccleſiaſticarum, & omne pactum per quod ipſarum dominium transfertur, & exemplum ponit in conceſſione, hipotheca, locatione & conductione ultra triennium. Sextò ſimili inductione hec opi. colligitur, ex Concilio Tridentino ſeſſione 25. cap. 11. vbi irritantur locationes ad longum tempus rerum eccleſiaſticarum, etiam autoritate apoſtolica confirmatæ. Septimò induci ſolet ter. in c. 1. §. donari, qualiter olim feudum dari pot. alien. vbi feudum prohibetur alienari, non tamen locari, niſi locatio eſſet fraudulenta alienatio, vt per libellum. Octauò de iure Regio hæc opin. comprobari videtur per Regiam l. 19. tit. 8. part. 5. qua cautum eſt, colonum ſeu inquilinum ad uitam, vel in perpetuum non poſſe à ſucceſſore ſingulari expelli, quæ originem habet ab his quæ notant. Docto. in l. 1. §. quòd autem ait ff. de ſuperfi. teſte Couarr. in lib. 2. reſolu. cap. 15. nu. 2. vnde ex ſui ratione colligitur, quòd conductor habet ius in re, & ideo ei conceditur exceptio, & ita in eum tranſlatum eſt dominium. Sed licet hæc opin. ferè ab omnibus Doctò. recepta ſit, contrariam

riam in puncto iuris, contra communem, veriorem eſſe
9 † exiſtimo: nempe locationem ad longum tempus, nec propriè aut largo modo, alienationem dici, nec per eã dominium vtile in locatorem transferri, nec ius aliquod ex quo competat actio, vel exceptio, ſeu retentio acquiri: quàm attentauit tenere Fran. Cona. in lib. 7. cap. 12. quem refert & ſequitur Arias Pine. in d. l. 1. in 3. par. nu. 66. C. de bonis mate. & eſt de mente glo. & Cuma. ibi in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega. 1. nu. 3. poſt princi. & in l. ſi filiofam. §. ſi uir nu. 1. ff. ſolu. matri. & Fulgo. in l. ex hoc iure. nu. 7. ff. de iuſti. & iure, & Bald. Noue. in tracta. de dote 7. parte priui. 1. colu. pe. & Emanu. Riuiera in additi. ad. Anto. Gom. in lib. contro. cap. 2. ſuper litera G. qui dicit verisſimam eſſe Pine. & aliorum contra Docto. ſententiam: nullam quidem eſſe differentiam inter locationem ad modicum, & locationem ad longum tempus. Quæ primò conſtat ex l.
10 non ſolet ff. locati, † vbi habetur, quòd locatio non ſolet mutare dominium: quod fortius apparet ex l. manu ſata in fine ff. de cõtrahen. empti. vbi tex. innuit, quòd quando in contractu agitur, quòd dominium non tranſferatur, non eſt venditio ſed locatio, vel alius contractus, & vrget l. ſi vſusfructus ff. de iure doti. ex quibus patet, per locationem non mutari nec transferri dominium. Nec valet dicere, quòd iura illa reſtringi debent ad locationem ad modicum, ſeu breue tempus, pro vt Scriben. volunt, cùm generaliter & indiſtinctè loquantur, & per conſequens generaliter, & indiſtinctè debeant intelligi, per l. de pretio cum vulga. ff. de publi. in rem action. & quòd iura illa etiam in locatione ad longum tempus locum habeant, expresſius colligitur ex l. qui fundum in plures annos ff. loca. vbi ius

reale non tranſit ad eum qui fundum in plures annos conductum habet, nam ſingularis ſucceſſor poterit eum expellere: & ſi bene conſiderantur verba illa, in plures annos, decennium longiuſuè tempus comprehendunt, nec ad modicum tempus reſtringi, ſine manifeſta calumnia poſſunt. Secundò hæc ſententia iuuatur l. prouinciali §. ſi ego ff. de noui ope. nunt. ex quo apparet, quòd conductor non habet ius in re conducta, nec ei actio in rem conceditur, nam conductor agere non ſolet, ſed tenetur domino denuntiare, iuxta l. item quæritur §. exercitu. ff. locati. & facit l. fideiuſſor ff. manda. declarat Bart. in d. §. ſi ego: vnde ſi non ei datur actio, conſtat non habere dominium, per d. l. in rem actio. ff. de rei uendi. & per §. omnium, & quæ ibi notant ſcribẽ. inſtitu. de action. Tertiò corroboratur hac conſideratione, quòd emphiteutæ non fit remiſsio penſionis propter ſterilitatem, attenta iſta ratione, quia habet dominium vtile, & res perijt domino, iuxta l. pignus C. de pigno. ita reſoluit Bart. in l. 1. C. de iure emphi. quem ibi ſequuntur Docto. Sed locatori, etiam ad longum tempus, fit remiſsio mercedis propter ſterilitatem, vt concludit Anto. in c. potuit de loca. vbi Imola nu. 44. Bald. Sali. & Iaſ. nũ. 21. in d. l. 1. qui reprobant Fabrum, ibi contrarium tenentem: vndè clare apparet, locatorem ad longum tempus non habere dominium vtile, aliàs enim fructus ei perirent, ſicuti emptori, aut emphiteutæ pereunt. Quartò confirmatur per tex. in authen. de non alien. vel permu. rebus eccle. §. alienationis, maximè iuncto §. emphiteuſim, inquit etenim ille §. alienationis, Alienationis nomen comprehendit in perpetuum extenſam emphiteuſim, quæ non procul ab alienatione conſiſtit: At §. emphiteuſim, ſubiungit,

non

non comprehendere emphiteuſim ad tres vitas conceſſam, vnde ſi alienationis nomen non comprehendit niſi emphiteuſim perpetuam, vt conſtat ex illo tex. & de iure canonico ex c. nulli extra. de rebus eccle. à fortiori dicendum erit, quòd non comprehendet ad decennium, vel paulo longius: & ſi emphiteuſim non comprehendit ad tres vitas, minus comprehendet locationem ad vnam vitam, quæ vt ſupradictum eſt, locatio ad longũ tempus dicitur. Quintò vrget l. codicillis § inſtituto ff. de leg. 2. intelligendo illum planè & ſine ſubauditione ſimpliciter, pro vt iacet, vbi habetur, quòd prohibitus alienare, non prohibetur locare, etiam ſi alienare, largo modo loquendo, prohibeatur, transferendo tantùm dominium vtile, quod in dubio preſumitur, per l. fi. C. de rebus alien. non alien. nam ſi ſtrictè loquendo, alienare prohiberetur, nullum dubium erat, cùm alienatum non propriè dicatur, quod adhuc in dominio alienantis remanet, l. alienatum ff. de verbo. ſigni. l. non alienat ff. de regul. iuris, & facit l. 1. ibi, quamuis domini non efficiantur ff. ſi ager vecti. vel emphi. pet. Vltimò facit conſideratio Pine. vbi ſ. aduertentis, quòd ſi huiuſmodi differentia inter locatorem ad longum, & locatorem ad breue tempus eſſet, verisſimile eſt quòd à legum conditoribus non omitteretur, cùm eſſent nota tu digna, & ea quæ notabilia ſunt niſi ſpecialiter annotẽtur, quaſi neglecta cenſentur, l. item apud Labeonem 15. §. ait Prætor ff. de iniurijs. Per prædicta fundamenta, & alia quæ ex contrariorum ſolutionibus apparebunt, verisſimum in puncto iuris contra ſcriben. puto, per locationem ad decennium dominium vtile in conductorem non transferri, nec magis longam locationem quam breuem, alienationis nomine contine-

ri. Qua ſententia contra commu. opin. retenta, non
11 obſtat primum † fundamentum d. l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vecti. cui occurri primò poteſt, ibi non agi de ſimplici locatione ad longum tempus, hoc eſt ad decennium, ſed de locatione & conceſsione perpetua, quæ imaginē ſimilitudinēq; alienationis habet, ſicut in ſimili dicitur in emphiteuſi perpetua, quæ ſimilitudinem imaginemq; alienationis habet, iuxta tex. in authen. de non aliena. vel permu. rebus eccle. §. alienationis, & §. emphiteuſim, & c. nulli de rebus eccle. alie. vel non: licet etenim impropriè loquendo, verbum perpetuò, variè in iure ſumatur, vt apparet ex traditis a glo. in l. 1. ff. pro ſocio, & regulariter eadem ſit iuris diſpoſitio in locatione ad tempus, quæ in perpetua, iuxta l. viam veritatis C. de loca. aliquando tamen differunt, vt conſtat ex l. fi. C. de. locati. prædi. ciui. lib. 11. & ius perpetuarium dicitur quod ex conductione perpetua competit, & qui rem in perpetuum conducunt, perpetuarij conductores appellantur, iuxta l. fi. & l. 1. & 3. eod. titu. declarat Tiraq. de vtroq; retra. nu. 85. Nam propriè loquendo verbum, perpetuò, non poteſt adaptari ad tempus longum, vt bene aduertit Pine, vbi ſ. nu. 65. per l. 8. ff. de uſufru. lega. ibi, perpetuò, & ibi, vnde centum annos, & per l. an vſufructus 63. ff. de vſufructu. quæ iura ponderat ad hoc, quòd nec ex centum annorum ſpatio perpetuum propriè dici poteſt, quod voluit ante eum Barba. in conſ. 20. lib. 4. Ripa. in l. 2. colu. 1. ff. ſolut. matr. quos ipſe refert. Ex quo infertur declaratio ad id quod adnotauit glo. in l. fi. ff. Si ager vectiga. vel emphi. pe. & poſt eam Deci. in conſ. 292. plures Docto. citans, & Couar. in lib. 2. reſolu. cap. 25. nu. 2. ſcilicet locationem ad longum tempus

pus

pus æquiparari, ſimilemq́; eſſe locationi perpetuæ: Nã verùm eſt regulariter, & non ſolùm locatio ad longum tempus, pro vt ipſi volunt, ſed etiam locatio ad modicũ tempus æquiparatur perpetuæ, nam in hoc non puto quòd ſit differentia, contra eos, ſed in quibuſdam caſibus locatio perpetua differt à temporali, etiam ad longum tempus, quod voluit Mari. Soci. Iun. in conſ. 62. nu. 2. volu. 2. nam locatio temporalis, etiam ſi ſit ad longum tempus, finito tempore conductionis amplius non durat, nec eam tenetur locator renouare. Et ex hoc infero non eſſe omnino tutam interpretationem d. Couar. vbi ſ. aſſerentis, Regiam l. 19. tit. 8. part. 5. in qua cautum eſt, colonum vel inquilinum qui ad vitam, vel imperpetuum conductum habet, nõ poſſe ſucceſſorem ſingularem expellere, locum ſibi vendicare & in locatione ad decennium, quia æquiparatur perpetuæ, quam l. ad hoc ſecurè citat Anto. Gome. in lib. contractuum ca. 3. nu. 9. cùm non in omnibus aſſimilentur: & ſupradicta ſunt notanda ad intelligentiam c. ad audientiam, de rebus eccleſ. alie. vel non. & Regiæ l. 9. titu. 17. part. 1. Verum reſponſio hæc manifeſtè confunditur ex l. ſi. ff. eod. ſi ager vecti. vbi ſubiungit idem Paulus I. C. idẽ eſt & ſi ad tempus habuerim conductum, nec tempus cõditionis finitum ſit, ex qua l. iuncta l. 1. apparet, in ſpecie illorum iurium non eſſe differentiam inter locationẽ perpetuam, & locationem ad tempus: Imo ſi rectè conſiderentur prædicta l. 1. & 3. & fi. C. de locati. prædi. ciui. lib. 11. iura illa ciuilia conſtituentia differentiam inter locationem perpetuam, & temporalem, non loquuntur in ſimplici locatione, ſed in locatione agri vectigalis, & iura canonica, & Regia ſimiliter, in caſibus ſpecialibus tantùm procedunt. Eſt tamen aduerten-

tendum, quòd ſi locatio fiat in perpetuum pro modica penſione, quòd nihil differt à contractu emphiteutico, & contractum emphiteuticũ eſſe affirmat Ioan. Anto. Rube. in repeti. l. Gallus §. quidam rectè nu. 205. ff. de libe. & poſthu. etiam ſi dictum eſſet in inſtrumẽto, quòd locabat, quia natura & forma contractus, magis quam verba conſiderantur, vt inferius latius dicetur. Secunda reſpõſio eſt, quòd iura illa etiã nihil vrgent pro opi. communi, cùm in l. fi. dicatur idẽ eſſe in conductione ad tempus, nam cùm indiſtinctè & generaliter loquatur, generaliter & indiſtinctè, iuxta iura vulgaria, eſt intelligenda, vt verbum illud, ad tempus, non ſolùm locationem ad longum, ſed etiam ad breue tempus, comprehẽdat: Imo verbum, ad tempus, ad modicum, propriè loquendo, ſolet adaptari, vt conſtat ex Vlpiani reſponſo in l. 1. §. quod autem ff. de ſuperfi. Vnde reijcienda omnino eſt explicatio glo. in d. l. fi. ff. ſi ager vecti. dum verbum, ad tempus, exponit & reſtringit, ad modicum tempus, & eſt ſimilis glo. in c. 1. in verbo, alienationes, capi. Corra. quas improbat Pine. in d. l. 1. in 3. parte nu. 67. Nec oberit ſi dicatur, quòd d. l. fi. aliter non poterit intelligi, cùm habeamus, quòd actio in rem non competit conductori, iuxta d. l. in prouinciali §. ſi ego ff. de noui ope. nunt. Vnde cùm ibi dicatur, quòd datur conductori ad tempus actio in rem, vt iura iuribus cõcordemus, neceſſariò videtur dicẽdum, quòd l. fi. loquatur in locatione ad longũ tẽpus, ex qua ſolet competere actio in rem, vt conſtat ex d. §. quod autem: Nam reſpondeo cum Pine. vbi ſ. quòd prædictæ l. 1. & fi. non loquuntur de locatione ſimplici, ſed de locatione agri vectigalis Reipublicæ, vel fiſci, vt apparet ex illis iuribus, & toto illo titulo, vbi in rubro,

&

& nigro de vectigali agro mentio fit,† & ager vectiga-
12 lis appellatur ille, quem quis à fiſco ſeu à municipibus,
& non à priuatis conductum habet, vt docet Alci. in
lib. 3. diſpuncti. cap. 10. Spigel. in lexi. iuris in verbo,
vectigales, Conn. Corra. quos refert & ſequitur Pinc.
vbi ſ. Et † conductori agri vectigalis, receptum com-
13 muniter eſt competere in rem actionem indiſtinctè,
ſiue ſit conductor ad longum, ſiue etiam ad modicum
tempus, iuxta glo. doctri. in l. 1. verbo conduxerit ff. de
loco publi. fruen. & Albe. & aliorum ibi, & glo. in d. §.
quod autem l. 1. ff. de ſuperfi. vbi Bart. nu. 4. & Ange.
eam ſequuntur, quod etiam ſenſit idem Bart. in l. vecti-
galia §. 1. vbi expreſsè Ange. & Imola eam firmant ff.
de publica. & vecti. & Bald. in l. 1. nu. 5. verſi. Tertiò C.
de loca. & Fulgo. in l. 1. in fine ff. ſi ager vecti. Paul. in l.
in prouinciali §. ſi ego ff. de noui. ope. ad finem, Alex.
in l. diuortio §. ſi fundum ff. ſolu. matri. vbi & Iaſ.
Ferdi. Loazes in repe. §. diui. l. filiusfami. ff. de lega. 1.
nu. 170. Laude. in tracta. de fiſco conclu. 114. Pinc. vbi
ſupra nu. 67. circa medium, vbi veriorem & receptio-
rem hanc ſententiam appellat, & vltra ſcriben. conſi-
derat rationem differentiæ inter locationem fiſci, vel
reipublicæ, & locationem priuati, ſcilicet quia maior
fides à Principe, & à Republica, quam à priuato exigi-
tur. Secunda ratio eſt quia fiſcus, & Reſpublica habent
maiorem poteſtatem quàm priuatus, & maior pote-
ſtas eius à quo res habita eſt, operatur faciliorem ac fir-
miorem acquiſitionem, vt apparet ex traditis à Bart. &
Pau. in l. Cæſar ff. de publi. & vecti. & à Iaſ. in l. quo-
ties colu. 2. C. de rei vendi. & in prælu. feud. nu. 72.
& à Couarr. in lib. 2. reſolu. cap. 9. nu. 3. quod ipſe cor-
roboro per l. bene à Zenone, C. de quadri. præſcrip. Vbi
emens

14 emens † rem alienam à fiſco, non poteſt à dominis inquietari. Et aliam non minus efficacem differentiæ rationem, poſſe reddi exiſtimo: Videlicet quia prædicti agri vectigalis conductores, in prædiis cõductis à fiſco, aliquando inuiti detinentur: quam rationem in ſimili tradunt Docto. in l. congruit, & in l. fi. C. de locati. prædi. ciui. lib. 11. reddendo rationem quare in illis iuribus, alijs locatoribus in eiſdem prædijs præferuntur eodem pretio, & eam ſequitur Anto. Gom. Tomo 2. cap. 2. nu. 5. nam qui damnum ſentit, ſentire & commodum debet, in regu. qui damnum de regu. iu. lib. 6. Vnde in recompenſationem damni, conceſſum fuiſſe puto hoc priuilegium his cõductoribus vectigalium, vt habeant ius in re, ac vt cõpetat eis actio in rem, & habeant alia ſpecialia, non verò fauore fiſci, vt aliqui volunt. Et hinc
15 eſt, quòd † ille qui locat, vel emit gabellam à communi certi loci, poteſt vendere bona non ſoluentium gabellas, vel tributa fiſci, quoniam conductor huiuſmodi, habet idem ius quod fiſcus, l. creditor in prin. & ibi notat Bart. ff. de acti. emp. & Alex. in d. §. ſi ego. Et hinc etiam
16 eſt, quòd particularis † ſucceſſor fiſci, non poteſt expellere eius colonum, etiam modici temporis, glo. & Bart. in l. fi. ff. de iure fiſci, per tex. ibi, glo. Cyn. Bart. Bald. & Sali. in l. emptorem C. de loca. Bart. in l. cognouimus C. de man. & colo. per tex. ibi, Paul. Caſt. in l. ſi filio §. ſi vir. nu. 4. ff. ſolu. mat. vbi Roma. nu. 10. & Alex. nu. 5. Iaſ. in l. diuortio nu. 36. ff. eod. Gui. Papa deciſ. 480. Pine. vbi ſupra nu. 68. circa medium, quia vbi ius reale acquiritur conductori, ceſſat diſpoſitio d. l. emptorem, nec ſingularis ſucceſſor poteſt eum expellere, vt adnotant Docto. ibi, & Anto. Gom. vbi ſupra nu. 9. & ibi eius additionator ſequitur, & ad hoc citat Couarr. in

lib.

lib. 2.reſolu. cap. 15.nu.3.Anto.de Fano de pign. parte 2. memb. 1. nu. 6. Neguſant. de pigno.part. 2. colu.3. Gratus in conſ. 95. nu. 2. lib. 1. Ioan. de Ami. in conſ. 113. quos etiam refert & ſequitur Pine. vbi ſupra in d.l. 1. par.3.nu.68.circa medium: & hæc differentia inter locationem agrorum vectigalium, hoc eſt fiſci, vel Reipublicæ, & locationem agrorum priuatorum, eſt multum notanda, nam pro vt aduertit Pine. Docto.huius cōmunis opi.immemores hac in re ſibi ipſis pasſim aduerſantur: nec eam conſiderauit Bald. in c. literæ nu. 4. de dilati. nec Alex. in d. §. ſi vir nu. 5.& in l.ſi finita §. ſi de vectigalibus colu.1.ff.de damno infecto, nec Deci.in conſ. 292. Non tamen omitto, quòd licet prædictus conductor vectigalium habeat ius in re, in multisq; emphiteutæ æquiparetur, aliquando verò ſimplici
17 conductori asſimilatur, & non emphiteutæ: † nam ſi ceſſat à ſolutione mercedis, poteſt expelli tempore quo ſimplex conductor expelli ſolet, de quo agitur in l.eadem C.de loca.& declarat Anto. Gom. vbi ſupra nu. 6.& nō expectatur trienniū, vt in emphiteuta priuatorū ſit, vt reſoluūt Paul.& Imo.in l. vectig. §.1. poſt Ange. ibi, per tex.ibi ff.de publ.& vec.& voluit idē Bal.in d.c.literæ nu.1.ad finem, & Bart. vbi Platea in l. 1.C. de adminiſt. Reipu. Firmi. de Gabe.par.2.nu.15. quos refert & ſequitur Pine. vbi ſ. nu. 68. in fine. Ex ſ. dictis bene colligitur in d. l.1.& l.fi. ff.ſi ager vecti.nō probari, locationē lōgā alienationē eſſe, nec per eā in cōductorē dominiū trāsferri, nec ibi aliquā cōſtitui differētiā īter locationē ad lōgū,& locationē ad breue tēpus, ſed in vtraq;
18 idem ius eſſe. Non † obſtat l. 1. §.quod autem ff.de ſuperfi. qui tex.differentiam inter locationem ad longum, & ad breue tempus conſtituit, quæ fortè in alio tex. iu-

ris ciuilis non reperietur:nã l.illa nõ loquitur in ſimplici locatore, ſed de ſuperficiario ibi agitur,qui ſolùm cõduxit vt ſuper eùm ſuperficiem apponeret, cui Prætor cauſa cognita, in rem actionem concedit, non ſimpliciter & indiſtinctè,ſed tantùm ſuperficiario qui conduxit ad longum tempus, quia conductori ad modicum tempus, Prætor non poterat actionem dare,vt ibi probatur: Sed ſi cognouiſſet eum ad longum tempus habere conductum, ei iure nouiori conceſſum erat,vt cõſtat ex l. illa, & apertius ex l. tutor §.fi.ff.de pigno.acti. & ex l. ſuperficiario 74.ff. de rei vendi. ex quibus iuribus clarè colligitur,ſpeciale eſſe in ſuperficiario conducente, nam ſi regulare eſſet in quolibet conductore,nõ erat ibi neceſsè dicere de ſuperficiario, ſed generaliter cauere, quòd expresſius apparet ex l. in prouinciali §. ſi ego ff. de noui.ope.nun. vbi inquilino ſeu conductori negatur actio, nec ei permittitur nouum opus nuntiare,& conceditur ſuperficiario:nec ſatisfacit reſponſio Docto. quòd tex. ilic loquitur in inquilino ad modicum tempus, & in ſuperficiario ad longum tempus, nam hic intellectus eſt diuinatorius, & à mente & verbis I. C. ibi penitus extraneus, qui ſolùm in eo vim facit, quòd vnus ſit ſimplex conductor, & alius ſuperficiarius,& ratio quidem ſpecialitatis in ſuperficiario conductore eſt,quia in ſolo conducto ſuperficiem habet, & faciem imaginemq; dominij ſicuti emphiteuta: nec mirum eſt ſi in eo ſingulare ius conſtitutum ſit, cùm circa ædificia publica verſetur vtililas,& vt maior cura in ciuitatum ornatu habeatur, quod Reipublicæ intereſt,vt conſiderauit Pine.vbi ſupra,arg.l.ſi quis C.de ædifi.priua. ibi,ornatum & commodum ad decoram faciem ciuitatis.

19 Nec † obſtat c. nulli ex. de rebus Eccle. alienan. nam

Digitized by Google

nam reſpondet Bero.ibi.nu.31. quòd non eſt bona expoſitio, ſeu correctio Barba. ibi explicantis, quòd vellit dicere, alienationis nomen, continere conductionem. Primò quia ſi vera eſſet eius expoſitio, tex.ille comprehenderet etiam conductionem ad modicum tempus, quod Docto. omnes negant, etiam largo modo loquẽdo. Præterea ſi hoc vellet ſentire tex. ille, non diceret conductionem, ſed locationem. Tertiò meo iudicio tex. ille conſiderari poterit, quòd noluit dicere conductionem, nec eam & locationem, etiam ad longum tempus comprehendere, nam dicit alienationis nomen continere emphiteuticum perpetuum contractum, vndè clarè patet, quòd negat comprehendere emphiteuſim temporalem, vt ad vnam vel tres vitas, quod originem habet ex authen. de non alien. uel permu. rebus eccle. §. alienationis, & §. emphiteuſim, vdi expresſius probatur, nam conceſſum in vno in alio videtur negatum, per regu.tex. in l.maritus C. de procura.l.cum Prætor, cum vulga. ff. de iudi. aliàs enim ſuperfluum eſſet dicere, perpetuum, ſi idem eſſet in temporali emphiteuſi, & ſuperfluitas non eſt præſumenda. Cùm igitur alienationis nomen vellit tex. ille non comprehendere contractum emphiteuticum temporalem, etiam ad aliquas vitas, vel plures annos, à fortiori dicendum erit, quòd non voluit, quòd comprehendat locationem ad decem annos, maximè cùm per contractum emphiteuticum, etiam temporalem, ſemper in emphiteutam transferatur dominium vtile, & acquiratur ei ius in re l. 1. & 2. & 3. C. de iure emphi.l.1.& 2.& 3.ff. ſi ager vecti.& vtrobiq; Docto. adnotãt, quod eſt ſecus in contractu locationis, & cõductionis, vt cõſtat ex §.adeo inſtitu. de loca. & ex l.ſolet ff.loca.& ex l.cũ manu ſata ff.de contra.empti.

SSS 2 Sed

Sed tenēdo literā cōditionē, pro vt in tex. reperitur, diffi cultas erit inſenſu, quid uoluit tex. dicere: et glo. ibi interpretatur, quòd tex. ille uellit dicere, alienationis nomē continere conditionem, hoc eſt quòd prohibitus alienare, non poteſt rem alienare prohibitam ſub conditione tradere, & pro nunc non uideo meliorem intelligentiam. Sed ſuppoſito ſine veritatis præiudicio, quòd litera illius tex. ſit corrupta, & debeat ſtare conductionē, pro ut Barba. vult, & non conditionem, pro ut in codicibus reperitur, exiſtimo huic tex. occurri poſſe, vt dum dicit alienationis nomen cōtinere conductionem; intelligatur hoc non eſſe propriè & ſtrictè, nec largo modo, ſed largisſimè, & impropriè loquēdo: nam licet uerum ſit, in conductorem ſimplicem domi-
20 nium † non transferri, nec directum nec utile, tamen quia conductor in re conducta uicem domini, pro tempore conductionis gerit, ut tradit Roma. in l. cotem ferro §. qui maximos fructus nu. 5. ff. de publi. & uecti. Cona. in lib. 7. cap. 11. nu. 1. ad finem, largisſimè poterit dici alienatio, quoniam ſecundum eos, conductio cu iusq; rei eſt quædam temporalis emptio, propter facultatem quam habet conductor fruendi re conducta, pro tempore conductionis, iuxta l. ex conducto in prin. ff. loca. & l. repeti ff. quib. mod. uſu. amitt. conductor etenim dominus rei conductæ, ſecundum quid dici poteſt, propter cōmoditatē quam habet: & ideo in eam habere ſpeciem aliquam dominij largisſimè dicitur, nam quod alienum eſt, ſolet proprium largisſimè, propter aliquam cauſam appellari: et hinc eſt, quòd ratione officij, cauſa aduocati dicitur in qua patrocinium præſtitit, & ideo in ea idoneus teſtis non eſt, iuxta l. fi. ff. de teſti. ubi Bald. idem eſſe in procuratore concludit, ut ſupra in cap. 16.

latè

latè adduximus. Itaq; cõcludo, quòd in d.c. nulli nõ probatur, per locationẽ ad lõgũ tẽpus dominiũ utile trãſferri, nec alienationis nomẽ eã locationẽ, ſaltẽ largo modo cõprehẽdere, pro vt Docto. volũt, ſed largiſsimo modo cõprehẽdi locatio, tã ad lõgũ, quã etiã ad breue tẽpus.
21 Nec † obſtat Clemen. 1. de rebus Eccle. non alie. ubi res Eccleſiæ non poſſunt cõcedi per locationẽ ad longũ tẽpus, & tamen per locationem ad breue ſic: nam reſpondeo, quòd hoc non probat locationem ad longum tempus eſſe alienationẽ, nã aliàs diceremus, quòd quælibet locatio ultra triẽniũ eſt alienatio, cũ prohibita reperiatur, per extrauag. ambitioſæ cõmu. de reb. Eccle. quod Do. negãt in l. ſi filio §. ſi vir ff. ſolu. matri. & omnes volunt per tex. ibi, locationẽ ad quinquẽniũ nõ eſſe longã, nec per eam transferri dominium vllum; ſolùm enim ſecundum Docto. dicitur alienatio, quando aſcendit ad decennium, longiusuè tempus. Et eadem ſolutione tollitur fundamentum d. extrauag. ambitioſæ, & cap. 11. Seſsi. 25. Conci. Triden. Nec ex prædictis iuribus colligitur neceſſariò, quod locatio longa ſit alienatio, quia ibi eſt prohibita, nam prohibitio non ex hoc prouenit quòd ex ea trãsferatur dominium, ſed quia magis præiudicialis eſt longa quàm breuis locatio, propter facultatem quam conductor in ea pro longiori tempore ha-
22 bet. Nec † obſtat c. 1. §. donari quali. feu. dari. pot. ali. vbi feudum prohibetur alienari, & etiam locari, quãdo locatio eſſet fraudulenta, vt per libellum, nam tex. ille loquitur in caſu ſpeciali, in contractu videlicet libellario, qui eſt ſimilis emphiteutico, vt reſoluit Iaſ. in l. 1. nu. 34. C. de iure emphi. poſt glo. & Ange. in authen. ingreſſi. C. de ſacro Eccle. Imo tex. ille, ſi optimè conſideratur, probat oppoſitum, cùm non obſcurè ex eo

appa-

Digitized by Google

appareat, quòd licet feudum prohibeatur alienari, non tamen prohibetur locari regulariter, ſed in caſu ſpeciali, quando locatio eſſet fraudulosa. Vltimò non † obſtat Regia l. 19. tit. 8. part. 5. & reſolu. Docto. in d. §. quòd autem, vbi colonus vel inquilinus, qui in perpetuum, vel ad vitam rem conductam habet, à ſingulari ſucceſſore expelli non ualet: nam primò reſpondeo, quòd licet verum hoc ſit (quod de iure Regio eſt manifeſtum, vt ex d. l. 19. conſtat, quamuis de iure communi contra communem opi. poſſet contrarium defendi) tamen illud non concludit, quòd conductor habeat dominium, aut ius in re conducta: nam exceptio, & retentio ſolet ei concedi, etiam ſi non habeat ius in re, vt quãdo res conducta alienata eſſet, & tempore alienationis conuentum eſt expreſsè, quòd expelli colonnus, ſeu inquilinus non poſſit, l. emptorem C. de loca. ibi, niſi ea lege emerit &c. declarat Anto. Gom. in libro reſol. Tomo. 2. cap. 3. nu. 9. Secundò reſpondeo, quòd l. illa non loquitur ſimpliciter de locatione ad longum tempus, ſed de locatione perpetua, quæ vt ſupra diximus differt aliquando à locatione temporali, etiam longa: item loquitur de locatione ad vitam, quæ longior poterit eſſe, quàm locatio ad decennium, cùm quilibet præſumatur quòd viuet vſq; ad centum annos, arg. l. fi. C. de ſacro. Eccle. Vnde licet per Couarr. & Anto. Gom. l. illa Regia trahatur ad locationem ad longum tempus, tamen mihi contrarium videtur dicendum, ponderatis iuribus, & non conſideratis traditionibus Docto. cùm deciſio eius ſit exorbitans, & diuerſa, & longè maior ratio ſit in locatione perpetua, de qua ibi agitur, quàm in locatione ad decennium, ideoq; non eſt facienda extenſio, per ea quæ tradit Gozañ repeti. l. omnes populi nu. 286.

23 (margin, beside line 3) · 15 (margin, beside line 7)

poſt

poſt Bart. & Docto. ibi ff. de iuſti. & iure, Iaſ. in authen. quas actiones C. de ſacro Eccle. arg. tex. in l. ſi verò §. de viro, & in l. ſi cum dotem in prin. ff. ſolu. matri. & l. comodiſsimè ff. delibe. & poſthu. Imò illam l. ego in contrarium vrgere puto, nam cùm in locatione perpetua, & ad vitam ſpecialiter per eam conſtitutũ ſit, quòd colonus ſeu inquilinus non poſsit expelli à ſingulari ſucceſſore, contrarium in alijs conductoribus, etiam ad decennium, diſpoſitum intelligitur, cùm iſte caſus ſit omiſſus, vnde ſuccedit regula d. l. commodiſsimè. Concludo igitur veriùs contra communem opi. eſſe, alienationis nomen, locationem ad decennium longiuſuè tempus non continere, nec ſtrictè, nec largo modo huiusmodi locationẽ, alienationẽ dici, nec per eã dominiũ directũ, nec vtile in conductorẽ transferri. Exiſtimo tamen, quòd communis opi. poſsit ſaluari, vt procedat quando in cõtractu locationis lõgæ, vel perpetuæ, ſeruaretur natura cõtractus emphiteutici, & nõ locationis, vt ſi fundus concederetur pro modica penſione, fructibus fundi non correſpondenti, quo caſu non eſt propriè locatio, ſed contractus emphiteuticus, vt ſupra dictum eſt, & in fine latius dicetur. Sed vt Clarius veritas huius difficultatis appareat, oportet hunc articulum per concluſiones reſoluere. Prima igitur concluſio ſit: Alie-
24 nationis † nomen locationem non continet, perpetuã, nec temporalem, ad breue, nec ad longum tempus, propriè, ſtrictè, nec largè, nec largius loquendo, largiſsimè uerò & impropriè loquendo, quamlibet locationẽ perpetuam, vel temporalem ad longum, & ad breue tempus comprehendit. Et pro huius concluſionis intelligentia ſcire oportet, alienationem quidem multi-
25 pliciter † in iure ſumi, ſtrictè uidelicet, & largè, & largius,

Digitized by Google

non eſt uerisimile, ꝙ loquantur impropriè, & uerisſimũ eſt ẽt qñ utile dominiũ tantũ transfertur, ut ĩ ſpecie Pau. & Bero. citati adnotarũt. poſt gl. & ibi Bal. in c. 1. §. noui, per quos fiat inueſti. & eundẽ Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario quibus modis feu. amit. quæ opi. receptior eſt, quamuis expreſſe cõſuluit contrariũ Ceph. in cõſ. 178. nu. 19. & ſentire uoluit Fel. ubi ſ. decepti au ctoritate gl. & Sal. in l. 1. C. de iu. emph. aſſerentiũ large eſſe alienationẽ: qui erant, & alii, qui econtrario pu
26 tãt, quòd hæc † dicatur ſtrictè, & nõ largè alienatio, exiſtimãtes idẽ omnino eſſe ſtrictè, & propriè, & ſimiliter largè, & impropriè, immemores quòd aliqũ propriè accipitur ſecũdũ uim propriã uocabuli, nõ ſolũ quòd dicitur ſtrictè, ſed ẽt quòd largè, ut adnotauit Bal. Nouel. in repe. Rub. de uer. ſig. nu. 60. & latè declarat Ludo. Alua. noſter collega in rep. rub. de leg. 1. nu. 26. & uoluit Abb. in c. cũ dilectus, nu. 15. de conſue. Lanze. Pol. in trac ſubſt. col. 4. & ita ĩ noſtra ſpẽ propriè alienatio dici põt, non ſolũ quæ ſtrictè, ſed ẽt illa, quæ largè dicitur alienatio, quòd uerius & receptius cõtra ꝑdictos puto. Alienatio largius loquẽdo dicitur, qñ dominium utile ad tẽpus trãsfertur, ut per emphiteuſim ad unam, uel plures uitas, l. fi. C. pe reb. al. Auth. de nõ ali. uel perm. §. emphiteuſim, & urget d. l. 1. C. de fun. do. Et idẽ omnino dicendum eſt de hac alienatione, quod de ſuperiori dictum eſt: nã aliqui uolunt, quòd hæc ſtrictè, & propriè dicatur alienatio, & ſub hac alienatione cõprehendatur locatio ad longũ tẽpus: ego vero exiſtimo uerum eſſe, quòd ſit propriè alienatio, ꝑ prædicta iura, quæ propriè meo iudicio loquũtur, ſed puto Doc. aliquos decipi, in eo quod uolũt, ſtrictè dici alienationẽ, & ſimiliter ĩ eo quod cõiter affirmãt locationem ad lõgum tẽpus continere, quod in iure

TTT non

non probatur, niſi in caſu ſpeciali, qñ in contractu lo cationis ſeruata eſſet natura contractus emphiteutici,
27 ci,& ſub hac alienatione largiori continetur, †ēt alie natio, per quā dominium directum, aut utile nō transfertur, ſed acquiritur ius ī re, ut datio vſusfructus, hypothecæ nexus, uel ſeruitutis impoſitio, iuxta l.fi.C. de reb.ali.quem tex.ad hoc adnotauit Iaſ. in §. itē ſi quis in fraudem, nu.24.inſt.de act. & poſt eum Are. Pine.ubi ſ.nu.18.& facit l.ex hoc §.alienare ff.de al. iu.mu.cau.fac. Sed eſt aduertendum, quòd gl.& Doc. uolunt, quòd hæc alienationis ſpecies, largè, & impropriè dicatur alienatio, ita firmat gl.in d.l.1.C.de fun. do.uerbo eſt autem, Alb.Bal.& Sal.ī d.l.fi.ubi & Pau. nu.2.idem Bal.in Auth.hoc ius nu.1.C.de ſacroſ. ec. uerſ.eſt autem, Cro.in rep.d.§.diui.nu. 122.Bero. in Rub.ad fi.& in c.nulli, nu.21.de reb.eccle.receptum dicit Pine.ubi ſ.plures ad hoc citans Doc. quod uoluit ēt gl.in l.benignius.ff.de leg.& in d.l.fi. quæ dicit, quòd nō eſt uerè alienatio:& quòd hæc ſit impropriè alienatio, uidetur probari in d.l.alienatū.ff.de ver.ſig. & 1d l.1.C.de fun.do.ex quibus colligi poſſe videtur quòd qñ non transfertur dñium, non eſt alienatio, cū alienatio ſit actus per quem transfertur dñium, ut ibi. Verum his nō obſtantibus, Alc.in d.l.alienationis verbum.28.ff.de uerb.ſig.in ea eſt ſnīa, ut putet hāc abſque tranſlatione dñii alienationē, ex hypotheca, vel ſeruitute, propriè appellari alienationem, per d.l.fin. quod uerius mihi contra communem videtur: nā nō eſt uerиſimile, quòd Imperator in d.l.fi. loquatur impropriè, ut bene conſiderauit Pine.ubi ſ.dicēs, quòd
28 ita accipitur apud Luſitanos, †qui rñdet ad d.l.1.C. de fun.do.quòd tex.ille nō ſolùm loquitur de alienatione per quam transfertur dominium, ſed ēt de alie-
natione

natione hypothecæ nexus:cùm ſi materia prohibitionis alienationis fundi dotalis, non ſolùm actus per quē dominium transfertur prohibeatur, ſed ēt hypotheca, ut conſtat ex prin.inſt.quib.alie.licet uel non, & ex l.4.ff. de fun.do. Vnde ipſe arbirror difficultatem d.l.1.poſſe tolli, reſpondendo l. illam dum aſſerit quod actus per quem dñium transfertur eſt alienatio, non negare alienationem ēt eſſe actum per quē ius ī re acquiritur: nec ſumi debet arg.à contrario ſenſu:cum ex eo reſultaret correctio prædictorum iurium contra regulam .l. cōuenticula.C.de epiſ.& cl.Et non eſt multum affirmare quòd conſtitutio uſusfructus, & impoſitio ſeruitutis, vel hypothecæ, uerè & propriè dicatur alienatio propter ius ſpeciemq; dominii quod in re ex his quæritur, cum multipliciter quis dominus, & proprium habere dicatur, vt ſupra adduximus, & ī c.16.declarauimus. Et quòd prædictæ dicātur uerè alienationes, probatur in l.in venditione.ff.de bonis act.iud.poſſ.& ſatis colligitur ex d.l.fi.& ex l.4.ff.de vſuſ.& ex l.1.§.fin. ff.quæ

29 res pig.obl.poſ.Nec† oberit l.in quorum.ff.de pig.nam ī ñdeo verum eſſe, quòd prohibita uenditione, nō prohibetur pignoris datio, quia ibi prohibetur ſpecies alienationis, hoc eſt venditio: ſecus tñ quando in genere alienatio prohiberetur: Et ita intelligo d.l.in quornm: poſt Pe.& gl.in d.l.fi.in verbo, vel hypothecè:Nec admittendam puto diſtinctionem quam ibi gl.& Doc.tradunt, an à lege uel ab homine ſit prohibita alienatio, quæ diſtinctio cōfunditur per d.l.fi.quæ in quacunq; diſpoſitione legis, & hominis loquitur, qua de cauſa Pin.

30 vbi ſupra nu.20.damnauit† doc.Bal.& Pau.in d.l.fi.aſſerentium, quòd ſi ſtatutum prohibet ne res alienetur ī forenſem, pōt tñ vſusfructus conſtitui, qui dicit, qnòd magis erit attēdenda ſtatuti rō, & quod in dubio cōtra

Digitized by Google

eos iudicaret,& ſimiliter reijcienda eſt diſtictio eorum inter verba legis & ſtatuti, quam reprobat idem Pine. dicens,improbabilem eſſe hanc uulgarem differentiam inter uerba legis & uerba ſtatuti, pro qua ſolet citari.l. 3.§.hæc uerba.ff.de neg.ge.& l.2.§. is qui nauem. ff.de de exer.& l.quidquid aſtringendæ ,ubi Doc. not. ff. de uer.ob.Quoniam in oĩ diſpoſitione legis gñalis uel particularis,pariter ratio attendi debet,nec ĩ dubio à proprietate uerborum erit recedendum,arg.l.non aliter. ff.de leg.3.qui citat Sal.idem ſentientem in l.ſerui, nu. 22.cum ſeq.C.de nox.ac.quòd corroboratur per doc. Cona.in li.1.c.10.nu.7.ubi affirmat,quòd nihil omnino præter nomẽ,intereſt inter legẽ,& ſtatutum, nec aliud eſſe ſtatutum,quàm lex. Verum licet Pine. doctrina regulariter uera ſit, & maximè in ſpecie de qua agimus ſuſtineri poſſit:nempe quòd prohibita alienatione, cẽſeantur regulariter prohibitæ oẽs ſpecies alienationis quæ continentur in d.l.ſi. C.de reb.alie. ſiue à lege generali,ſiue ab ſtatuto prohibeanĩ: aliqñ tñ lex & ſtatutum differunt,nec eſt, eadem ſed diuerſa rõ in diſpoſitione gñali,quæ eſt in particulari,cũ generalis diſpoſitio ſit fauorabilior, cũ magis participet de legis intentione & fine,quia magis ad bonum cõe tendit,arg.l.ius pluribus.ff.de iuſt.& iu. & eorũ quæ ſupra in c.4.adduximus. Ex qua rõne ipſe nouiter infero, ꝙ regulariter ius naturale quod eſt hoĩbus cõe cũ brutis,fauorabilius eſt quam iusgentium,& ius gentium quã ius Regiũ, & leges generales Regni quàm ſtatuta ciuitatis, uel collegii illius Regni: quoniam ſunt generaliora, & per cõſequẽs magis tendunt ad bonum cõe. Ex quo manifeſtè
31 apparet,† ſtrictè loquendo,legem & ſtatutum non eſſe omnino idem:lex etenim eſt diſpoſitio cõis,& generalis d.erit 4.diſt.ſtatutum uerò diſpoſitio particularis, &

ius municipale alicuius loci particularis, ut alicuius ciuitatis, uillæ, uel collegii. Et hinc eſt quòd ſtatuta ſpāliū perſonarum, & locorum, dicuntur eſſe facti, & in facto conſiſtere, ut apparet ex c.1. de conſt. in 6. quòd eſt ſe-
32 cus in lege generali, ut ibi not. Et ad tex. † in d.l. alienatum. ipſe arbitror poſſe reſponderi, quòd quatenus dicit, quòd alienatū nō propriè dicitur quod adhuc ī dominio uenditoris manet: uenditū tamē rectè dicitur: ītelligi debeat, quando manet pleno iure in dominio vēditoris, ſeu alienantis: ſed quando ius in re quæſitū eſt alicui, ut per conſtitutionē uſusfructus, iā dominus proprietatis nō dicitur pleno iure dominus, ut apparet ex l. fœminæ. §. illud. C. de ſec. nup. ita uult l. illa abſq; traditione, uel iuris acquiſitione propriè nō dici alienationē: quāuis, ſit ſecus in uenditione. & ita noue intelligo d.l. alienatum, per quam Pine. exiſtimās oī rñſione maiorem eſſe ab Alc. ſnīa uidetur recedere. Et ſupradictis ſuffragatur rō, nam ut ſ. diximus propriè dicitur alienatio, qñ dñium directum remanet penes alienantem, & utile transfertur: licet enim hæc alienationes ſtrictè nō dicātur alienationes, ſed largius, dñr tñ propriè, qđ nō repugnat. quamuis Pine. & alii ſentiūt contrariū. Vnde ſaltem non dicuntur impropiiſsimè, ut Ber. citatus poſt
33 Bal. non bene docet. Alienatio largiſsimè dicitur, † qñ dominium non transfertur, nec directū, nec utile, nec ius in re quæritur, ſed ex aliqua cā poteſtas in aliqua re alicui cōceditur, obidq; res illa omnino aliena, eius propria dicitur: & hinc eſt ꝙ ratione officii, cā aduocati dicitur, in qua patrociniū præſtitit, & aduocatus dñs eius, & ideo idoneus teſtis in ea non eſt, l. fi. ubi Bal. idem eſſe in procuratore uoluit. ff. de teſti. ut in c. 16. ſ. larè oſtēdimus Et hæc alienatio largiſsimè ſumpta, proculdubio impropriè dicitur alienatio, & eius appellatio comprehendit

Digitized by Google

hendit quamlibet locationem, non ſolùm perpetuam, ſed & temporalem, & non tantùm ad longum tēpus, ſed ét ad modicū, & breuiſſimum tēpus, & de hac alienatione poſſunt intelligi, quòd loquātur d. extraua. ambitioſæ in comm. de reb. ecc. & d. c. nulli, quatenus de locatione agunt, & ita remanet declarata & firma concluſio, quòd alienationis nomē propriè loquēdo, & ſtrictè, l. rgè, uel largius, locationē nullam ueram, ſeu ſimplicē, perpetuā, nec tēporalem, nec ad longum, nec ad breue tempus continet, largiſſimè uerò quamlibet. Et
34 ex hac concl primò infero, † non eſſe ueram ferè omnium opi. aſſerentium, quòd prohibitus rem alienare, prohibetur ad longū tempus locare. Quam tenet Dy. Bar. & alii in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperf. Sali. in l. fi. C. de reb. alie. non ali. ubi & Pa. Imo. in l. ſi filio. § ſi uir. ff. ſol. ma. & ibi Alex. nu. 25. idem Alex. in l. ſi domos. §. fi. ff. de leg. 1. Fab. & Ang. in §. adeo inſt. de loc. Cep. in l. alienationis uerbo, nu. 8. ff. de uer. ſig. & in Cle. 1. eo. ti. Affl. in conſt. Neap. in Rub. 5. ad fi. Tiraq in lib. 1. de retra. §. 1. gl. 14. nu. 79. Nic. Boe. dec. 234. Cou. in lib. 2. reſol. c. 16. nu. 1. ad fi. Fed. in conſ. 123. Alex. in conſ. 165 lib. 2. & in conſ. 17. li. 4. Mar. Soc. Iun. in conſ. 56. lib. 2. Quæ opi. proculdubio commu. & receptiſſima eſt, & eam amplectuntur prædicti, & alii Doc. hac attēta rōne, quoniam locatio ad longum tempus eſt alienatio, per eamq; transfertur dominium in conductorem, iuxta l. 1. ff. ſi ager uect. Sed contraria ſententia in puncto iuris mihi uerior uidetur, nempè quòd prohibitus alienare, non cenſetur prohibitus ad longum tempus, nec ad centum, uel mille annos locare: quam tenet gl. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 1. & eam ſequitur Cum. ibi, & Bal. noue. in trac. de dote 7. par. priui. 1. col. pen. Nec ob.ratio Doc. quia ut ſupra diximus verius eſt lo

catio-

nem ad longum tempus non eſſe alienationẽ propriè ſtrictè, nec largè. Saluari tamen poterit communis opi ut locum habeat, in locatione in qua forma, & natura contractus emphiteutici ſeruata eſt, & in aliis caſibus ſpeciatibus, in quibus ſupra concluſum eſt, dominium utile per locationem transferri, uel ius in re quæri: non uerò locum ſibi uendicauit regulariter in ſimplici loca catione, per quam uerius eſt dominium non transferri, nec ius reale, ex ſola temporis longitudine acquiri. Secundò ex prædictis infero non eſſe ueram rationem

35 quam tradũt Doc. quare Prælatus ſicut non poteſt res eccleſiæ alienare; ita nec ad longum tempus locare. ſ. quia locatio ad longum tempus eſt alienatio: nam ratio uera eſt, quia locatio longa rerum eccleſiaſticarũ, prohibita eſt expreſsè: non quia ſit alienatio, ſed quia eſt magis præiudicialis, quam breuis locatio, propter longius tempus. quo conductor trui debet reconducta: imò ſi rectè conſideretur, non eſt indiſtinctè uerum quod Docto. uolunt, uidelicet quòd locatio rerum eccleſiaſticarum ad modicum tempus permittatur, accipiendo locationem ad modicum tempus, prout Scrib. accipiunt, eam nempe locationem quæ ad decennium non aſcendit: quoniam prohibita eſt locatio rerum eccleſiaſticarum ultra triennium facta, ut conſtat ex d. extrauag. ambitioſæ, de reb. eccl. in commu. unde licet locatio ad quinquennium dicatur ad modicum tempus, ut adnotarunt Bal. Ang. Paul. & Alexan. nu. 23. in d. §. ſi uir, per tex. ibi, nihilominus locatio ad quinquennium rerum eccleſiaſticarum prohibita eſt, quòd eſt notandum: nam Docto. in aduertenter, indiſtinctè dicunt, ad modicum tempus res eccleſiæ per Prælatum poſſe locari. Tertiò infero ueram eſſe Cald. ſententiã in c. cum contingat, extra de iureiu. aſſerentis non eſſe

periu-

Digitized by Google

periurum Prælatum qui iurauit non alienare res eccleſiæ, quamuis eas ad longum tempus locauerit: quẽ refert, & ſequitur Couarru. in lib. 2. reſolu. c. 16. num. 2. & reprobat Bald. in c. 1. in princ. colum. pen. de his qui feu. dare poſſ. & Abb. in c. intellecto colum. fin. de iureiu. contrarium tenentes: tradit etenim do. Couarr. quòd alienationis uerbum propriè non comprehendit longam locationem. Vnde maritus qui non poteſt rem alienare poterit ad longum tempus locare: & ita concludit, quòd quamuis plerunque ob latam dictionis ſignificationem, res prohibita alienari, locari ad lõgum tempus non poſſit, hæc impropria ſignificatio accipienda eſt, quo ad hoc ut contractus locationis non ualeat, non uerò quò ad pœnam infligentiam alienanti, quod corroboratur per tradita à gloſſ. in Clement. prima, de conſanguinita. & affinita. & à Iaſo. & Dec. in l. 2. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & ab eodem Iaſo. in l. ſecunda in fine. ff. de in ius uocand. dicentium, quòd licet lex pœnalis extendatur, non tamen extenditur eius pœna. Ipſe uerò arbitror, quòd non ſolùm pœna impoſita alienanti non debet extendi ad locantem ad longum tempus, prout domin. Couarruu. & alii uolunt, ſed quòd plus eſt, contra eos exiſtimo, quòd contractus talis locationis longæ ualidus ſit, cum ut ſupra diximus, per huiuſmodi ſimplicem ad longum tempus locationem, non transferatur dominium utile. Et quòd uult domi. Couarru. impropriè alienationem dici, locationem ad longum tempus hac ratione uerum eſt, non uerò qua ipſe ſentire uidetur: ſcilicet quia dominium tantum utile per eam trãsfertur; nã eius traditio qñ dominium etiã utile tantum transferretur mihi nõ placeret: quia hoc caſu, ut paulo ante diximus propriè, licet non ſtrictè, ſed largè alienatio dicitur. Fateor

tamen, quòd in preſenti ſpecie quam adducit Calde. & poſt eum Couarru.contractus locationis erit ipſo iure nullus, ſcilicet quando Prælatus iurauit non alienare res eccleſiæ, non quia iurauit, vel promiſit non alienare, quoniam extendi non debet ad locationem ad longum tempus, quæ alienatio ſtrictè, uel largè non eſt, ſed quia locatio longa expreſsè ſicut alienatio prohibita de iure communi eſt, vt conſtat ex Clemen. 1. de rebus eccle. & in d. extrauag. ambitioſæ: vnde quia lege prohibente locauit Prælatus res eccleſiæ, cōtractus erit ipſo iure nullus, per l. non dubium, & quòd ibi notatur C. de legi. maximè quòd in dictis iuribus expreſsè huiuſmodi locatio annullatur: & iuramentum, aut pœna, uel promiſsio quæ poſtea ad maiorem canonis firmitatem addita ſunt non debent contractum ab eo prohibitū, & annullatū validare, ut in ſimili docet Couar. in 2. par. relectionis reg. peccatū. §. 5. nu. 6. de reg. iur. in
37 6. Ex quo † ſub infero, quòd in propoſita ſpecie, quando Prælatus iurauit non alienare res eccleſiæ, non ſolùm non poterit eas ad longum tempus locare, pro vt ſcriben. volunt, ſed nec ad modicum tempus, ſi tamen ultra triennium locauit, vt ad quadriennium, uel quinquennium, contra eorum mentem, quia per d. extrauag. ambitioſæ prohibita huiuſmodi locatio eſt. Secundò ſub
38 infero, † quòd ſi Prælatus uel alius adminiſtrator promiſit cum iuramento, uel ſub alia pœna, non alienare alias res quam eccleſiaſticas, quòd non ſolùm non erit ei infligenda pœna periurij, ſi ad longum tempus locauerit, pro ut reſoluīt Bero. in c. nulli extra de reb. eccl. nu. 32. & Couar. ubi ſupra in c. 16. nu. 6. & Pine. num. 64. ſed quòd contractus locationis erit ualidus, contra Docto. mentem, quia huiuſmodi locatio non eſt alienatio pro-

priè, nec ſtrictè, nec largè. Quartò principaliter ex prædicta
39 resolutione infero, non ueram † ſed & falſam eſſe multorum opini. aſſerentium, pœnam priuationis contra emphiteutam, irriquiſito domino alienantem, per l.fi. C. de iure emphi. conſtitutam, locum ſibi uendicare, contra locatorem ad longum tempus: quam tenet Alex. in conſ. 119. lib. 3. & Iaſ. in d.l.fi. nu. 2. & 112. Feli. in c. quæ in eccleſiarũ extra de conſti. nu. 87. Dec. in cõſ. 203. Afflict. in c. 1. in prin. nu. 6. de prohibi. feu. alien. Tiraq. in lib. 1. de retra. §. 1. glo. 14. nu. 82. Boeri. in deci. 234. poſt gl. & ibi Dy. nu. 3. in l. codicillis §. pe. ff. de leg. 2. Nam in hoc arti. uerior & æquior eſt noſtrorũ Hiſpanorum cõtraria ſnĩa, affirmantiũ emphiteutam propter longam locationem, non incidere in commiſſum, quod uoluit Couarr. in d. c. 16. Antõ. Gom. in lib. de contracti. cap. de locato nu. 11. ad finem, Pine. in d. l. 1. parte. 3. nu. 68. qui aliorum opin. ſaltem quod ad pœnam falſam eſſe affirmant. Ipſe verò exiſtimo, prædictorum determinationem quo ad omnia veram non eſſe, & emphiteutam ad longum tempus locantem, non ſolùm non incidere in pœnam commiſſi, pro vt noſtrates volunt; verum etiam quod talis longa locatio valida erit, contra omnium mentem, niſi in contractu locationis expreſsè prohibita, aut natura contractus emphiteuſis, & non ſimplicis locationis ſeruata eſſet. Cenſeo tamen, quòd ſi res in empheuſim cõceſſa, perueniſſet ad dominum directum medio tempore locationis, vt puta quia tempus finitum emphiteuſis eſſet, uel alia cauſa, quòd non tenebitur ſtare conductori, ſiue ad longum, ſiue ad modicum tempus conductum ab emphiteuta haberet, arg. l. ſi quis dominus §. 1. ff. locati, & eorum quæ in ſeqq. illationibus infra dicetur. Quintò infero nõ eſſe admittendam

40 tendam doctri. Iaſ. & aliorum Docto. in ſuperiori † illatione citatorũ, volentium emphiteutam ad longum tempus locantem, debere ſoluere domino quinquageſimam, quæ ei ex alienatione debetur, quam meritò improbat Pine. vbi ſupra nu. 68. Sextò infero reſolutio
41 nē quæſtionis vtilis,& quotidianæ,ſcilicet† an poſſidens bona vinculata expreſsè, aut tacitè alienari prohibita (vt ſunt bona maioratus, vel relicta perpetuò familiæ) poſſit ea ad longum tempus locare, vel in emphiteuſim concedere: In quo arti. Pine.vbi ſupra nu.65.aſſerit,ſe uariè vidiſſe iudicatum, & teſte eodem, partem affirmatiuam tenent aliqui Docto. hac præcipua ratione, quoniam res eccleſiæ in emphiteuſim in tres generationes permittuntur concedi,pro quo ego adduco tex. in authen. de non alien. vel permu.reb.eccle.§. emphiteuſim. Qua ratione non obſtante,contraria opin.negatiua per ſcriben.recepta eſt, non poſſe quidem per talem poſſeſſorem prædicta bona reſtitutioni ſubiecta, in emphiteuſim concedi, uel ad longum tempus in dam num aut fraudem ſucceſſoris locari,ita cōcludunt Bart. & Docto. circa bona relicta familiæ, in d. §. inſtituto l. codicillis ff. de lega. 2. & circa bona maioratus Anto. Gom. in l. 40. Tauri nu. 84. & circa omnia, Pine. vbi ſupra,qui eam corroborat ex traditis à Baldo in l.fi.§.ſed quia in fine C. commu.de lega. & in l.emptorem nu. 5. & 6. C. de locato & à Iaſ. in conſil. 29. & 94.lib. 1. pro qua adduceſit comm.opi.de qua ſupra, quòd prohibitus alienare, cenſetur prohibitus ad longum tempus locare:cui etiam ſuffragatur deciſio, & ratio,& l. ſi quis domus §. 1. ff. locati. vbi locatio à fructuario facta, extincto vſufructu finitur, quod Paul. ibi nu. 3. adnotauit. Præterea hanc partem ſuadet ratio,nam eſſet iniuſtum,

& valdè iniquum, poſſeſſorem maioratus, integra poſſeſſione rerum fraudari contra voluntatem, & præceptum primò inſtituentis, à quo ipſe capit, & non à prædeceſſore, iuxta l. 3. & quod ibi Bart. adnotauit ff. de interdi. & relega. l. vnum ex familia §. 1. ff. de lega. 2. & hanc partem ſequitur Curti. in conſ. 25. Pari. in conſ. 22. nu. 88. & 85. Deci. in conſ. 445. nu. 23. & alij plures ab his, & à Pine. relatis. Nec oberit aliorum fundamentum, quòd res eccleſiæ poſſunt in emphiteuſim in tres generationes concedi, nam reſpondent Docto. negatiuam, & communem partem tenentes, illud verum regulariter, & ſimpliciter non eſſe, cùm bona eccleſiæ non posſint in emphiteuſim concedi, nec ad longum tempus locari, vt in Clem. 1. de rebus eccle. & in extrauagan. ambitioſæ, eod. titu. & quod ſupra dictum eſt, vendicat ſibi locum ex necesſitate, & magna vtilitate, & cum tractatu, & ſolemnitate, maximè quòd diuerſa ratio eſt in rebus maioratus, cùm fieri poſſet fraus ſucceſſori, quæ ratio ceſſat in eccleſia, quæ ſemper eſt eadem, vt bene conſiderauit Bald. in d. l. emptorem. Mihi verò tàm affirmatiua, quàm etiam negatiua pars ſuſtineri non poſſe videtur, vnde hanc difficultatem ita reſolui debere puto. Aut quæritur an prædictus poſſeſſor posſit bona illa concedere in emphiteuſim, & indiſtinctè pars negatiua eſt vera, quòd non, cùm conceſſio in emphiteuſim, ſit vera, & propria alienatio, vt ſupra concluſum eſt, & ſimiliter non poterit locare ſeruando in locatione formam, & naturam contractus emphiteutici. Aut quæritur an posſit per eum verè locari, & teneo quòd ſic, & quòd ualebit ſimplex locatio indiſtinctè, ſiue ſit breuis, ſeu ad modicum tempus, ut eſt de mente omnium, ſiue longa contra communem opi-

opi. puto tamen quòd huiuſmodi locatio finietur vita locatoris, ſiue breuis, ſiue longa illa ſit, nec ſucceſſor amplius obligabitur, vt in locatione uſufructuarij contingit, & ita ceſſant omnes rationes communis opi. ſuppoſito quòd vt ſupra concluſum eſt, vera non eſt communis opinio, quòd locatio ad longum tempus eſt alienatio. Septimò infero, quòd licet pater bonorum ad-
42 uentitiorum, † filij legitimus adminiſtrator, ea bona aduentitia alienans, aliquando priuetur adminiſtratione, vt notatur in l. 1. per tex. ibi C. de bonis mater. non tamen locum habebit in patre qui ea bona ad longum tempus locauit, quod tenet Pine. vbi ſupra nu. 64. contra mentem aliquorum, hac attenta ratione, quia pœna eſt odioſa, & reſtringenda, ſecundum glo. in c. fi. ex. de iure patro. qui concludit cōtra ſcriben. magis in hac ſpecie conſiderari debere, an pater ſciens uel ignorans emphiteuſim conceſſerit, aut ad longum tempus locauerit, vt fraudibus obuietur, arg. l. 1. §. fi. ff. de calumni. Ego verò in hac ſpecie tenerem ſuperioris illationis diſtinctionem, & verius puto, quòd ſi pater conceſſit bona aduentitia in emphiteuſim, infligenda eſt ei pœna, & remoueri poterit, cùm propriè ſit alienatio: propter locationem verò longam, puto quòd non ſit puniendus, non per rationem Pine. ſolùm ſcilicet quia pœna eſt odioſa & reſtringenda, ſed quia vt ſuperius diximus,
43 non eſt propriè alienatio. Octauò infero non eſſe † tutam Alex. Doctrinam in l. ſi filio §. ſi vir in quinquenniũ locauerit fundum ff. ſolu. matri. nu. 25. dicentis, quòd ſicut maritus fundum dotalem prohibitur alienare, vt conſtat. ex princi. inſtitu. quibus aliena. licet vel non, & ex l. 1. & per totum tit. C. & ff. de fundo dota. ſimiliter & ad longum tēpus locare, cùm huiuſmodi locatio ſit alienatio,

care, in damnum & fraudem minoris. Decimò ex præ-
45 dicta reſolutione infero, † in puncto iuris non eſſe omnino tutum Alex. conſ. 57. in lib. 2. vbi conſuluit, quòd prohibitus alienare ſine conſenſu vxoris, non poterit ad longum tempus, ſine eius conſenſu locare, quem ſequutus eſt Boeri. deciſ. 234. nu. 1. cùm vlterius ſit talem locationem non eſſe alienationem. Vndecimò infero veram eſſe Doctri. Tiraq. in tracta. de vtroq; retra. nu. 84. aſſerentis, quòd retractus non habebit locum in locatione ad longum tempus. Duodecimò infero, quòd
46 † licet in venditione & in contractu emphiteutico non ſit locus remiſſioni, propter ſterilitatem, quia ſunt alienationes, & reſperijt domino, iuxta l. pignus C. de pigno. declarat Bart. in l. 1. C. de iure emphi. Tamen in locatione ad longum tempus locus erit remiſſioni, quia prædicta ratio ceſſat, quod tenent Bald. Sali. & Iaſ. nu. 21. in d. l. 1. & Anto. vbi Imola, nu. 44. in c. potuit ex. de loca. qui reprobant Fab. in d. l. 1. tenentem contrarium. Decimo tertiò infero veram eſſe plurium Docto. ſen-
47 tentiam † affirmantium, prohibita venditione, non cenſeri prohibitam longam locationem, quam tenet Rofre. in q. ſaba. 8. Bald. in authen. qui iurat penu. colu. verſi. vlterius quæro C. de bonis auto. iud. poſ. ſi. Ripa in l. filiusfami. §. diui nu. 100. ff. de lega. 1. Iaſ. in l. fi. C. de iure emphi. & in conſ. 25. Alex. in conſ. 1. volu. 4. Deci. in conſ. 204. & alij quos refert & ſequitur Tiraq. de vtroq; retractu nu. 82. Imo ipſe arbitror, quòd non ſolùm prohibita venditione, & ita alienationis ſpecie, ſed etiam ſi in genere alienatio prohibeatur, non videtur locatio prohibita, contra eorum mentem. Hæc tamen concluſio, quòd alienationis nomen nõ continet locationem, etiam ad longum tempus, recipit declarationem, quòd

verum

verum eſt propriè,& ſtrictè, largè,& largius loquendo,
impropriè verò & largiſſimè, quælibet locatio, etiam
ad modicum tempus comprehenditur, vt ſupra dictum
48 eſt. Secunda concluſio eſt, per locationem etiam † ad
longum tempus non transfertur dominium in condu-
ctorem, l. non ſolet ff. loca. l. manu ſata in fine ff. de con
trahen. empti. l. ſi vſusfructus ff. de iure doti. quæ iura
indiſtinctè loquuntur,& indiſtinctè in qualibet locatio-
ne intelligi debent. Ex quo primò infero, quòd per
longam locationem non transfertur dominium dire-
ctum, quod ab omnibus receptiſſimum eſt. Secundò
infero quòd per locationem ad longum tempus non
transfertur dominium vtile, quod contra ferè omnes,
cum Pine. vbi ſupra nu. 66. & Cona. lib. 7. cap. 12. ve-
riſſimum puto. Declaratur verò hæc concluſio non pro
cedere, quando in locatione ſeruata eſſet forma & na-
tura contractus emphiteutici, quo caſu emphiteuſis iu-
dicatur, ideoq; transfertur dominium vtile, arg. l. 1. ff. ſi
ager vecti. & l. 1. C. de iu. emph. vbi notatur. Tertia cõ
cluſio eſt, per locationẽ etiam ad longum tempus, &
49 in plures annos, non transfertur † in conductorem ius
aliquod reale, l. qui fundum in plures annos ff. locati.
Ex quo primò infero contra commu. opin. quòd condu
ctori etiam ad longum tempus, non competit actio,
quod clarè conſtat ex l. in prouinciali §. ſi ego ff. de no-
ui ope. ſimpliciter intelligendo illam, l. item quæritur
§. exercitu ff. loc. & facit l. fideiuſſor ff. mand. Secundò
infero, quòd non datur conductori exceptio, nec re-
50 tentio, quod bene probatur in l. emptorem † C. de lo-
cati. & conduct. vbi ſingularis ſucceſſor non tenetur
ſtare colono, nec ei datur exceptio, aut retentio: cuius
tex. deciſio non ſolùm habebit locum in locatione ad
modicum

modicum tempus, pro vt Doćto.ibi volunt, ſed etiam in locatione ad longum tempus, quia non habet ius in re contra glo. & Doćto.ibi, & contra Bart. in l. qui fundũ ff. locati, & contra Alex. in l. ſi filio §.ſi vir.ff. ſol.matr. & Petr. à Due. in regu. 240. & Pine.vbi ſupra nu. 68. qui tradit hanc opin. æquitatem habere, licet fateatur in d. l. 1. ff. ſi ager vectiga. quam Doćto. ad hoc citant nihil probari. Ego verò cenſeo hanc differentiam inter locationem ad longum, & ad breue tempus, in iure non probari in ſpecie noſtra, nec admitti debere, ſed diſpoſitionem d.l.emptorem generalem eſſe, & generaliter intelligi debere in quacunque locatione longa uel breui: itaq; particularis ſucceſſor nõ tenebitur ſtare colono, ſiue ad modicũ, ſiue ad lõgum tempus conductum habeat, nec hoc iniquum, ſed iuſtum & iuri magis conſonũ mihi uidetur. Tertiò infero inutilem eſſe qõnem quam tradunt Doćto. an locatio longa earum rerum quæ prohibenrur alienari valida ſit, ſi in ea adijciatur pactũ, quòd nullũ dominium, nullumq; ius in re in cõductorem tranſferatur: quod tenet Bal.in l.codicillis §.inſtituto ff. de leg. 2.& ibi Imol.& Alex.ad Bar. idem Bal.in l.ſi domus.§.ſi. ff.de lega.1.ubi & Imo. & Alexan.ad finem, Fel.plures referens in c.quæ in eccleſiarũ, de conſti. Bero. in cap. nulli, nu. 32.de rebus eccleſiæ. Sed eam opin.& cautelam damnauit idem Bald. in authen. hoc ius C. de ſacroſ. eccle. Couarr. & Pine.vbi ſupra nu. 64. dicens quòd raro uel nunquam contingere poteſt, ne damnum fiat ſucceſſori, uel alij. Boe.q.234.poſt Ang.conſ. 19.dicit, quòd tacite videtur actum. Ipſe uerò per ſupradicta arbitror, ſuperfluũ eſſe huiuſmodi pactũ, cùm etiam eo non adiecto, per locationem longam, non magis tranſferatur dominium, uel ius reale, quàm per locationem

ad modicum tempus. Prædicta uerò concluſio aliquas patitur limitationes, & prima eſt, quòd locum non ſibi uendicat in locatione agri uectigalis, ex qua locatione ius reale ei qui conductum agrum à fiſco, uel reſpublica habet, acquiritur: ſiue ad longum, ſiue ad breue tempus ſit facta locatio, ſecundum commu. opi. de qua ſupra: pro qua ſunt iura ſi rectè intelligantur in l. 1. & fi. ff. ſi ager uecti. uel emphi. pet. & facit l. 1. ff. de loco publi. fruen. & l. 1. & fi. C. de loca. prædi. ciui. lib. 11. quem arti. ſupra latius expoſuimus. Secundò limitatur non procedere in conductione ſuperficiarij, qui ſolum conductum habet, cui ius reale quæritur, & actio à Prætore quando ad longum tempus conduxit conceditur: nam de conductore ad modicum tempus Prætor non curauit, l. 1. §. quod autem ff. de ſuperfi. pro quo urget l. tutor §. fi. ff. de pigno. l. ſuperficiario 74. ff. de rei uendi. l. in prouinciali §. ſi ego ff. de noui ope. nunti. ubi manifeſtè apparet, ſpeciale eſſe in ſuperficiario, quem arti. ſupra ab unde explicauimus. Quarta concluſio eſt, quòd loca-
51 tio perpetua & temporalis, ſiue ad longum, ſiue ad modicum tempus, regulariter non differunt, ſed eiſdem iuris regulis longa, & breuis, perpetua, & temporalis conſiſtit: quæ conclu. conſtat ex titulis inſti. C. & ff. loca. vbi iura de locatione agentia, indiſtinctè loquuntur, nec in aliqua lege reperitur differentia conſtituta inter ea, vnde indiſtinctè debent intelligi: maximè quòd ſi differentia inter ea eſſet, veriſſimile eſt, quòd non fuiſſet ommiſſa, cùm eſſet notatu digna, & qui aſſerunt differentiam eſſe, probare debent: & iſtam concluſ. tenet Pinel. in d. l. 1. part. 3. nu. 66. C. de bonis mate. & Riuiera in addi. ad Anton. Gom. in lib. contractu. cap. 3. lite. G. quæ comprobari poſſe mihi uidetur per l. uiam

neritatis C. de loca. & per l.1. iuncta l.fi.ff. ſi ager vecti. Ex qua concl. primò infero, quòd ſicut alienationis nomẽ non cõprehendit locationẽ ad modicum tẽpus nec prohibitus alienare, prohibitus cenſetur ad tempus breue locare, pro vt Docto. fatentur, ſimiliter non continet locationem ad longum tempus, contra eos. Secundò infero, quòd ſicut dominium vtile nõ trãsfertur per locationem ad modicum tempus, vt volunt Docto. ſimiliter nec per locationem ad longum tempus, cõtra eos. Tertiò quod ſicut ex locatione ad modicum tempus nõ quæritur ius in re conductori, vt Docto. concludunt; ſimiliter nec ex locatione longa, contra eos. Quartò infero diſpoſitionem d.l. emptorem C. de loca. quæ ſecundum glo. & Docto. ibi, locum habet in conductorẽ ad breue tẽpus, procedere etiam in conductore ad lon-
52 gum tempus, contra eos. Quintò † infero, quòd ſicut conductor ad modicum tempus nõ habet poſſeſſionem naturalem rei conductæ, ſimiliter nec conductor ad longum tempus, Ange. in conſ. 19. Bde. quæſt. 234 in fin. l. non ſolùm. §. quod uulgo. ubi gl. ff. de uſu. l. male. C. de præſ. 30. uel 40. quãuis cõtrarium & malè voluerit Fel. in c. quæ in eccleſiarum ex. de conſti. nu. 121. poſt Car di. in Clem. 1. §. fi. q. 2. de reb. eccle. per c. potuit ex. de loca. & per c. olim, de reſti. ſpol. quæ differentia nec ibi, nec alio loco uideo quòd ſatis probetur. Hæc tamen
53 conclu. in aliquibus † caſibus ſpecialibus non procedit; & reperitur diſcrimen inter locationem longam & breuem, & primò fallit de iure ciuili, in cõductore ſuperficiario, cui ſi ad longum tempus habet conductum, Prætor concedit actionem, ſecus verò ſi ad modicum tempus, iuxta l.1. §. quod autem ff. de ſuperfi. Secundò fal-
54 lit † de iure canonico, in locatione rerum eccleſiaſtica-

Digitized by Google

rum, quæ ad modicum tempus permiſſa eſt, ad longum verò prohibita, vt apparet ex clemen. 1. de rebus eccle. non alien. & ex extrauag. ambitioſæ eod. tit. Eſt tamen aduertendum, quòd longa locatio in hac ſpecie, non dicitur ea ſola quæ ad decenniũ aſcendit, pro vt Docto. volũt, (quam ipſi impropriè alienationẽ appellant,) ſed & locatio infra decenniũ, ſi tamen eſt vltra triennium, vt cõſtat ex d. extrauag. ambitioſæ. Tertiò fallit de iure Regio in ſpecie Regiæ l. 19. ti. 8. par. 5. vbi emptor nõ põt

55 † expellere conductorem, quando perpetuò, vel ad vitam locantis conduxit, licet regulariter emptor conductorem expellit, ſi ad minus tempus conductum habet, ex quo apparet, quòd illa l. non loquitur de locatione longa, id eſt ad decennium, pro vt noſtrates volunt, ſed de perpetua vel ad vitam. Quartò fallit, quod perpe-

56 tua locatio differt † à temporali, in hoc quòd temporalis locatio etiam ſi ſit ad longum tempus, finito conductionis tempore amplius non durat, nec eam tenetur locator renouare, licet ſit ſecus in perpetua, ita conſuluit Mari. Soc. Iun. in conſ. 62. nu. 2. volu. 2. Quintò differt locatio perpetua à temporali in ſpecie l. fi. C. de locati.

57 prædi. ciui. lib. 11. Quinta concluſio eſt, † locatio in qua natura & forma contractus emphiteutici ſeruata eſt, cõtractus emphiteuticus cenſetur, & ſimiliter è contra cõtractus emphiteuticus in quo forma, ſeu natura locationis ſeruata eſt, locatio in effectu eſt, quia ad cognoſcendum contractum potius conſideratur forma, ſeu natura contrahendi, quàm verba ipſorum cõtrahentium, iuxta glo. doctrinam in l. ſi vno ff. locati. pro quo vrget tex. in l. debitori C. de pactis, declarat Ioan Anto. Rube. in repe. §. quidam recte nu. 205. l. Gallus ff. de liber. & ante eum. Bald. in l. prima. C. de iur. emphithe. numer. decimo.

decimo. Ex quo primò infero, quòd cùm natura contractus emphiteutici ſit, quòd pro modica penſione detur, & natura locationis, quòd detur pro penſione fructibus fundi correſpondenti, quòd ſi pro modica penſione cõcedatur res, erit contractus emphiteuticus, ſi pro penſione verò fructibus correſpondenti, erit locatio, nec uerba contrahentium, qñ naturæ cõtractus nõ poſſunt accõmodari cõſiderantur. ex quo ſubinfero nõ eſſe ue-
58 rã † doctrinam Io. de Imo. in c. nulli nu. 7. verſi. iõ, & in c. ad audientiam. 1. nu. 3. de rebus alie. non alie. Et Io. Fab. in l. 1. colum. 1. C. de iure emph. & in §. adeo nu. 9. Inſtitut. de loca. & condu. aſſerentium, locationem ad longum tempus in nomine tantùm, non verò in effectu ab emphiteuſi differre; quorum traditionem meritò improbat Iaſ. in d. l. 1. nu. 34. C. de iure emph. quẽ ſequitur addi. ad gloſſ. in verbo. neque ad locationem in d. §. adeo. & tenet Abb. in c. propter, vlti. not. de locato, qui adnotant aliquas differentias in effectu inter hos contractus: & in primis quòd in emphiteuſi non eſt locus remiſſioni canonis propter ſterilitatem: licet in locatione ad longum tempus penſio remittatur; quod etiam concludunt Bal. nu. 10. Sal. & idem Iaſ. nu. 21. in d. l. 1. Ro. in l. interdum §. ex naufragio. nu. 5. ff. de acq. poſſeſſio. Bartho. Socin. in l Gallus. §. etiam ſi parente nu. 6. ff. de libe. & poſthu. Anto. Rub. in d. §. rectè nume. 205. qui tres ultimi poſt Bald. hoc declarant, quod locus erit, remiſſioni, quando penſio eſt fructibus correſpondens; aliàs non. Secunda differentia eſt, quòd locatio tranſit ad quemlibet hæredem. l. viã ueritatis. C. locati. ſed emphiteuſis eccleſiæ non tranſit ad hæredes extraneos, Bald. in c. literæ, de dila. quod declarant Iaſ. in Auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. & Rub. citatus,

quod

quod ſi penſio prædictæ cōceſſionis eſſet fructibus cor reſpondens, tranſmittetur, aliàs non. Tertiam differentiam adducit Iaſ.in d.l.1.nu.37.quod emphiteota non petit melioramenta, conductor vero perpetuus ſic.

59 Quarta differentia eſt quam affert Iaſ.ibi, in caducitate; quia emphiteuta priuati ceſſans ſoluere canonem, non cadit minori tempore triennij, in conductore uerò ad longum tempus ceſſante ſoluere penſionem non expectatur triennuim, ſed ſaltem poſt biennium cadit ac expelli poteſt: quòd voluit etiam Abb. in d.c.propter ſterilitatem, nota vlti.nu.10.& addi.gloſſ.in uerb. neque per locationem: §.adeo, Inſtit.de locati.& conduct.& hæc opinio uerior mihi eſt, quamuis uellit contrarium idem Iaſ.poſt plures Docto. ab eo adductis in l.2.nu.39.C.de iure emphiteo.& glo. in verbo biennij in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.quorum tradiťio im pohcto iuris uera non eſt, nam ut iam demonſtrauimus, conductor ad longum tempus, & etiam perpetuus, non habet dominium vtile, nec ius in re, & ultra dd.ſupracit.hoc tenet Angel. in conſil. 19. & Nicola. Boe.in 4.deci.q.234.in fin.& facit l.non ſolùm.§.quod vulgo.ff.de vſuca.l.male agitur.C.de præſcrip.30. uel 40.anno. per quæ iura, & per alia quæ ante adducta ſunt, puto quod locatio perpetua, differt ab emphyteuſi, etiam in his ſeptem differentijs adductis à gl.in uerbo, nec ad locationem §.adeo, Inſtitut.de loca.& conducti quamuis commu.Scrib.vellint, quòd ſolùm procedant in locatione ad modicum tempus.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, an ſit ualida.*

Donatio

2 *Donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, non tollitur libera teſtandi facultas directo.*

3 *Actus per quem tollitur libera teſtendi facultas eſt nullus, cum commu. contra Fortu. Couarr. & uaſq. & quando ſit contra bonos mores.*

4 *Facultas teſtandi tolli poteſt per actum meritorium, & demeritorium. & indifferentem, & quomodo intelligatur.*

5 *Donandi actus eſt meritorius. & rationi naturali conſonus.*

6 *Libera teſtandi facultas tolli poteſt ſtatuto, uel pacto, lege, aut ſtatuto, aut conſuetudine approbato, & nu 8.*

7 *Teſtandi libera facultas non tollitur per clauſulam derogatoriam, quæ apponi ſolet in teſtamentis.*

8 *Sponſalibus de futuro, etiam appoſitio iuramento non tollitur libera poteſtas contrahendi matrimony.*

9 *Intellectus ad l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de uerbo. obliga. & noua auctoris ratio.*

10 *Liberam teſtandi facultatem auferri ſibi indirectè eſt contra bonos mores: non autem ſi directè & palàm: licet actus ſit nullus.*

11 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum; an tollat liberam teſtādi facultatē indirectè & occaſionaliter.*

12 *Teſtari poſſunt qui non habent bona, & qui habent bona aliquando non: & nu. 2.*

13 *Ratio, quare Monachi, & obſides teſtari, nequeunt.*

14 *Donatio omnium bonorum præſentium, tantùm in articulo mortis, de iure communi, ualida eſt.*

15 *Falcidiæ detractio, quare hodie prohiberi poteſt à teſtatore aſſignat rationem, & eam improbat.*

16 *Hæres licet ſit poſsibile quod nellit hæreditatem adire, pro nullo aut minimo lucro, non tamen eſt uerisſimile.*

17 *Teſtamentum etiam hodie deſtituitur, hæreditate non adita.*

18 *Aditio hæreditatis abinteſtato requiritur in caſibus ſpecialibus, in quibus relicta in teſtamento, uel in codicillis abinteſtato conſeruantur, ad hoc ut debeantur.*

19 *Intellectus ad l. ſi. C. de pactis.*

20 *Pactum de futura ſucceſsione affirmatiuum, eſt à iure improbatum: & conuentio de aliquem hæredem inſtituendo eſt*

inua-

inualida.

21 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorũ cauſa mortis, ualida eſt. & nu. 62.*

22 *Donatione omnium bonorum præſentium & futurorũ quòd non leditur ius publicum.*

23 *Donatarius non poteſt conuenire donatorem ultra quam facere poteſt, ſed deducto nè egeat, & alimenta tenetur ei preſtare & nu 69.*

24 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum præſumitur fraudulenta, quando donans habet creditores: & nu 73.*

25 *Locans in perpetuum operas non compellitur preciſè ad operandum.*

26 *Donatio eſt de prohibitorijs, & regulariter cenſetur permiſſa.*

27 *Rationem naturalem ſufſi it allegare.*

28 *In re propria quilibet eſt moderator & arbiter, etiam abutendo, n nulo lege prohibente.*

Intellectus ad §. ſed & maior, inſtit. de is qui ſunt ſui, uel alien. iu.

29 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta eccleſiæ, uel pro loco ualet; & latius nu. 59.*

30 *Donatio omnium bonorum, per quam remanet nudum & inane nomen hæredis, pœnes hæredem ualida ipſo iure eſt.*

31 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum infirma eſt, ſecundum receptiorem ſententiam quæ in praxi, ſeruatur: licet contraria opinio inſtricta diſputatione facilius defendi poteſt.*

32 *Donatio omnium bonorum præſentium, tantùm eſt in Hiſpania improbata.*

33 *Donatio omnium bonorum præſentiũ & futurorũ aliquo reſeruato, eſt ualida.*

34 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, aliqua re uel quantitate reſeruata, eſt ualida.*

35 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, reſeruato uſufructu ualet.*

36 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, quando donator expreſſit, quòd de re donata in uita poſſit diſponere, non ualet.*

2 *Donatio*

37 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ualida eſt, reſeruata aliqua re uel quantitate, cum adiectione quòd de ea poſsit donator diſponere in uita, uel in morte.*

38 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ualida eſt, quādo teſtator expreſsit, quòd reſeruabat aliquam rem, uel quantitatem, ad teſtandum, & diſponendum pro anima.*

39 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum reſeruato uſufructu ad uitam, ualida eſt: contra Curti. Iun.*

40 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non ualet aliquo reſeruato, quando id quod reſeruatur non cadit in teſtamentariam diſpoſitionem.*

41 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum reſeruato uſufructu ualet, etiam ſi nō exprimatur, quod reſeruat fructus contra purpu. Ripa, & Curti. Iuni.*

42 *Interpretatio in dubio facienda eſt, ut actus ualeat, etiam ſi uerba improprientur, & largiſsimo modo accipiantur, & in odioſis, & in pœnalibus.*

43 *Donatio omnium bonorū, reſeruato uſufructu, ualida eſt in Caſtellæ Regnis Hiſpaniæ.*

44 *Donatio præſentium, & futurorū, aliquo reſeruato, ualet, quādo id quod reſeruatur, non eſt modicum.*

45 *Donatio præſentium, et futurorum ſimpliciter facta ualet, quia, cenſentur reſeruata ſuppellectilia, & cætera bona, quæ uerisimiliter credendum eſt, nullum fuiſſe donaturum, ſi non ſunt modici ualoris, & nu. 53.*

46 *Intellectus ad l. obligatione generali. ff. de pigno.*

47 *Donatio præſentium futurorum, reſeruatis iuribus, et actionibus, ualet ſi non modica ſunt.*

48 *Bonorum appellatione in dubio non ſolùm comprehenduntur corporalia mobilia, & immobilia, ſed etiā iura, & actiones: regulariter: fallit tamen in aliquibus caſibus.*

49 *Donans omnia bona præſentia, & futura, cum adiectione mobilium & immobilium, uel cum adiectione vbicunque exiſtentia, ualida eſt, quia cenſentur reſeruata iura, & actiones.*

50 *Donatio præſentium, & futurorum eſt inualida, etiam ſi dominium bonorum donatorum non ſit translatum.*

51 *Donatio omnium bonorum futurorum tantùm eſt ualida.*

52 *Donatio omnium bonorum præſentium tantùm firma eſt.*

53 *Donatio omnium, bonorum ſimpliciter facta abſque adiectione præſentium, et futurorum ualida eſt, quia refertur ad præſentia. & nu. 45.*

54 *Donatio ſummæ maximæ, vt puta centum millia aureorum facta ab eo, qui mille tãtũ aureos in patrimonio haberet, ualet.*

55 *Donatio præſentium, & futurorum poſt mortem ſuam, etiam caſibus in quibus eſſet donatio irreuocabilis, valet, & latius nu. 62.*

56 *Donatio hæreditatis aliquando valet, & aliquando non.*

57 *Venditio omnium bonorum præſentium, & futurorum ualida eſt etiam de iure Regio.*

58 *Donatio præſentium, & futurorum non firmatur iuramento, nec ualet in præſentibus, nec in futuris; niſi quando facta eſſet cum adiectione poſt mortem, quo caſu, quãdo reuocabilis, eſt ualet.*

59 *Donatio præſentium, & futurorum facta eccleſiæ, uel pio loco ualida eſt.*

60 *Patrimonium, uerbum non eſt uniuerſale, ſicut hæreditas, nec eius appellatione ueniunt nomina.*

61 *Donatio præſentium, & futurorum ob cauſam dotis facta quando valeat.*

62 *Donatio reuocabilis, vt cauſa mortis, uel quæ morte confirmatur præſentium, & futurorum valet.*

63 *Donatio cauſa mortis regulariter intelligitur ea, in qua fit mentio mortis: quæ regula patitur plures, limitationes.*

64 *Donatio facta hoc modo, dono bona mea poſt mortem meam, reſtringitur ad illa bona, quæ donator habebat tempore donationis.*

65 *Donatio præſentium, & futurorum inualida eſt, non ſolùm quo ad futura, ſed etiam quoad præſentia bona.*

66 *Donatio præſentium, & futurorum vt valeat, induci poteſt lege uel conſuetudine, lege, uel ſtatuto approbata,*

67 *Donatio præſentium & futurorum eſt inualida., etiam ſi fiat ab inteſtabili, cui licebat contrahere.*

68 *Donatio omnium bonorum quando ualida eſt, recepit plures declarationes.*

69 *Donator non poteſt conueniri ultra quàm facere poteſt, ſed dedu*

ſto de quo poſsit uiuere, & teſtari.

70 *Donatarius omnium bonorum tenetur alimenta præſtare donatori, aliàs donatio reuocatur & ingratitudine.*

71 *Donatio omnium bonorum reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.*

72 *Donatio omnium bonorum an poſsit minui ex cauſa dotis.*

73 *Donatio omnium bonorum, quando donator habet creditores præſumitur in fraudem facta.*

74 *Donans omnia bona ſua poſt mortem, tacitè cenſetur ſibi reſeruare uſumfructum.*

75 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcens in cauſa donationis omnium bonorum iudicare debet ſecundum legem Regiam inualidam eſſe, etiam præſentium tantùm.*

76 *Iudex eccleſiaſticus deficiente canone iudicare debet ſecundum leges Regias, & non ſecundum leges antiquas imperatorum.*

77 *Princeps quilibet non habens ſuperiorem in ſuo principatu habet iura imperij.*

78 *Hiſpaniarum Rex nullam in temporalibus habet ſuperiorem.*

79 *Leges ciuiles, quæ dè contractibus loquuntur, nec canonibus contradicunt, etiam quoad eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas ſeruari debent.*

An donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ſit de iure communi valida. Cap. XXX.

ANTIQVA quæſtio eſt, & ualde apud utriuſque iuris interpretes controuer-
1 ſa, vtrum † donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ualida ſit: Quæ adeo dubia eſt, ut quælibet pars poſsit probabiliter ſuſtineri, ut tradit Imola in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. & ibi Mar. Socin. Iun. num. 81. & Philip. Corne. in l. fina. nu. 14. C. de pactis. Et quia articulus hic eſt cotidianus

& practicabilis, intendo eum latè examinare. Cuius partem affirmatiuam, nempè huiuſmodi donationem non ualere, ſed irritam, ac inualidam eſſe tenent communiter Scriben. in l. fi. C. de pactis, ubi Bartol. nume. 12. Bald. num. 19. uerſic. ſed pone: qui eam commu. teſtatur, Rapha. Fulg. num. 5. & 6. Docto. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. ubi Bart. nu. 5. Rapha. Cuma. num. 7. Paul. de Caſtr. nu. fi. ubi aſſerit ſe uidere communiter teneri. Imola in uerſ. adde. Iaſ. num. 19. uerſicu. nunc aggredior: Ioan. Crotus num. 91. ubi dicit non eſſe ab ea recedendum in iudicando, & concludendo: Mari. Socin. Iun. nume. 80. ubi magis commu. teſtatur, & num. 83. dicit, quòd difficile eſſe contra eam in practica obtinere: Card. ad Bar. eam ſequitur, idem Bal. in l. cum duobus. §. idem reſpō dit, el primo. ff. pro ſocio: idem Bald. in l. certi condictio. §. quoniam num. 3. uerſicu. tertius ſi quis. ff. ſi certum peta. Ange. ſibi contrarius in l. 1. ff. de pigno. Maria. Soci. Sen. in tracta. oblat. libr. 10. q. 1. D. Couarru. in rub. de teſta. ſecunda parte nume. 4. Ferdi. Vaſque libr. 1. ſucceſsi. procre. §. 1. num. 98. & num. 181. Deci. in conſil. 30. Ceſa. in conſil. 44. nume. 4. par. 1. & in conſil. 288. nume. 27. part. 2. Mari. Iun. in conſil. 143. nume. 20. uolum. 1. & in conſil. 21. num. 1. & in conſi.
2 127. num. 2. uol. 3. & alij plures relati à Ceſa. Quam opin. † primò ſuadet ratio, quia per huiuſmodi donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum aufertur libera teſtandi facultas donatori: quod eſt à iure improbatum, cum ſit contra bonos mores, l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obligatio. nam lex dat unicuique liberam teſtandi facultatem. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & ita actus, uel cōuentio, per quam

auferr-

aufertur, eſt contra leges;& hac de cauſa inualida, l. iu riſgentium. §. prætor ait,& §.& generaliter. ff. de pactis. Sed hoc fundamentum euitari poteſt negando, per hāc donationem tolli liberam teſtandi facultatē: cùm habere, uel non habere bona, nihil commune ha beat cum teſtandi facultate, quandoquidem hæreditas in iure non in corpore,& patrimonio conſiſtat, l. hæreditas 119. ff. de uerb. ſignificatio. §. 1. Inſtit. de re bus corpor. & incorpora. Vnde ille, qui nihil habet,& ſoluendo non eſt, ita libere teſtari ualet, ut diues, l. is qui ſoluendo. 55.&, l. qui ſoluendo 60. ff. de hære. inſt. ubi hæreditas dicitur, quāuis in ea nihil ſit: bona etenim ad faciliorem hæredis aditionem, potius quàm ad teſtamenti factionem pertinent. tex. in prin. inſtit. de lege Falc. l. filium. §. ſed cum exhæredatio. ff. de bonorum in poſſeſ. cont. tabu. Nec in poteſtate hæredis eſt nōn adeundo auferre liberam teſtandi facultatem. l. fin. C. de iure delibe. Et ſuppoſito quòd per eam tollatur libera teſtandi facultas, negari non poteſt, quin non tollatur in totum, ſed ſecundum quid: quod non eſt in conſideratione: nam ſi hoc conſideraretur, nulla donatio, & nullus actus, in quo aliquid amitteretur ualeret; quod manifeſtè falſum eſt, ut aduertit Aug. Bero. in c. in præſentia, num. 88. de probatio. maximè quòd licèt per huiuſmodi donationē in totum tolleretur libera teſtandi facultas, adhuc fundamētum hoc
3 tolli poſſet, ex † doctrina. Fortu. Gar. in tracta. de ultimo fine, illat. 20. colum. 105. quem ſequitur D. Couar ru. in rubr. de teſta. 2. part. num. 5. & Ferdi. Vaſqu. in lib. 1. reſolu. §. tertio, num. 22. affirmantes conuentionem, per quam tollitur libera teſtandi facultas, non eſſe turpem,& contra bonos mores: quod probant exē

plo

Digitized by Google

ſtandi facultatem non ſit improbatum, p r obant inſuper prædicti Doct.o.ratione : nam clauſula,quæ futuris teſtamẽtis derogat, nõ iudicatur turpis,immo iure probatur,ut apparet ex l.ſi mihi & tibi 12. §. fina.ff.de legat.1.& ex l.ſi quis in pricipio teſtamenti.ff. de leg. 3. Et tamen per huiuſmodi clauſulam derogatoriam teſtamentum non inualidatur: aliàs etenim ſi turpitudinem contineret,& talis clauſula,& conditio nullius eſſet momenti,argum.l.conditiones.ff.de condit. inſti. Nec oberit ſi dicatur,quòd poterit tolli prædicta clauſula facto teſtantis,ut in prædictis iuribus cauetur, cui difficultati occurrunt,non ſequi talem clauſulam turpem, infirmam, ac contra bonos mores eſſe, ex eo quòd tolli poſsit.Nam ſi non reuocatur ualet, & dum reuocatur,non eſt nulla;quia turpis, ſed quia non eſt uoluntas,ut conſtat ex prædictis iuribus: prior etenim voluntas,non eſt ultima, dum de alia ulteriori cõſtat, & vltima uoluntas eſt illa,quæ in teſtamentis attenditur.l.qui duos.ff.de rebus dub.nam nihil aliud eſt teſtamentum,quàm ultima uoluntas,l.1.ff.de teſtam.& d.l. ſi quis, in principio teſtamenti. Itaque quando adeſt clauſula derogatoria,reuocari poteſt teſtamẽtum, nõ tanquàm continens turpe aliquid,uel iniquum,uel cõtra bonos mores, ſed quia nullus poteſt ſibi imponere legem,à qua non licet recedere,ut in dictis iuribus traditum eſt.Rurſus & tertiò,quòd non ſit contra bonos mores,nec uetitum,iure naturali tolli liberam teſtandi facultatem ex conſenſu domini rerum, probatur per ſimile:nam ſicut cuilibet libera debet eſſe facultas teſtandi, l.1. C. de ſacroſanct.eccleſ.Similiter & matrimonia debent eſſe libera.c.gemma,de ſponſa.& l.2.C.de inutili.ſtipula.& ſicut quando adijcitur

pœna

pœna conuentioni, per quam tollitur libera teſtandi facultas, conuentio reputatur contra bonos mores, l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. oblig. eodem modo & quando adijcitur pœna, per quam tollitur libera contrahendi matrimonij facultas, ac poteſtas, l. Titia in prin. ff. de uerb. obl. Vnde ſicut nõ eſt viciosa cõuentio, per quã tollitur libera cõtrahẽdi matrimonij facultas abſq; adiectio ne pænæ, ſimiliter nec perquã libera aufertur teſtãdi poteſtas, Et quod nõ ſit uiciosa, probatur: nã iuramẽto appoſito in ſpõſalibus de futuro ualida eſt conuentio: nam licèt ſoluantur ſponſalia de futuro etiam iurata, per ſecunda ſponſalia de præſenti, tamen non dicitur contra bonos mores, & ualida eſt, nec tollitur per ſecunda ſponſalia de futuro. c. ſicut ex literis, ex. de ſponſa. & ſi eſſet contra bonos mores, non firmaretur iuramento, regula, non eſt obligatorium, de reg. iu. in 6. nec ſi eſſet à lege improbatum. l. non dubium, ubi Scribent. C. de legi. l. ſi quis pro eo, ubi Bartol. & alij. ff. de fideiuſſo. Deinde prædicta corroborat Couarru. ubi ſupra num. 6. quia
6 † ſtatuta, & pacta lege, aut ſtatuto, uel conſuetudine approbata, per quæ tollitur libera teſtãdi facultas ualida ſunt, ut docet Bald. in l. cum Archimedoram, col. fina. C. ut in poſſeſsi. legat. & in l. de quibus, 2. colum. ff. de leg. Imola in l. ille autem, in fine. ff. de hæredi. inſtit. Deci. in l. pactum quod dotali, nu. 11. C. de pactis, & in conſil. 655. Vigli. in §. acceſsit, in fine, Inſtit. de te ſta. Verùm licèt fundamenta Fortun. Couarru. & Vaſ. ſint ſubtilia, non tamen puto, quòd eorum traditio ſit admittenda contra receptiſſimam, & ferè omnium ſententiam, quòd actus, per quem tollitur libera teſtãdi facultas, ſit ipſo iure nullus, & improbatus, cùm

per

per eum ius publicum lædatur.l.3.ff.de teſtam.nam ius publicum priuatorum pactis mutari non poteſt. l. ius publicum,& l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar,verſic u.& generaliter.ff.de pactis.l.pacta quæ contra.C.eod. Nec obſtat primum eorum fundamentũ, quod poteſt quis ingrediendo religionem auferri ſibi liberam teſtandi facultatem:nam communis traditio intelligitur, quando quis principaliter facit actum,per quem tollatur libera teſtandi facultas,qui actus eſt contra ius publicũ, & nullus,ſecus uerò quando facit actum permiſſum à lege,ex quo reſultat,quòd auferatur libera teſtandi facultas: nam tunc ſiue actus ille ſit meritorius, aut demeritorius,uel indifferens,non erit inualidus, nec contra ius,ſed ſecũdum ius.Qui enim ingreditur religionem,uel in arrogationem datur, uel ſe ipſum ad precium participandum venundari patitur,iam ius intelligit,quòd per illum actum amittit teſtandi facultatẽ, & nihilominus illum actum apprrobat.Nec obſtat ſecundum fundamentum, quòd licèt apponere clauſu-
7 lam derogatoriam:nam per clauſulam illam † derogatoriam non agit teſtator de tollenda libera teſtandi facultate,ut bene colligitur ex d.l. ſi quis in principio teſtamẽti,dum dicit,quòd nullus poteſt ſib imponere legem,à qua non liceat recedere, ſed de declaranda ſua voluntate, nempè quòd voluntas contenta in primo teſtamento eſt ſua ultima voluntas,& non ſecundùm teſtamentum. Non obſtat tertium fundamentum de
8 ſponſalibus † de futuro,quæ valent cum iuramento, nec cenſentur contra bonos mores; nam reſponderi poteſt, quòd per ſponſalia de futuro non tollitur libera contrahendi matrimonij facultas, etiam ſi in eis apponatur iuramẽtum,vt iam prædiximus, itaque iura-

mento non firmantur,quia iuramentum operatur effectum in vim ſponſaliorum,& non matrimonij. Vnde apponendo iuramentũ in ſponſalibus non agit actũ illicitum,cùm ſit permiſſum ad effectum ſpõſaliorum, vt tradit D. Couarru.in Epito.par. 1.c.5 .nume.3 .per gloſſ.& Docto.in c.de illis, de ſponſa. Nõ obſtat vltimum fundamentum doctrinæ Baldi.& aliorum,quòd libera teſtandi facultas tollitur lege,& pacto,lege,uel ſtatuto,aut conſuetudine approbato: nam hoc procul dubio verum eſt,vt conſtat ex titu.Inſtitu. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum ; pro quo vrget §. & libertas,Inſtitut.de iure perſon.ubi dicitur,quòd libertas eſt naturalis facultas eius,quòd cuique facere libet,niſi quod vi,aut iure prohibetur.Sed licèt facultas teſtandi lege tolli poteſt, non tamen pactis priuatorum,nec etiam alio actu; quia nullus poteſt ſibi imponere legem à qua non liceat recedere,vt paulo ante diximus. Concludo igitur cum communi inualidũ eſſe actum, per quem aufertur libera teſtandi facultas,niſi à lege expreſsè reperiatur permiſſus.Vnde melior eſt prima ſolutio,quòd per huiuſmodi donationẽ omnium bonorum præſentium, & futurorum nõ tol-
9 latur libera teſtandi facultas. Qua retenta non † obſtat l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerbo.oblig. quia ibi loquitur quando aufertur libera teſtandi facultas,vel ſecundo modo tolli poteſt hoc contrarium, ex Aug.Bero.in c.in præſentia, nu.88.de proba. quod ibi ex toto tollebatur libera teſtandi facultas: At per hanc donationem non tollitur,aut tollitur ſecundùm quid:quod non attenditur,quia aliàs nulla donatio ualeret. Vel tertio,quòd ibi turpitudo non uerſatur in eo quod quis auferat ſibi liberam teſtandi facultatem,

ſed quia metu pœnæ tu exigas à me, & me compellas hæredem te facere: ita intelligunt illam legem Fortu. & Couarru.num.16.vbi ſupra: qui ita etiam intelligũt l.ex eo.C.de inuti.ſtip. quæ intelligentia ad illum tex. mihi uera uidetur, adiiciendo tamen, quòd ex eo quãdo pœna adiecta eſt, dicitur contra bonos mores, quia metu pœnæ indirectè in fraudem legis uoluit ſibi auferre liberam teſtandi facultatem, quod voluit ſentire Bald.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. Itaque cen
10 ſeo † turpitudinem in eo verſari, quod dictis iuribus promittens in fraudem legis indirectè uoluit ſibi auferre liberam teſtandi facultatem metu pœnæ: ſed ſi directè, & palàm ſibi auferret liberam teſtandi facultatem, actus eſſet nullus, quia contra legis diſpoſitionẽ eſt, non tamen eſſet turpis, & cõtra bonos mores: pro quo facit.l.non intelligitur.ff.de iure fiſci, vbi dicitur, quòd non intelligitur in fraudem legis feciſſe, qui palàm aliquid fecit, quod eſſet contrarium legi, ſed qui tacitè, & occultè. Itaque concludo, quòd per huiuſmodi donationem non tollitur libera teſtandi facultas, quòd ferè omnes Doct. agnoſcunt. Sed tenentes com mu.opi. tradunt, quòd licèt verum ſit, quòd libera teſtandi facultas non tollatur directè, vt ſupra probatũ
11 eſt, tollitur † tamen indirectè, & occaſionaliter, quòd eſt idem, iuxta l.cum duobus, aliàs incipit, ſi fratres. §. idem reſpõdit ſocietatem.ff.pro ſocio: nam quod vna uia prohibetur, alia nõ debet permitti reg. cũ quid, de reg. iur.in 6. quod contingit duobus modis. Primò modo tollitur teſtandi facultas per huiuſmodi donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum indirectè, & occaſionaliter: quia donans non habebit bona nec in actu, nec in habitu, de quibus valeat teſta

ri. Vnde in effectu videtur fieri inhabilis ad teſtandum donando omnia bona præſentia, & futura: & hæc uidetur ratio, quare monachus non poteſt teſtari, ut colligitur ex Authen. ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccle. ibi ut pute, nec domini rerum, & obſides, qui ſimiliter teſtamentum condere non valent. l. obſides. ff. de teſtam. Sed certè hoc fundamentum facilè tolli poteſt, cùm, ut iam prædiximus, habere, uel non habere bona non pertineat ad teſtamenti factionem: quandoquidem ille, qui nihil in bonis habet, poteſt optimè & utiliter teſtari: & primum exemplum aliqui ponunt, nam poterit teſtari donator de re aliena, argument. l. cum alienam. C. de legat. & §. non ſolùm, Inſtitut. eod. Verum hoc exemplum mihi nõ placet, nam huiuſmodi diſpoſitio, uel legatum rei alienæ, non data poſsibilitate cõparandi eam, erit inutile, prout rectè aduertit Roma. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, per l. non dubiũ. §. fina. ff. de lega. 3. Secundò modo poterit teſtari, nam cum per huiuſmodi donationem non transfertur dominium omnium bonorum, de illis poterit teſtari, & diſponere, argumen. l. quoties. C. de rei vendi. etiam ſi alteri ſint reſtituenda, glo. in Authen. ſi qua mulier, in uerſic. diligere. C. de ſacroſanct. eccle. tenet Angel. in conſi. 179. & Alexand. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. colum. 7. Sed nec hoc videtur ſecurum, nam illud dominium momentaneum nõ eſt in conſideratione, vt aduertit Philip. Deci. in l. fina. num. 34. C. de pactis, argum. l. qui ſic. ff. de ſoluti. & l. cum non ſolùm. § fina. C. de bonis quæ libe. cùm etenim hæres teneatur donatario, idem eſt in effectu, ac ſi nihil ei relictum eſſet: itaque quod ad validitatem donationis, non refert, an transferatur dominum uel nõ.

Tertiò

¶Tertio modo poterit donator teſtari, ſi poſt donationem omniũ bonorũ præſentium,& futurorum aliquis ei donaſſet,vel legaſſet,& prohibuiſſet,ne donata peruenirent ad donatarium:quo caſu valebit prohibitio,& donator poterit liberè de his teſtari, argument. text.in Authen.vt liceat matri & auiæ, in princip.vbi mater,vel auia poteſt filio,uel nepoti relinquere legatum,& prohibere,ne ad patrem pertineat uſufructus: per quem tex.tradit glo.in l.qui in poteſtate. ff. de teſtam.in uerbo,nihilo magis, poſſe filium,qui eſt in patris poteſtate de illis diſponere. ſed licèt dictum fortè ſit uerũ,& in noſtro caſu valeat de illo teſtari, nec acquiratur donatario:tamen non eſt uerum, quòd filius poſsit teſtari de huiuſmodi legato à matre,vel ab auia ſua hac conditione relicto: nam gloſſ.illa concludit, quòd diſponere poteſt,non tamen teſtando: quod ẽt uolunt Alexand.nume.3.& Iaſo.nume.4.in l. penulti. & in l.fina.C.qui teſta.fac.poſſ. ¶Quarto poterit utiliter teſtari honorando hæredem titulo inſtitutionis, Ferdi.Vaſq.in l.ſi quando.§.illud,num.96.C.de inofficio.teſtamen.argumen.l.Iulianus. ff. ſi quis manum. teſta.Quinto ſecundum Alexand.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,num.16.poterit teſtari donator,quãdo donatario cõſentiente alienat aliquam rem ex donatis, ſi poſtea res illa alienata acquiratur ab eo; nam hoc caſu non pertinet ad donatarium,argu.l.fi.C. de remiſ.pigno.Vltimo tu adde,quòd poterit utiliter teſtari ſubſtituendopupillariter liberis,§.liberis,Inſtitu. de pupi.ſubſti.& dando eis tutores,text.in prin.& per totum titu.Inſt.de teſtam.tu. poterit etiam, ſi in bonis nõ habebat,alia plura utilia teſtãdo facere, quæ breuitatis cauſa omitto, cùm ſatis ex ſupradictis appareat

non

Digitized by Google

non omnino inutilem penes eũ, qui bonis caret, teſtandi facultatem remanere. Nec obſtant exempla monachi, & obſidis, qui ex eo, quòd bona non habent, ſecundum ſcribentes teſtari nequeunt: nam reſpõdeo, quòd eſſe inteſtabiles non eis ſolum prouenit ex defectu bonorum, de quibus teſtari poſsint, ſi quidem bona nihil commune habent cum teſtamenti factione: nam ſicut dudum explicauimus, multi non habent bona, & utili
12 ter † teſtantur, & è contrario, multi habent bona, & teſtamenti factione carent, ut apparet ex titul. quibus non eſt permi. facere teſtam. Vnde meo iudicio fundamentalis ratio, quare prædicti teſtari non valent, eſt,
13 quia ſub aliorum † poteſtate ſunt; & ſic ſuccedit regula. l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. & text. in princip. Inſtitu. quibus non eſt permiſ. face. teſtam. quod uoluit ſentire Humbertus in d. Authe. ſacramenta puberum, num. 80. Secundo modo tollitur libera teſtandi facultas indirectè, & occaſionaliter per donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, efficiturq; per eam inteſtabilis donator: quia ius præſumit, quòd nullus hæres inſtitutus uellet adire hæreditatem pro nullo, aut minimo lucro, text. in princip. Inſtit. de lege falcid. l. filium, in princip. ff. de bono. poſſeſſ. contr. tabu. & quando hæres non adit hæreditatem, dicitur defunctus inteſtatus decedere, iuxta text. in princip. Inſt. de hæredi. quæ ab in. defe. Sed huic fundamento occurritur, quòd non eſt in conſideratione, quòd nullus uelit hæreditatem adire; nam ſi hoc attenderetur, do-
14 natio omnium bonorum præſentium † tantùm in articulo mortis non valeret, quod eſt falſum, ut tradit Ange. in hoc receptus in conſil. 179, Et ſuppoſito ſine neceſſitatis præiudicio, quod hoc attendi debeat, licèt olim

non præſu-

præſumebatur, quòd hæres pro nullo, aut minimo lucro nollet adire hæreditatem, hodie uerò cù(m) inuentario facto ſine aliquo periculo hæreditas adiri poſsit iuxta l. fina. §. & ſi prefactam. C. de iure delib. & cum adire hæreditatem ſit piè agere, ius præſumit, quod hæres uellet adire; quandoquidem hæres piè agendo non erit ſine lucro, ut tradit Imperator in Authen. de hæredi. & falci. §. ſi uerò expreſsim collat. 1. & in Au-
15 then. ſed cum teſtator. C. ad legem falci. † Quorum iurium rationem aſsignari ſolet, quia de iure antiquo, ſi hæres inſtitutus non adiret hæreditatem, omnia contenta in teſtamẽto corruerent. l. eam quam, cum uulga. C. de fidecom. hodie uerò quãuis hæres piè agẽdo nolit adimplere uoluntatem defuncti, teſtamentũ non deſtituitur, ſed hæreditas defertur perſonis enumeratis, in Authen. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. Quam rationem reddit Saly. in d. Authen. ſed cum teſtator, & ſequitur Iaſo. in l. Marcellus numer. 45. ff. ad Trebellia. Tenendo tamen comm. reſponderi poteſt;
16 quòd licèt poſsibile ſit, quòd hæres † pro nullo aut minimo lucro uelit adire hæreditatem, per d. §. ſi uerò expreſsim, non tamen eſt ueriſimile, per d. text. in princip. Inſtitut. de lege falci. Nec obſtat ratio text. in d. Authen. hoc amplius; nam meo iudicio inaduertenter adducunt Docto. illum tex. pro ratione iuris noui: Cùm in illo agatur adita iam ab hærede hæreditate,
17 aliàs autẽ ſi hæres inſtitutus non adit † teſtamentum etiam hodie deſtituitur, & defertur hæreditas uenien-
18 tibus abinteſtato: Imò quod plus eſt in † caſibus ſpecialibus, in quibus relicta in teſtamento, uel in codicillis abinteſtato conſeruantur ad hoc, ut debeantur, neceſſariò requiritur aditio hæreditatis abinteſtato, ut te-

net gloſſ.celebris & recepta in l qui filio §.ſeruus uer bo, codicillis.ff.de hæredi.inſtit. quam ſequitur Anto. Gem.in l.24.Tau.num.fin.Couarru. in c. Rainaldus. § 3.num.9.de teſta.pro qua eſt text.in l.2. ff.de fidei-commi.liber.quod eſt utile ad Regiam l.1.titu. 2.lib. 5.ordi.per quam ſancitum eſt,quòd etiam ſi nemo hæres adeat hæreditatem,omnia relictain teſtamento cõ ſeruantur;nam in praxi ſeruatur, quòd hæres abinteſtato adit hæreditatem,uel datur curator bonis; quoniam adeundo quaſi contrahit cum legatarijs,iuxta §. hæres,inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi contra naſ. aliàs autem hæreditas iacens non obligatur eis, quia perſonam defuncti,non hæredis ſuſtinet:& teſtator ex proprio legato non tenetur,§.legatum,inſtu.de lega.l.legatum.ff.de legat.2.Secundò communem,& negatiuam
19 opin. ſuadet ratio, † nam per donationem omnium bonorum præſentium,& futurorum datur uotum captandæ mortis,cum agatur de hæreditate uiuẽtis:qua de cauſa improbatur,quia eſt cõtra bonos mores,arg. l.fina.C.de pactis.Sed hoc fundamentum multipliciter euitari poteſt.Primo modo reſpondent Doc.quòd in d. l. fina.agitur de hæreditate,nos agimus de bonis donatis:quod longe diuerſum eſt,cum hæreditas in iure,non in bonis,& patrimonio cõſiſtat,l.hæreditas. ff. de uerbo.ſignifi.l.hæreditas.ff.de acqui. rerum domi. Secũdo modo & melius,quòd conuentio de hæreditate uiuentis,quando inter alias fit perſonas,non cõſentiente ea perſona,de cuius hæreditate agitur: At quando perſona, de cuius hæreditate agitur, cõſenſit,non eſt in conſideratione,quod eius uita poſsit inſidiari:magis enim attenditur,quòd eius uoluntas adimpleatur,& ualeat actus,ut conſtat ex d.l.fi.Aliàs autem

hoc cõſideraretur, nulla donatio, nec diſpoſitio de fu
turo valeret, & conſequenter tolleretur libera teſtan
di facultas: & ſimiliter nõ ualeret diſpoſitio irreuocabi
lis, quæ confertur poſt mortem diſponentis, quod eſt
falſum & contra l. 1. C. ut actio. ab hære. & contra. hæ.
nec valeret donatio omnium bonorum tantùm, cõtra
id. quod ferè ab omnibus receptiſsimum eſt, vt paulo
mox dicemus. Tertiò huic opin. ſuffragatur ratio, nam
20 pactum † de futura ſucceſsione, maximè affirmatiuũ
eſt omnino reprobatum, l. ſtipulatio hoc modo conce
pta. ff. de uerbo. obligatio. l. ex eo. C. de inutil. ſtipulat.
qua de cauſa conuentio de inſtituendo aliquem hære
dem eſt inualida, l. hæreditas. C. de pac. conuen. l. cum
donationis. C. de tranſactio. Sed reſponderi poteſt, vt
in ſuperiori, quòd licèt hæreditas conuentione non
poſsit dari, poſſunt tamen bona, quia non tollitur libe
ra teſtandi facultas, quando bona donantur, ut conſtat
ex donatione omnium bono. præſentium tantũ. Quar
21 tò † adduci ſolet. l. licèt. C. de pactis. vbi hæreditas nõ
pôt dari donatione cauſa mortis. Sed huic difficultati
ut in ſupradictis, quòd aliud eſt in hæreditate reſp. uel
melius, quòd loquitur in donatione cauſa mortis, quæ
reuocabilis eſt: ideoque ualet etiam ſi fit omnium bo-
norum præſentium, & futurorum, quia non tollit libe-
22 ram teſtãdi facultatem, ut infra dicetur. Quintò † huic
opin. adſtipulatur ratio, nam per huiuſmodi donatio-
nem dupliciter læditur ius publicum. Primò quia per
eam tollitur libera teſtandi facultas, & teſtamenti fa-
ctio pertinet ad ius publicum. l. 3. ff. de teſtam. Secun-
dò quia per tales donationes efficiuntur pauperes do
natores, & intereſt principis locupletes ſub ſe habere
ſubiectos, Authen. vt iudices ſine quo ſuffragio. §. con

ſideremus,colla.2.glo.in §.ſed & maior,in verbo,malè utatur,ubi Docto.Inſtitut.de his qui ſui uel alie.iuris ſunt. Sed ad primum reſpondetur,negando per huiuſmodi donationem tolli liberam teſtandi facultatẽ, vt ſupra latè diſcuſſum eſt.Et ad ſecundum,affirmando non eſſe in conſideratione, quòd priuatus efficiatur pauper donando, nec in hoc principaliter læditur princeps,aut reſpublica,ſed ſecundariò, quod non cõſideratur.Nam hac attẽta ratione.nulla donatio ualeret, maximè omnium bonorum præſentium tantùm. Cuius cõtrarium de iure communi uerum,& receptiſſimum eſt; imò ſi cum iudicio aduertas per talem donationem reſpublica nullum detrimentum patitur: nam ſi ex ea efficitur donator pauper,dónatarius efficitur diues. Sextò his accedit naturalis ratio, nam ſi huiuſmodi donatio ualeret,ſequeretur abſurdũ, quòd homo ingenuus ſub ſpẽ liberalitatis perpetua egeſtate laboraret, cogereturq; mendicare.Sed reſponderi

poteſt,hoc inconueniens non eſſe conſiderabile;quan 22
doquidem ipſe donator hoc à principio nullo cogente voluit,maximè quòd damnum, quod quis ſua culpa ſentit,ſibi imputari debet:imò non eſt uerum,quòd huiuſmodi donator nõ habebit,unde uiuere,& coge-

23 tur mendicare:nam donatarius † non poteſt conueni-
re donatorem ultra,quam facere poteſt, ſed deducto ne egeat,l.inter eos.§.is quoq;.ff. de re iud. Prætereà donatarius tenetur alere donatorẽ inopẽ, aliàs aũt reuocari poterit donatio,ut ĩ fine dicemus.Septimò cõfirmatur per l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.cre.ubi

24 donatio † omnium bonorum præſumitur in fraudem
factam,& conuentio fraudulenta reijcienda eſt,l.fraus ff. de legi.l.ſi libertus minorem.ff.de iure patron.ſed

tex.

tex.ille magis vrget pro contraria parte.Primò quia loquitur in caſu ſpeciali, nempè quando donator habebat debitores, unde caſu,quo eos non haberet,non contradicit,ſed potius arg. ab ſpeciali ſignificat ualidã eſſe:Præterea ibi reuocatur donatio in ea ſolũ ſumma,in qua creditores fuerunt fraudati: Ruſus ibi dicitur,quòd reuocatur donatio actione illa prætoria reciſoria,ut apparet etiam ex §.item ſi quis in fraudem, Inſtitu.de acti. Vnde ſi non agerent creditores ad reſcidendum,ipſo iure ualeret,& ſic non eſt nulla : nam id,quod nullum eſt,rumpi nõ poteſt,l.nam & ſi. §.poſt defectum.ff.de iniu.rup.Octauò vrget ſimile,nam lo-
25 catio operarum † imperpetuum à iure improbata eſt; quia locans non obligatur præciſè ad operandum,ſed ad intereſſe, Docto.in l.hominis quoque.ff.de uſufruc. & in §.nec tamen,inſti.eod.Vnde ſimiliter uidetur dicendum,quòd non poſsit donator ſe perpetuæ exactioni obligari: quod corroboratur per tradita à Ferdi.Vaſq.lib.1.ſucceſsi.progre.§.1.nume.181.dicens, quòd licèt hodie donatio ſit efficax ad agendum, l. ſi quis argentum.C.de donati. & regulariter executioni mandetur,ſicut conuentiones nominatæ,de quibus in l.iuriſgentium,in princip.ff.de pactis,tamen hoc fallit, quando hominem ingenuum plus æquo onerarent,ſaltem metu perpetuæ exactionis, quo caſu non efficaciter obligant,l.1.§.quæ onerandæ, & §. ſi onerandæ.ff.quarum rerum acti. non datur.Ex quo infert Vaſq. quòd hac ratione homo liber non poteſt præciſè obligari ad factum, l.ſtipulationes non diuiduntur. ff.de uerb.obligati. quia metu exactionis libertas impediretur.Sed reſponde, quòd qui locat ſuas operas obligatur ad factum, hoc eſt ac operandum, ſed qui

donant,obligantur ad dandum donata, & licèt quis non obligatur præcisè ad factum,tamen obligatur ad dandum, Iaſo.in l.ſtipulationes non diuiduntur, num. 22.ff. de uerb.obligati. Nec oberit traditio Vaſq.nam reſponſio colligitur ex d.§.quæ onerandæ, quòd loquatur in caſu ſpeciali, ſcilicet quando conſtat,cauſa cognita,libertum metu ſolo, uel nimia patroni reuerētia ſe ſubieciſſe.Itaque regulariter in alio homine libero, quem nemo cogebat promittere,eſſet contrariũ, ut tex.ille ſentire uidetur.Vnde in noſtro caſu ſibi imputare debet,ſi ſe ſubiecit ut perpetua exactione onerarетur.Nec mihi uera uidetur ratio,quam Vaſqu.infert ad l.ſtipulationes non diuiduntur, quòd quis non obligatur ad factum,ne metu exactionis libertas impediatur:nam ſi eſſet uera, non ſuccederet obligatio ad intereſſe, ne metu exactionis intereſſe libertas impediretur:quod uerum nō eſt,ut apparet ex d.l.ſtipulationes non diuiduntur,ubi gloſſ.& ſcriben.notant. Contrariam autem partem affirmatiuam, nempè donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum regulariter firmam,ac ualidam eſſe,tenet Dyn.in regu. quod ſemel,de reg.iuris in 6.Ange.in l.fi.C. de pactis. ubi Salycet.in uerſicu.prima dubitatio, in fine in eam uidetur inclinare,& Curti.Iun.nume.51.eam amplectitur,idem Ange.in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de uerbo.obligatio.uerſic.8.fallit & ibi Rom. nume. 36.& Alexan.num.16.idem Ange.in conſi.179.Humbertus de Bonenco,in repetit.Auth. ſacramenta puberum,num.70.C.ſi aduerſus uendi. Auguſti. Bero.in c. in præſentia,numer.88.de probation.expreſsè Ferdi. Vaſq. parùm ſibi conſtans libr.2.ſucceſſi.creati. §.18. num.192.ubi eam ueriorem affirmat idem Vaſqu. in lib.

lib.1.ſucceſſi.& reſolu.§.3.nume.22.& num.181.idem Vaſq.in l.ſi qua..do.§.illud,num.96.C.de inoffic.teſt. Emanuel in lib.1.interpretationem capi.20.à Vaſq.re lato. Quæ opinio primò conſtare videtur ex ratione,
26 † nam donatio eſt de prohibitorijs, & regulariter eſt permiſſa,ut apparet ex titu.de donatio. Vnde qui dixe rit hanc donationem eſſe improbatam,probare debet, arg.l.ab ea parte. ff. de probat. nam erubeſcimus,cum ſine lege loquimur,l.illam.C.de collat. Auth.de trien. & ſemi.§.conſideremus:quod corroboratur ex generalitate regulæ iuris, quòd in dubio omnia cenſentur permiſſa. quæ non reperiuntur prohibita, l. necnon §.quod eis.ff.ex quib.cauſ.maio.l.qui accuſare,in prin cip.ff.de accuſatio.c.aliud,13.quæſt.1.Sed reſponderi poterit,quòd ſatis improbata hæc donatio cenſetur ex iuribus pro commu.opin.adductis, & ex rationibus il-
27 lis naturalibus,quas ſufficit † allegare,l.ſcire.§. ſufficit.ff.de excuſati.tut.Secundò probatur per regulam.
28 l.in re mandata.C.manda.ubi in re † propria quilibet eſt moderator,& arbiter,l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff. de petit.hæred.unicuique enim ſua committenda ſunt l.nemo exterus.C.de iude. nam iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtra tionem, l.non uſque adeò.ff.ſi à paren. quis fue.man. cum dominium ſit ius diſponendi de re ſua, niſi lege prohibeatur, Bartol.Alexand.Alci.in l.ſi quis. §.differentia.ff.de acqui.poſſeſsio. Arius Pinc.in l.1. parte 2. C.de bonis mater.nu.1.Sed reſponderi primò, quòd regula illa,in re propria quilibet eſt moderator,& arbiter,limitatur non procedere abutendo, Angel. per tex.ibi in §.ſed & maior,Inſtit.de his qui ſui, uel alieni iu.ſunt:& dilapidando omnia bona ſua liberalitatis effuſio-

fuſione,cēſetur eis abuti,ſiquidem donare eſt perdere,l.filiasfam.ff.de donatio. At hæc reſponſio dupliciter tolli poteſt. Primo modo negando verum eſſe eū qui donat omnia bona ſua præſentia, & futura,abuti ſubſtantia ſua,uel aliquid turpe committere;cū actus donandi ſit à iure approbatus,& meritorius:mouetur etenim quis ad donandum ratione naturali, ut cōſtat ex §.per traditionem inſtit.de rerum diui.ibi nihil tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm uoluntatem domini volentis rem ſuam transferre ratam haberi: pro quo urget,quod intereſt hominis beneficio affici hominem,l.ſeruus ea lege.ff.de ſeruis export.Secundo modo tolli poteſt prædicta reſponſio, affirmando illam Ange.limitationem ad regulam l. in re mandata,falſam eſſe,quam improbat Iaſ.in addi.ad Chriſto. in d.§.ſed & maior, aſſerens quòd in re propria quilibet eſt moderator & arbiter,etiam abutendo, l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.hær.ibi,quæcunque fecerunt ſumptum ex hæreditate, ſiue quid delapidauerunt,ſiue perdiderunt, dum re ſua abuti putant non præſtabunt:licet utiquè vnicuique rem ſuam in mare proijcere,Bald.in l.fina.C.de pactis.poſt Docto. in l. 1.C.de inoffi.donatio. Nec oberit text. in d.§.ſed & maior,cui reſpondet Iaſo. ideò ibi non licere domino abuti re ſua,quia in caſu illius tex. erat ſpeciale lege prohibitum abuti re ſua,ſæuiendo in proprios ſeruos,ut ex illo tex.apparet.Vnde regulariter contrarium erit dicendum,& ſpecialitatis ratio ſatis colligitur ex prædictis,quòd intereſt hominis beneficio affici hominem:nec eſt nouum diuerſum ius ſtatui in homine,& in alijs rebus, quas rerum natura gratia hominis comparauit,l.in pecudum,ff.de uſuris. §. in pecudum,

cudum, Inſtit.de rerum diuiſ.ſerui etenim ſeruari debent, cùm dicantur à ſeruando, §.ſerui, Inſtitut.de iure perſo. Vnde ſecundo modo reſpõde, quòd regula, d.l.in re mandata, limitari debet per text.in d.§.ſed & maior, ſecundum intelligentiam Iaſo. nam quando à lege prohibetur non poterit dominus re propria abuti, nec alienare: quod ſatis apparet ex titu.quibus alie na.licèt uel non & ex §.& libertas, Inſtit.de iure perſona.ibi niſi quod ui, aut iure prohibetur. Quod proculdubio uerum & receptiſſimum eſt, & in noſtro caſu huiuſmodi donatio prohibita uidetur ex adductis pro commu.opinio. Tertio hæc opin. comprobatur ex his quæ paulo mox dicentur, ſcilicet quòd donatio omnium bonorum præſentium tantùm, aut futurorũ tantùm, aut ſimpliciter facta abſque adiectione præſentium, aut futurorum ualida eſt, ſecũdùm receptiſſimam, & ferè omnium ſententiam. Sed reſpõderi poteſt, quòd diuerſa ratio militat ĩ prædictis donationibus. Nam ſi donat bona futura, retinet præſentia, de quibus poterit teſtari, & uiuere; ſi autem præſentia, præſumitur, quòd lucrabitur in futurũ, l.ſi defuuctus. C.arbitrium tutelæ; & idem eſt, ſi ſimpliciter donat, quia refertur ad præſentia tantùm. Quarto facit;

29 nam † donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta eccleſiæ, aut pio loco ualida eſt ſecundum commu.opin. quam infra diſcutimus: ſed ſi huiuſmodi donatio eſſet iniqua, & contra bonos mores, à fortiori facta eccleſiæ, aut eccleſiaſticis perſonis nõ deberet ualere: quandoquidẽ eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ.c.ſi clientulus.§.1. de feudi aliena. & actus turpis magis attendatur in perſonis eccleſiaſticis, quàm in alijs, Authen. de monachis. §. cogitandum. Vnde

idem

idem uidetur dicendum, ſi facta ſit cuicunque. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd in hoc arti. non deſunt contradictores: & ſuppoſita pro uera communis opin. non eſt par ratio in donatione facta cuicunque, & in facta eccleſiæ, uel pio loco, cùm ſit ſumma ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ. ff. de reg. iu. & hac de cauſa eccleſiæ habent plura priuilegia, ut apparet ex titu. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quintò pro hac parte induci ſolent. l. 3. & l. ſi totas, & l. ſi mater. C. de inoffi.

30 donatio. ubi habetur, †ualidam eſſe donationem omnium bonorum, per quam nudum & inane nomē hæredis remanet penes filios, & eſt neceſſe, quòd querela inofficioſæ donationis caſſetur: ex quibus apparet quod ibi non ſolùm bona præſentia, ſed etiam futura fuerunt donata, & quòd non potuit ex capite in officioſitatis ab extraneis impugnari, ſed quod ipſo iure ualida fuit. Nec placet aliquorum reſponſio, quòd ibi fuerunt donata bona futura tantùm: quæ non ſolùm eſt diuinatoria (quandoquidem ibi mentio futurorum non reperitur) ſed euidenter eſt falſa: nam reſeruatis bonis præſentibus non remaneret nudum & inane nomen hæredis. Sed aliter hæc iura euitari poſſunt dicendo, quòd ibi fuit facta donatio ſimpliciter omnium bonorum; quæ donatio refertur tantùm ad præſentia, ut paulo mox dicemus. Nec obſtat, quod ibi dicitur, per quam nudum, & inane remanet nomen hæredis; nam licèt præſumatur, quòd donator lucrabitur in futurum, nihilominus ſi anteaquam lucretur, moritur, (quod euenire poteſt) penes hæredem remanebit nudum, & inane nomen hæredis. Et hæc ultima & affir-

31 matiua pars † uidetur magis conſona iuribus & in ſtricta diſputatione facilius defendi poſſet: ſed à priori

mihi negati-

negatiua non eſt recedendum, tum quia receptior eſt & in praxi cotidie ſeruatur, tùm etiam quia æquior u detur & rationes naturales fortiores pro ſe habet. Vn
32 de † prudenter noua conſtitutione uetita eſt in Hiſpa nia, nō ſolùm donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſed etiam præſentium tantùm, l. 69. Tau ri, cuius uerba ſunt. Ninguno pueda fazer donatiō de todos ſus bienes, aunque la faga ſolamente de los præ ſentes. Concludo igitur in hac difficultate cum priori communi opinio. donationem omnium bonorū præſentium, & futurorum infirmam ac inualidam eſſe. Qua retenta recipit plures declarationes; quarum pri
33 ma eſt, locum ſibi non vendicare, quando † donans omnia bona ſua præſentia, & futura, aliquid ſibi reſeruauit: nam tunc ceſſant rationes communis opini. quare improbari huiuſmodi donatio ſolet, cum de reſeruatis poterit teſtari, diſponere & uiuere. Quam declarationem adducit Bartol. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. & ibi Cuma. uterque num. 6. Paul. Caſtr. num. fi. Roman. nume. 42. Alexan. num. 18. Iaſo. nume. 21. Crotus nume. 100. Maria. Socin. Iun. 89. & 91. eam amplectitur Phil. Corne. in l. fina. C. de pactis, nume. 14. & ibi Phil. Deci. nume. 32. & Cur. Iun. nu. 58. Alci. nu. 43. idem Deci. in conſ. 30. idē Soc. in conſi. 65. nu. 47. uol. 1. & in con. 21. num. 1. & in conſil. 44. nume. 4. uolum. 2. Aymon Craue. in conſil. 222. D. Couarru. in lib. 3. reſolu. capi. 12. Ex quibus conſtat hanc declarationem receptiſſimam eſſe. Ex
34 qua primo inferunt prædicti Docto. † quòd ſi donans ſibi reſeruauit aliquam rem, uel quantitatem, erit firma huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentiū,
35 & futurorum. Secundò infertur, quòd ſi donator † om

b nium

nium bonorum præſentium,& futurorum reſeruauit ſibi vſumfructum,quòd tenet huiuſmodi donatio ,ut concludunt Rapha.Cuma. Paul.Caſtr. Alexand.nume.18.ubi aſſerit ,quòd ab hac opin.non recederet in iudicando & conſulendo: Iaſo. Aymon Crauetta qui latè per totum conſilium iam diſcutit:Mari.d.Couarru.qui per totum capi.eam declarat,& magis commu nem appellant omnes ſupra citati : eam amplectatur Iaco.de Sancto Seue.in l.fina.C.de pactis, numer.36. & ibi Deci.num.32.Curti.Iun.num.58.Purpu.num. 253.Alciat.num.43.Bartho.Socin.in reg.108.fall.3. Ripa in libr. reſpon. de donat.& gratia.reſpon.3.Corne.in conſil.176. Aretin.in conſil.54. colum. 1.Deci. conſil.30.idem Mar.in conſil.143.num.20. volum.1. Nico.Boeri.in deci.q.204.num.38.par.1. nam de fru ctibus perceptis ex uſufructu poterit teſtari.Verum licèt hæc opinio receptiſsima ſit,Paul.Caſt.ſibi contrarius ab ea recedit, & contrarium affirmat in l.fina.C. de pactis,numer.10.& in conſil.75.nume.8. uolumi. 2.alij plures citant Moder.pro hac opin.qui in rei ueritate eam abſolutè non tenent, ſed primæ affirmatiuæ regulariter adhærerent,quamuis ei limitationes aſſignent,de quibus ſtatim agemus. Paulus igitur affirmat huiuſmodi donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſola uſusfructus reſeruatione, non firmari,& potiſſima ratione,quia uſusfructus mor te finitur,§.finitur,Inſtitut.de uſufruct. & licèt tempore mortis ſupereſſent aliqui fructus ex uſufructu percepti ſecundũ eũ,ſub tali tamẽ donatione comprehenderentur,& pertinerent ad donatarium.Itaque donator nec de uſufructu,qui morte finitur, nec de fructibus ab eo perceptis,qui ad donatarium ſpectant, teſta

ri

ri poterit. Nec ſufficit, quòd aliquid reſeruetur, niſi illud, quod reſeruatur, in teſtamenti factione cadat, ut communiter Scribentes concludunt in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta. Sed, hac ratione non obſtante, prima opin. tenenda eſt. Nec obſtat Pauli motiuum, quòd non habebit donator bona, de quibus teſtari ualeat, quod uerum non eſt: nam teſtari potuit de fructibus reſeruatis, licèt enim quando uſusfructus non eſſet reſeruatus, fructus pertinerent ad donatariũ (quando quidem inter bona futura donatoris annumerãtur) tamen quando expreſsè fuit reſeruatus uſusfructus, non includuntur fructus in huiuſmodi donatione, ſed reſeruati cenſentur, ut concludunt Alexan. Iaſo. Boe. Grauetta Couarru. citati. Pro quo urget ſimile, de re alienata conſentiente donatario & poſtea acquiſita, quæ non includitur in huiuſmodi donatione, ut paulo ante adduximus, argumen. l. fina. C. de remi. pigno. Secundò facit quod infra dicemus, ualere uenditionem omnium bonorum præſentium, & futurorum: quia remanet penes venditorem precium, de quo poterit teſtari, quia ſub hac uenditione illud non comprehenditur, ſed reſeruatum cenſetur. Nec ego video ſufficientem rationem differentiæ inter hæc duo, licèt Philipp. Deci. in locis ſupracitatis illam conatur reddere. De-
36 claratio † autem prædicta primò limitatur locum ſibi non uendicare, quando donator expreſſit, quòd de re reſeruata poſſet in uita diſponere, nam tunc donans abdicat ſibi poteſtatem teſtandi, & improbatur donatio. Quam limitationem tenent Bartol. in conſil. 15. Purpu. in d.l. fina. C. de pactis, num. 253. & Curt. Iun. ibi nume. 58. & idem Curt. in conſil. 25. Grauett. ubi ſupra numer. 10. Qui omnes uolunt, quòd ſi uſusfru-

ctus reſeruatur, ut de eo in uita diſponere poſsit, non ualet huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum: quos refert & ſequitur d. Couar. in d. c. 12. num. 1. & 3. ubi aſſerit receptiorem hanc ſententiam eſſe: quamuis Alcia. in d. l. fina. nume. 44. ei contradicat. Et eſt aduertendum, quòd prædicti Doct. non recedunt à ſupradicta communi opi. contra Paul. quod huiuſmodi donatio ſuſtineatur, reſeruato uſufructu, cum ipſi non obſcurè uolunt eam procedere, quando donatio ſimpliciter facta eſt abſque adiectione, quòd in uita poſsit de fructibus diſponere. Vnde cauendum eſt à Moder. qui indiſtinctè eos citant,
37 pro opin. Pauli Caſt. Quod reſtringe † locum ſibi non uendicare, quãdo in tali reſeruatione adiecíſſet, quòd de re, uel parte patrimonij reſeruata poſſet diſponere in uita, uel in morte: nam tunc ſuſtinetur donatio, ut determinant Alcia. Crauetta numer. 10. Couarru. locis ſupra citatis: quamuis de hoc dubitet Ripa, ubi ſupra, & non ualere affirmet Deci. in conſil. 203. & in conſil. 251. qui tradit, quòd ſi donator diſponit in uita de re excepta in morte, non habebit bona, de quibus teſtari ualeat. Cuius conſideratio læuis eſt. Nam hac attenta ratione, donatio huiuſmodi nunquam reſeruatione aliqua firmaretur contra commu. opinio. Secun
38 dò limitatur † non procedere, quando donator ſibi reſeruauit ad teſtandum, & diſponendum de eo pro anima: quo caſu donatio talis non ualet, ut docet Ripa lib. 3. reſpon. cap. 14. Sed hæc limitatio uera non uidetur, & eam improbant Alci. d. Couarru uerſic. quibus accedit, citati; qui concludunt, quòd huiuſmodi donatio reſeruatione tali ſuſtinetur, & quòd de re, uel parte patrimonij excepta poterit liberi teſtari. Tertiò limita-

39 mitatur non habere † locum, quandc donator reſeruauit ſibi uſumfructum ad uitam: quo caſu non ualidatur donatio, nec reſeruatione hac ualidatur huiuſmodi donatio, ut uoluit Curti. Iun. in d. l. fina. Sed hæc limitatio admittenda non eſt, & valere hoc caſu donationem hanc tenent Alcia. & Crauetta, & d. Couarr. nu. 2. uerſicu. ad Alexand. Quartò limita non procedere,
40 quando † id, quod reſeruatur, non cadit in teſtamentariam diſpoſitionem. Tunc enim ad validandam huiuſmodi donationem reſeruatio hæc nihil iuuat, ut uoluit d. Couarru. in d. c. 12. num. fina. poſt Docto. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. Quam limitationem ego reſtringerem non procedere, quando id, quod reſeruatur, eſt ius, ex quo percipi poteſt aliquid, de quo donator teſtari ualeat; & exemplum poteſt poni in reſeruatione uſusfructus, qui licèt non cadat in teſtamenti factionē, fructus tamen ex eo percepti cadunt, & rectè de his donatarius poterit teſtari, ut ſupra concluſum eſt. Quintò limitatur non procede-
41 re, † quando qui huiuſmodi donationem fecit, reſeruauit uſumfructū ſimpliciter. Nam ſi nō adiecit, quòd reſeruabat uſumfructum cum fructibus, non firmatur talis donatio, Ripa in lib. 3. reſponſ. cap. 14. nume. 3. Purpu. in l. fina. nume. 252. & ibi Curt. Iun. num. 58. quandoquidem de uſufructu abſque fructibus teſtari non poterit donator. Sed hæc limitatio eſt contra mentem Docto. aſſerentium, ualidam eſſe huiuſmodi donationem cum reſeruatione uſusfructus, qui nō faciunt differentiam, an in reſeruatione uſusfructus fiat mentio de fructibus, uel non: & expreſsè hanc opi. reprobant Aymon Crauett. & Couarru. quia donator qui reſeruauit uſumfructum, eſt credendum, quòd cogitauit de

ſuis fru-

fructibus,& quòd mens eius fuit eos, & commoditatẽ ipſorum excipere:nam licèt uſusfructus quid iuris ſit, & fructus quid facti, nihilominus tamen pertinent ad uſufructuarium,& de his teſtari poterit, & eos ad hæredes tranſmittere.l.defuncta.ff.de uſufruct. Et ſuppoſito ſine ueritatis præiudicio, quòd eſſet dubium, an cō
42 prehendantur fructus, reſeruato uſufructu,† cum agatur de ſuſtinenda donatione, interpretãdum eſt, quòd comprehendantur, ut actus ualeat, argum. l. quoties. ff. de rebus dubi. quod corroboratur, nam benigna dicitur interpretatio, per quam actus ualidatur, l.cum in teſtamento, iuncta gloſſ.& ibi Bartho.Socin.2. notabi.ff.de rebus dubi.& hac ratione ĩ noſtro caſu uerbũ, uſusfructus, exponi debet, fructus; quia uerba impropriari ſolent, ut actus ualeat, c. conſtitutus, ubi gloſſ.in uerbo, rata, de religi.dom.l.ſi olei. C. de locato. & intelligi largiſsimo & omni modo meliori, quo poſſunt, Abb.in conſ.62.uolum.2.& etiam in odioſis,& in his, quæ ſtricti iuris ſunt, uerba impropriantur; & extendũtur, l.ſi ſtipulatus fuero per te, ff.de de uerbo.obligat. Aymon Crauetta, ubi ſupra nume.8.& 11.ubi adijcit procedere etiam in pœnalibus, poſt Bar.in l.1.§. exercitium.ff.de in fa.& Curti.Iun.in conſil.142. column. penultim. Sextò limitatur non procedere in caſtellæ
43 †regnis Hiſpaniæ, quando donans reſeruauit uſumfructum, vt voluit d.Couarru.in lib.3.reſolu.capi. 12.nume.fina. verſicu.cæterum. Pro quo in primis conſiderat rationem, nam cùm ex diſpoſitione l.69. Tauri in probata ſit donatio omnium bonorum præſentium tantũ, retento ſolo uſufructu, oĩa præſentia donata intelligũtur: ſi quidẽ fructus ex uſufructu percipiendi, ad bona futura, nõ verò ad præſentia expectẽt: cũ uſufru-

ctus

ctus formalis,qui donatione cōſtituitur,nō erat apud donatorem tempore donationis. Verū licèt conſideratio hæc ſubtilis illa ſit, tamen ut benè aduertit d. Couarru.leuis & inſufficiens eſt, quoniam tempore donationis erat apud donatorem uſusfructus cauſalis,& donatione mutatus eſt informalem,unde quoad ſubſtantiam rei tempore donationis formalis uſusfructus erat penes donatorem.Secundò pro hac limitatione conſiderat,quòd Docto. tenentes ualere hanc donationē cum reſeruatione uſusfructus, fatentur per eam omnia bona præſentia donari; ſed quia futura percipienda ex uſufructu reſeruantur, ſuſtinetur donatio hæc. Sed aduertendum eſt,quòd ſublato primo fundamento,tollitur etiam hoc ſecundum : quandoquidem uerum non ſit,quòd donator omnia bona præſentia alienauit,donando omnia bona præſentia, & futura,reſeruato uſusfructus iure,quod tempore donationis habebat:cum appellatione bonorū, ut infra dicemus,iura continentur. Tertiò ſecundum cùm probatur ex mente regiæ. l. quæ fuit, ut non ualeret donatio omnium bonorum præſentium tantùm, ne per eam tolleretur libera teſtandi facultas,ſed haberet aliquid donator ad præſens,de quo poſsit teſtari. Quæ ratio ceſſat in uſufructu,qui morte finitur,& facta donatione ante fructus perceptos, non habebit bona,de quibus poſſit teſtari. Sec nec hoc fundamentum omnino me mouet ad tenendam hanc limitationem, nam ſuppoſito, quod ratio illius legis eſſet ſupradicta (quæ forte non fuit ne homo ingenuus ſub ſpecie liberalitatis egeſtate laboret)nihilominus hoc non obſtat, cùm in noſtro caſu non ſit in conſideratione,quod euenire potetit,quod non habeat bona,de quibus poſsit teſtari:ſi tamen

men habet ius,ex quo poſsit ea habere.ut in ſimili dici mus de iure cæſareó, quòd donatio omnium bonorũ præſentium tantùm ualida in articulo mortis eſt,ut di ctum eſt,licèt non habeat donator bona,de quibus poſ ſit teſtari.Vltimò hanc partem probat ex ratione, nã ut valeat donatio omniũ bonorum de iure regio, duo copulatiuè requiruntur. Primum reſeruatio alicuius partis bonorum: ſecundùm quòd res excepta ſit talis conditionis,ut cadat in diſpoſitionem teſtamentariã. Nam aliàs etiam de iure communi reſeruatio eſt inuti lis,cùm de eo donator teſtari non poſsit, uti tradunt Scriben.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.Sed nec hoc fundamentum omnino concludit,nam qui reſer-uat ius uſusfructus,partem bonorum reſeruat,cum ap pellatione bonorum,iura,& actiones contineantur,ut paulo mox dicetur. Nec eſt in cõſideratione,quòd de eo non poſſit teſtari,cùm ſit ius,quod morte finitur:cũ ſecundùm commu.opinio.ut prædiximus, reſeruatio vſusfructus ſit ſufficiens, etiam ſi quis donet bona præſentia & futura;nam ſatis eſt quod reſeruatu uſu-fructu habeat bona.ius. Vnde in hac difficultate ſecu-rius mihi uidetur, non recedere à communi opi.quòd firmetur huiuſmodidonatio reſeruatione uſusfructus, quam d.Couarru.teſtatur, ſtante lege regia in praxi, in Caſtellæ regnis ſeruari:cum quia militant rationes in iure regio,quæ in cæſareo, tum etiam quia ſupposi to,quòd eſſet dubium,opinio hæc eſt tenenda,cùm ſit fauorabilis,per eamque ſuſtineatur actus.Præterea re gia lex eſt odioſa,& reſtringenda,quia eſt correctoria l.præcipimus.C.de appella.& per ea quæ notant Scri ben.in Authen.quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ.
44 Septimò limitatur prædictã declarationẽ,†nõ habere

locum,

locum, quando id, quod reſeruatur à donatore, eſt modicum, cùm oporteat quòd aliquid reſeruetur conſiderabile, de quo poſſet teſtari, Paul. Alexand num. 18. Claud. colum. penultim in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. oblig. Purpu. in l. fin. nume. 251. C. de pactis d. Couarru. ubi ſupra. Tertiò ex hac declaratione infertur, quòd quando quis donauit omnia bona ſua præſentia, & futura ſimpliciter, nec conſtat uoluntatem eius fuiſſe, quòd nihil penes eum remaneret

45 exceptum; quòd ualida erit, quoniam reſeruata † cenſentur ſuppellectilia, & cætera bona, quæ ueriſimiliter credendum eſt nullum fuiſſe donaturam, & de his poterit teſtari. Ita limitat prædictam concluſionem. Io. de Imola. nume. 44. Alexand. nume. 16. in d. l ſtipulatio hoc modo concepta per Mathe. in notabi. 135. Philip. Deci. in l. fina. nume. 33. uerſicu. tertio communis, & ibi Albe. nume. 40. & Cagno. numer. 255. C. de pactis, argumen. l. obligatione generali. ff. de pigno. & l. alumnos. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. ubi habetur, quòd in obligatione generali rerũ, quas quis habuit, habiturusuè eſt, ea non continentur quæ ueriſimile eſt quemquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, utputa ſuppellex, ueſtes, & alia ad uictum neceſſaria. Sed

46 contra iſtam illationem † aduertit Dec. in d. l. fi. quòd d. l. obligatione, loquitur in diuerſis terminis noſtræ quæſtionis, in qua agitur de donatione omnium bonorum, quæ, cùm ſit uniuerſalis, omnia comprehendit: nam qui omne dicit nihil excludit. l. à procuratore. C. mandati. l. Iulianus. 66. ff. de legat. 3. At in l. obligatione, agitur de obligatione generali, quæ longè diſtat ab uniuerſali, quando non ſit eadem ratio, l. quæſitum 76. §. illud. ff. de legat. 3. nam non eſt indiffinita, Barto.

in l.ſi pluribus.ff.de legat.2. & ita intelligit Deci. d. l. obligatione generali.idem Deci.in conſil.30. num.4. quem ſequitur Purp.in l.omnia.ff.ſi certum pet.idem in l.1.nu.47.ff.de offic.eius cui man.eſt iuris. Alcia.in d.l.fina.nu.40. Rimi.in titu.quibus alie.licet,uel non, nume.179.idem tenent Corne.Iaſ. Curti. Iun.relati à Aymo.Crau.in l.1.num.47.ff.de legat.1.Sed hæc Decij,& aliorum differentia, quam conſtituunt inter obligationem uniuerſalem,& generalem in caſu d.l. obligatione,admittendi non eſt. Quam improbat Bart.Socin.in l.ſi is qui ducenta.§.utrum, numer.4.ff.de rebus dub.Aymon Crau.citatus,& Cagno. ubi ſupra,plures referens Neger.in tracta.de pigno. ſecundo membro, ſecunda parte,nume.37.Arius Pine.in rub.C.de bonis mater.prima parte,numer.47.ratio etenim illius. l. obligatione,& uerìſimilis mens obligantis etiam militat quando bona omnia obligauit,cùm ſigno uniuerſali(bona omnia mea)& æquitatis ratio ſuadet; ut tunc bona,de quibus ibi, excipiantur: ut concludunt Doct. per tex.in l.C.quæ res pign.obliga.poſ. maximè quòd proprium exemplum d.l.obligatione,eſt,quando omnia bona obligata ſunt: nam hæc appellatur generalis obligatio,ut bene probatur in l.quoties.§.fina.ff.de uſufructu.& in l.2.ibi uniuerſa bona generaliter. C.de pigno.& in l.illud.§. fina. ff.de mino. & in l.legatus.§.1. ff.ad Trebellia.ubi Bartol.idem Bartol.in l.generaliter §.uxori.ff.de uſufru.lega.& in l.ſi ita,num.4.ff.de auro, & argen.lega.Alexand.in l.grege legata, nume.2.ff.de legat.1.nam uerba illa(generali) ubicunque fuerint, addita fuere gratia ampliandi,ac extendendi, uim,ac effectum actus: ideoque contrarium effectum operari non debent,iuxta l.legata inutiliter,de leg.1.Reſtrin-
ge

ge tamen hanc illationem locum ſibi uendicare, quando hæc ſuppellectilia, & cætera reſeruata non eſſent parui momenti: nam aliàs hæc reſeruatio nõ eſſet ſufficiens ad firmandam huiuſmodi donationem. Secundò reſtringunt prædicti Docto.& Mari.Socin.Sen.in tracta.oblationum, decimo libello q.1.& 3.non habere locum, quando huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum eſſet irreuocabilis, & inter uiuos, & poſt mortem collata: quo caſu ceſſat ratio d.l.obligatione, nec poſt mortem bona ibi expreſſa cenſentur reſeruata, cùm mors omnia ſoluat, Authen.de nuptijs.§.deinceps. Quartò ex dicta declara-
47 tione infertur, † ualere donationem omnium bonorũ præſentium, & futurorum, quando donator reſeruauit ſibi iura, & actiones, quoniam de his teſtari poterit. Et pro huius articuli declaratione eſt ſciendum, quòd quando quis donat omnia bona ſua præſentia, & futura, in dubio regulariter iura, & actiones non
48 cenſentur reuerſata. † Nam appellatione bonorũ non ſolùm comprehenduntur corporalia mobilia, & immobilia, ſed etiam iura, & actiones, gl.in l.princeps bona 21.ff.de uer.ſig.Iaſ.ĩ l.ſtipõ hoc mõ cõcepta.ff.de uer.obl.nu.21.&ibi Cro.nu.101.Alc.in l.fi.nu.39.C.de pac.latè plures Doc.citãs Tir.in l.ſi unquã in uerb.bona, nu.8.C.de reuo.don.latius Arius Pine.in rubri.C.de bonis mater.prima part.num.2.dum pluribus ſeq. Bart.in conſil.5.pro quo eſt tex.in l.nomen.C.quæ res pigno.obli.poſſunt.& in l.bonornm 49.§.ultimo.ff.de uerbo.ſignifica.& in l.ſi legatus 30.§.2.ff.ad Trebelli. Et hæc ſentẽtia proculdubio vera, & recepta eſt, quãuis Abb.in c.2.num.3.de religi.& Barba.ad Bald.in l.1.lite.b.c.de uſufruct.& Guido Papa, & Domi.à Tira-

Digitized by Google

quel.relati uoluerunt,appellatione bonorum non con tineri iura & actiones: quorum errorem aduertunt Ti raquel.& Pin.qui ſicurè reſoluũt, & pluribus iuribus, & aucto ritatibus probant,id locum ſibi uendicare nõ ſolùm in materia fauorabili,ſed etiã in pœnali, & odio ſa,& etiam ſi non adſit ſignum uniuerſale,omnium bo norum,contra Coſtam Rogerium in l.ultima, num. 3. ff.de donati.& etiã ſi additum ſit adonatore (meorum bonorum)contra antiquos,quos ſequebatur Bartol.in l.1.num.3.ff.de ſta.hom.qui propter pronomen,meorum,iura, & actiones non continere uoluerunt, quos improbat ipſe Bartol.in l.quintus.§.argento,numer.3. ff.de aur.& argen.lega.& Pinelus,ubi ſupra nume. 7. oſtendit, adiectione huius pronominis,meorum,non minuere ſignificatum dictionis bonorum,ubi teſtatur communem; & eam probat per l. ſi legatus. §.1. ff.ad Trebellia.& per l.meorum 91.ubi Alci.notat & commu. teſtatur.ff.de uerbo.ſignificatio. Sed eſt aduertẽdum, quòd licèt regulariter appellatione bonorum non cõtinentur iura,& actiones,in aliquibuibus tñ caſibus ſpãlibus comprehenduntur,ut conſtat ex traditis à Tiraq.& melius ab Ario Pine.inter quos num.24.an numerat, quando aliquis donauit omnia bona ſua cũ adiectione mobilia,& immobilia: quo caſu non comprehenduntur iura,& actiones, quia iura, & actiones conſtituunt ſpeciem diuerſam à mobilibus & immobilibus,l.à Diuo Pio.§.in uenditione.ff.de re iud.l.quam Tuberonis.§.in peculio.ff.de pecul. ibi res mobiles,& ſoli,& ibi,hoc amplius nomina debitorum. Et hæc eſt recepta theorica teſte Alexan.in d.§.in uenditione, in primo not a.& Iaſo.in nume. 7. & Pine. ubi ſupra nume.25.plures Docto.referens & aſſerens, quod in do

natio-

natione & relicto bonorum mobilium,& immobilium non includuntur iura,& actiones: qui aduertit decipi notarios, & alios putantes plus contineri ſub uerbis mobilium,& immobilium ſimul,quàm bonorum: inanis etenim ſuperfluitas aliquando nocere ſolet. Vnde
49 †redeundo ad noſtram illationem, quãdo aliquis donauit omnia bona ſua præſentia,& futura mobilia,& immobilia,cùm non comprehendantur iura,& actiones,valebit talis donatio, quãdoquidem de his donator teſtari poterit,ita concludit Mari.Socin.ſen.in tra cta.oblationum libello 10.q.1.& 3.Bartho.Soci.in regu.108.limi.1.Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, num.21.ubi Crotus,nume.101.ff.de uerbo. Alci.plures citans in l fina.numer.39. C. de pactis Cæſalus in conſil.288.nume.41.uolum.1.Mari.Soci.Iun. in conſil.127.nume.23.uolum.3.cum ſit certum,quòd non comprehenduntur iura,& actiones.Et quamuis eſſet dubium,cùm agitur de ſuſtinendo actu,ſeu donatione, interpretandũ tñ eſſet,quòd non continentur per ea, quæ paulo ante adduximus. Et idem eſt quando quis donaſſet omnia bona ſua præſentia,& futura ubicunque exiſtentia.Nã tunc per uerba illa; exiſtentia,non uenirent iura,& actiones,quæ nõ dicũtur eſſe in loco, ex quo ſunt in corporalia, l.Caius,in princi.ff.de leg. 2.ita Bartho.Socin.in 2.limita.poſt Bal.in conſi.quod incipit ſuper primo,Caccialu.in q.incipien. Alexand. limit.2.Iaſo.in l.à Diuo Pio.§.in uenditione,numer.7. ff.de re iud.& in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,nume.22.& in conſil.5.lib.3.Pine.qui dicit receptum, in rubr.de bonis ma.1.par.num.10.& 13.pro qua citat l.ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ff.de iudic.& l.ſi mihi Mæuia 90.ff.de lega.3.& à fortiori ſi dixerit dono omnia

nia bona mea præſentia, & futura, quæ Bononiæ habeo,nam iura,& actiones non comprehenduntur, ſecundùm eos.Ex quo ego infero, quòd ſi donans omnia bona ſua præſentia,& futura,reſeruauit expreſsè iura,& actiones,quòd ualebit donatio.Nam ſi ex reſeruatione à iure præſumpta ſuſtinetur,à fortiori ſuſtinebitur ex expreſſa à donante.Declara tamen prædicta uera eſſe,quando iura,& actiones reſeruatæ nõ eſſent
50 parui momenti.Quintò † ex hac declaratione infero, quòd,quando ex huiuſmodi donatione dominium nõ fuit translatnm in donatarium,ualida erit hæc donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum; quia donator poterit teſtari de bonis donatis,cùm dominiũ penes eum remaneat,l.quoties. C. de rei uendic. nec conſideratur, quòd ueniat donatario reſtituẽdum per hæredem donantis:ita determinat Ange.in conſ. 179. Roma.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, numer.46. & ibi Alexand.nume.16.uerſicu.ſin.autem.ff.de uerbo.obliga.Sed hæc traditio admittenda non eſt, quia ex tali donatione, cum cenſeatur contractus à iure improbatus, dominium nunquam transfertur, ut tenet Paul.Caſtr.in conſil.244.nu.4.uerſicul.ſuper quinto. par.2.quem ſequuntur Purpu.in l.fi.nu.241.C.de pactis.& Petrus Duen.in regu.219.num.3.argu. eorum quæ tradit Bartol.in l.1.§.ſi vir.ff.de acquir. poſſeſsio. poſſeſsio etenim ex tali contractu quæſita non cenſetur licita,ut ipſi affirmant, & ita non erit differentia, an agatur de transferendo dominio, uel non: & cum nunquàm transferatur dominium ſecundum hanc opinionem,ſemper ualeret huiuſmodi donatio.Quod eſt contra prædictam commu. opinio. imò ſuppoſito quòd hæc differẽtia uera ſit,adhuc non ceſſant ratio-

nes

nes communis opinio. cum hoc dominio momentaneo, quod non eſt in conſideratione, argum. l. qui ſic. ff. de ſolu. & l. cum non ſolùm. §. fin. C. de bonis quæ li be. hæc etenim reſeruatio, licèt nulla eſſet) ualde modica eſt, & ita non eſt in conſideratione dominiũ hoc reuocabile, & reſtitutioni ſubiectum; quia non eſt credendum, quòd eo inuitetur hæres ad adeundam hære ditatem. Quam traditionem improbat Deci. in l. fina. C. de pactis, nume. 34. & ibi Purpu. nume. 256. & Cagno. nume. 217. Claud. Seys. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 29. ff. de uerbo. obligatio. Abb. in conſil. 102. libr. 2. colum. 1. idem Deci. in conſil. 30. num. 1. Duen. ibi ſupra nume. fina. uerſicu. limita ſecundò.

51 Sextò † inferò ualere donationem omnium bonorum futurorum tantùm; nam ſi, ut prædiximus, reſeruata aliqua re, ualet donatio, hæc à fortiori dicendum eſt quod ualebit, reſeruatis omnibus bonis præſētibus, & expreſsè; ita tenet Bal. in l. certi condictio. §. quoniam circa medium, uerſicu. tertius. ff. ſi cert. petat. Angel. in conſil. 179. circa medium, uerſicu. prætereà bona futura. Quod uerum intelligerem, quando donans omnia bona futura, haberet præſentia non modica; aliàs autem militarent in hac donatione rationes, quare improbata eſt donatio omnium bonorum præſen-

52 tium, & futurorum. Septimò † infero ualere donationem omnium bonorum præſentium tantùm nam cũ quis præſumitur acquirere in futurum, iuxta l. ſi defunctus. C. arbi. tute. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & hono. bona futura cenſentur reſeruata, de quibus teſtari poterit donatarius. Prætereà quòd ualeat hæc donatio, probatur ratione, quoniam non reperitur à iure improbata, unde cēſeri debet permiſſa, prout regula-

gulariter donatio permiſſa eſt, ut conſtat ex titulis de donationibus, quæ traditio optimè probatur in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & in l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donatio. & in l. 3. & in l. ſi totas, & in l. mater. C. de inoffi. donati. quam tenet Bart. in l. fina. nu. 11. & ibi Ange. & cæteri Docto. C. de pactis, idem Ange. in conſil. 179. in uerſic. de primo. Rapha. Cuma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 7. & Roman. ibi numer. 38. ff. de uerbo. obligatio. gloſſ. penultim. in l. hæreditas. C. de pactis conuen. & eſt de mente omnium Doct. in ſequenti illatione citandorum, & proculdubio uera, & receptiſſima eſt de iure Cæſareo (quamuis Ioan. Crot. in repetit. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 86. conatur defendere cõtrarium) non tamen de iure regio, quo iure expreſsè uetita eſt donatio omnium bonorum præſentium tantùm, per Regiam l. 69. Tauri. Octauò infero, ualidam
53 eſſe donationem † omnium bonorum ſimpliciter factam abſque mentione præſentium, & futurorũ; quia talis donatio refertur ad præſentia tantùm, & ita futura cenſentur reſeruata, & habebũt locum omnia, quæ dicta ſunt in ſuperiori illatione. Quam ſententiam ſenſit gloſſ. in l. fin. C. de pactis, in uerbo, accommodauerit, ubi expreſsè eam tenent Petrus de Bella Perti. Bal. nume. 19. Ange. verſicu. ſin autem, Fulg. num. 5. uerſi. item quarta, Corne. nume. 5. Curti. Iun. nume. 50. qui commu. teſtatur eam: amplectitur Barto. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. numer. 5. & ibi Alexand. nume. 14. Butige. nume. 45. qui magis commu. appellat, Zaſi. nume. 53. Socin. Iun. nume. 78. Cæſa. in conſil. 44. num. 5. uolum. 1. Quæ opinio receptiſſima & tenenda de iure Cæſareo eſt, licèt Crotus

in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 86. conatur extendere huiuſmodi donationem non eſſe ualidam, de iure tamē regio improbata eſt, ut in ſuperiori illatione prædiximus. Nonò infero, quòd ſi quis do-
54 nauit † ſummam maximam, utputa centum millia aureos, dum mille tantùm aureos in patrimonio haberet, quòd ualet hæc donatio, Ioann. Baptiſt. de Sancto Seuerino in diſputatione incipienti Alexand. Corne. felici. 6. charta. Nam licèt in hac donatione contineantur non ſolùm præſentia, ſed etiam futura bona, futura tamē non expreſsè, ſed tacitè promiſſa fuerunt. Vnde ſuccedit regula, quòd multa tacitè admittuntur, quæ expſeſsè fieri prohibentur, regula, expreſſa nocēt ff. de regu. iuris. l. ſi quis ſempronium 68. ff. de hæredi. inſtitu. Verum in hòc articulo contrarium tenet Philipp. Deci. in l. ulti. C. de pactis. numer. 34. uerſic. quintò fallit, quandoquidem omnes rationes, quare improbatur donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, militant in hac donatione. Nam uériſimiliter credendum eſt, quòd nullus uellet adire hæreditatem, deficiēte lucro, & donator conſtitueretur in perpetua egeſtate. Et ad regulam, expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, meo iudicio, reſpōderi poteſt, quòd procedit, quando militat diuerſa ratio in expreſſo, quæ in tacito: aliàs autem aliæ regulæ contrariæ locus erit, quòd taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, l. cum quid. ff. ſi certum pet. nec quod una uia prohibetur, alia admitti debet, regu. cum quid, de regu. iuris, in 6. Ego uerò in hac difficultate primæ opin. accedo, alia ratione motus: nam exiſtimo, quod prædicta donatio referri debeat ad bona præſentia tantùm, cùm præſumendū non ſit, quòd quis uelit dare, quod non habet; pro quo

facit.l.ſi ita.ff.de auro & argent.legat.ubi, ſi aliquis donat omnia bona ſua poſt mortem, reſtringitur hæc donatio ad illa bona tantùm, quæ habebat tempore promiſſionis; maximè quòd, licèt eſſemus in dubio, interpretandum eſſet, ut actus ſuſtineatur, per ea, quæ ſupra adduximus. Vnde cùm præſentia tantùm cōtineat, & futura cenſeantur reſeruata, de acquirendis poterit teſtari. Poſtquam hæc ſcripſi, inueni, quòd hanc opinio.tenet Bartho.Socin.in regu.108.fallen.ult.qui ſentit in huiuſmodi donatione non contineri in futurum acquirenda, aſſerens, quòd licèt non ſufficiant bona præſentia, & futura ad hanc donationem implendam, ualet tamen, quia tunc præſumitur in futurum lucrari, l.1.§.defecit.C.arbi tute. De iure autem regio hæc donatio ſuſtineri minime poterit, cum donatio præſentium tantùm eo iure ſit improbata d.l.69.Tauri. Decimò infero † ualidam eſſe donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſi illa bona promiſit poſt mortem ſuam, etiam in caſu, in quo eſſet irreuocabilis, & inter uiuos: quia uerba illa, poſt mortem meam, referuntur ad præſentia tantùm, l.ſi ita.ff. de auro, & argen.legat.Bartol.& Docto.in l.fina. C.de pactis, ut infra latè dicemus. Vnde futura bona cēſentur reſeruata, de quibus poterit teſtari. Vndecimò infero,
56 quòd ſi quis dicit † alicui, dono tibi hæreditatem meā, quòd ualebit donatio: quia hoc uerbū hæreditas exponi debet, id eſt bona mea præſentia, argum.tex. iuncta expoſitione gloſſ.ibi, in uerbo, hæreditati, in l.quæſitum 93.§.pen.ff.de legat.1.ubi Bartol. Alberi. Cum. Paul.Caſt.eam ſequuntur, & Deci.in l.fina.nume.35. C.de pactis. Crauetta plures citans in conſil.79.num. 7.& Cæſalus, in conſil.44.num.6.uolum.1.quibus accedit

cedit dictum Baldi in c.2.in princi.de feudo dato. Vbi tradit, quòd per donationem cauſa mortis poſſunt dari omnia bona, & etiã hæreditas futura. Vnde cùm futura bona cenſeantur reſeruata, de his poterit donator teſtari. Sed eſt aduertendũ, quòd huic illationi aduerſari uidetur receptiſſima Docto. ſententia quæ habet non eſſe firmam donationem hæreditatis, Bart. in l. fina. C. de pactis, num. 14. & ibi Fulg. num. 16. Corne. numer. 5. Alexand. numer. 3. Iaſo. numer. 37. idem Barto. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, numer. 6. ff. ff. de uerbo. & ibi Roma. numer. 39. quam opin. ſuadet ratio, quia idem eſt dicere dono hæreditatem meam, quòd dono omnia bona mea præſentia, & futura; quia hæreditas eſt nomen iuris uniuerſale, recipiens augmentum, & diminutionem, l. hæreditarium. ff. de bonis autho. iud. poſſid. l. item ueniunt. §. fructus. ff. de pet. hæredi. Præterea pro hac opinio. urget ratio, nam hæreditas non poteſt dari per donationem, uel aliquam cõuentionem, l. hæreditas C. de pactis conuen. l. eum donationis. C. de tranſactio. Rurſus huic opin. ſuffragatur ratio, nam per hanc donationem hæreditatis tollitur libera teſtandi facultas, quod eſt contra ius publicum, l. 3. ff. de teſtam. Et hæc ultima opinio regulariter uera eſt, quòd donatio hæreditatis non ualet; ſed recipit aliquas declarationes, ĩ quibus noſtra illatio uerificari poſſit. Prima declaratio eſt, quòd communis ultima opin. uera eſt, quando hæreditas donatur tanquã ius uniuerſale, & conſtat hanc eſſe mentem donantis: quo caſu nihil ualet, ſecus uero ſi donat hæreditatem ſimpliciter, & ſic reſtringit ad præſentem nam tunc ualebit, Iaſo. in l. licèt, nu. 18. C. de pactis, quod etiam uoluit Barto. in l. fina. colum. ulti. C. eo. ſed hæc decla-

ratio procedit de iure cæſareo,non autem de iure regio:quo attento,donatio omnium bonorum præſentium tantùm iuualida eſt.Secũda declaratio eſt,quòd communis opinio procedit, quando is,qui donauit hæreditatem , confert donationem poſt mortem eius:nã tunc inualida eſt,ſiue ſit donatio inter uiuos, ſiue cauſa mortis quia per eam:uice teſtamenti in alium tranſfertur hæreditas, quod eſt uetitum inter priuatos, ut habetur in d.l.hæreditas, & in d.l.cum donationis.Si autem ſimpliciter donauit,hoc eſt in uita, & tunc ualida eſt donatio,quia cenſentur bona præſentia donata. Nam ad ſaluãdam ualiditatem contractus,uerbum hæreditas,accipitur pro bonis,aut patrimonio, argumen.l.ſi inſulam,de præſcri.uerbis.& l.ſi uno, in prin. ff.loca.& l.cum antiquitas.C.de uſufru.& facit l.quoties.ff.de rebus dubijs,& ea quæ ſupra dicta ſunt,quòd ad ſuſtinendum actum uerba improprientur, & largiſſimo modo accipiuntur.Hanc declarationem,& concordiam tradunt Roma.& Corne.citati. Tertia declaratio eſt,quòd communis opinio procedit, quando tota hæreditas donata eſt,ſecus uerò ſi dimidia pars hæreditatis:nam tunc ualebit donatio, ut concludunt Petrus de Bella Per.& Bald.nume.20.in d.l.ultima Cro. in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,num. 84.& idem dicas,quando alia pars hæreditatis eſſet donata , dum modo non modicum remaneat penes donatorem, de
57 quo poſſit teſtari . Duodecimò infero,ualidam† eſſe uenditionem omnium bonorum,quia precium cenſetur reſeruatum, de quo poterit uenditor teſtari ; quia non comprehenditur in tali emptione,etiam ſi poſt ex interuallo illud recipiat, Bartol.in l.fina.C.de pactis, nume.15.ubi ampliat procedere, etiam ſi eſſet decep-

ptus ultra dimidiam iuſti pretij; quia ius petendi reſtitutionem remanet in hæreditate, ex l. 2. C. de reſc. uendi. Bald. nume. 19. ubi adiicit uerum eſſe, etiam ſi pretiũ proijciatur in mare. Quod poterit facere ſecundũ eum, per notata in l. 1. C. de inoffi. dona. Fulgo. numer. 6. uerſicu. ſecus. Buttige. colum. 37. uerſic. octaua concluſio, idem Bartol. in l. ſtipulatio hoc modo concepta nume. 6. & ibi Hiero. Buttige. num. 48. & Ioan. Crotus nume. 105. per l. damni infecti. §. cum parietem. ff. de damno infecto. Et hæc traditio uera, & recepta eſt, quamuis Ferdi. Vaſq. in lib. 1. ſucceſſi. progre. §. 1. numer. 186. conatur oſtendere, non ſolùm donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum infirmam eſſe, ſed etiam conditionem, & ex cauſa dotis cõceſſionem, affirmans procedere noſtram cõcluſionem in oĩ contractu, ſiue ille lucratiuus ſit, ſiue oneroſus, ſiue ex altera tantùm parte, ſiue ex utraque obligatorius: quia per eum remanet, qui cõcedit, perpetuæ exactioni ſubiectus, contra id quod ſuo iudicio uoluit. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. Qui tex. ſi rectè conſideratur, probat oppoſitum, cùm loquatur in caſu ſpeciali, ut ſupra abundè abſoluimus: maximè quòd uenditio non reperitur in iure prohibita, & in ea ceſſant rationes, quare improbatur donatio. vnde etiam de iure regio firma erit huiuſmodi uenditio. Secundò principalis concluſio declaratur, quòd eſt inualida donatio omnium bonorum præſentium,
58 & futurorum, niſi † quando in ea eſt appoſitum iuramentum, nam tũc iuramento firmatur donantis, ut cõſuluit Abb. in conſil. 18. volum. 1. Corne. in conſi. 252. uolum. 3. Aymon Crauet. in conſil. 139. num. 8. & tenet Hubertus Bono. in repe. Authen. ſacramenta pu-

berum,nume.70.c.ſi aduer.uen.d. Couarru. in rubri. extra de teſta.ſecunda parte, numer.5.Auguſt.Bero. in c.in præſentia,nume.98.extra de probatio.ubi aſſerit,quòd ualet ſaltem ut donatio cauſa mortis, uel ut fideicommiſſum,& Mari.Socin.Iuni. in conſil. 65.numer.50.part.1.Cardi.Alb. ad Bartol.in d.l. ſtipulatio, hoc modo concepta,pro qua opinio.adducunt primò dictum Baldi,in l.cum Archimedoranns,nume.12.C. ut in poſſeſſionem legato.ubi tradit, quòd per ſtatutã poteſt tolli hæc libera teſtandi facultas, unde & per iuramentum. Secundò quia pactum de futura ſucceſſione firmatur iuramento,Philipp.Deci. in conſ. 655. & in l.pactum quod dotali.C.de pactis.Fortu.Gara.in tracta.de ult.fin.illa.20.nume.349.uerſicu.tertius caſus.Tertiò quia iuramentum,quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,obſeruandum eſt,& firmat cõtractum,etiam ſi prohibitus ſit de iure ciuili, reſpectu alicuius perſonæ priuatæ principaliter,etiam ſi ſecundariò, & non principaliter prohibitio facta ſit in fauorem publicum,tex.in c.cum contingat,extra de iureiurand.ubi, licèt fundus dotalis prohibeatur à legẽ alienari,iuxta tex.in princip.Inſtit.quib.alien. licet, & reipublicæ interſit mulieres non remanere indotatas, l.1.ff.ſolut.matrimo.nihilonimus alienatio eius dotalis fundi firmatur iuramento, cum obſeruari poſſit ſine interitu ſalutis æternæ.& facit c. quamuis pactum, de pactis,lib.6.Quam declarationem ampliat d. Couarru.in rub.procedere etiam de iure regio: quæ ampliatio magna eſt, cùm eo iure huiuſmodi donatio vetita expreſsè reperiatur,& actus prohibitus à lege,firmari iuramento nequeat,l.non dubiũ.C.de legi. Verum his non refragantibus,contraria opinio receptior eſt,

eſt,nẽpè quòd huiuſmodi donatio, nec de iure cæſareo firmetur iuramento. Quã ſententiam tenet Pau. Caſtr.in conſil.72.in fine uolumi.2. Corne.in conſil. 176.uolum.3.Abb. parum ſibi conſtans in conſil. 48. uolum.2.Fran.Purpu.in l.fina.nume.240.C.de pactis ubi Hiero.Cagno.nume.272.& Curti.Iun.nume.57. eam ſequuntur & commu.teſtantur,& Fran.à Ripa in lib.reſpon.de donati.& grat.perſi. reſpon.3. numer.2. Clau.Seyſello. in l.licet. C.de pactis, Palau.Bubi.in l. 69.Tau.numer.10.& ibi Caſtellus:Deci.in conſil.30. ad finem, Aymon Crauett.in conſil.139.nume.8.par. 1.& in eam uidetur inclinare Mar.Socin.Iun.in l.ſtipulatio hoc modo concepta;numer.85.ubi dicit, veriorem videri (licèt relinquat cogitandum) Petrus Duen.in regu.227.plures citans & commu.& ueriorem appellans: & in practica ſeruari poſt alios affirmans.Quam ſententiam ſuadet ratio,nam cùm ſecundùm Docto. tenentes commu.opinio. tollat liberam teſtandi facultatem,& conſequenter ſit contra bonos mores,juxta l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerbo.obligatio.firmari iuramento minime ualet,l. ſi quis inquilinos 115.§.fina.ff.de legat.1.regu. non eſt obligatorium,de regu.iur.lib.6.Sed huic fundamento reſpondet d.Couarr. negando uerum eſſe,quòd ſit cõtra bonos mores tollere liberam teſtandi facultatem, cùm ſecundùm Baldi doctri.in l.cum Archimedoram C.ut in poſſeſſion.lega.poſſit tolli per l.uel per ſtatum lege,uel conſuetudine approbatum: & tamen lex debet eſſe iuſta,& honeſta, & æquitatem,& non iniquitatem continere,nam alias non erit lex,c.erit 4.diſtin. Sed aduerte,quòd licèt actus,per quem tollitur libera teſtãdi facultas,ſi à priuato factus ſit palam,& directò

ſit

ſit nullus: & ineptus, cū teſtamenti factio pertinet ad ius publicum, l. 3. ff. de teſtam. & ius publicum pactis priuatorum tolli: non poteſt l. priuatorum. C. de iuriſdictio. omni. iudic. & poſſibile ſit, quòd non conſeatur contra bonos mores: tamen quando indirectò tollitur libera teſtandi facultas, vt metu pœnæ, non ſolū actus eſt nullus, ſed dicitur ẽe cōtra bonos mores, ut conſtat ex d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obligatio. & ex l. eo. C. de inuti. ſtipulat. Vnde ſimiliter uidetur dicendum, quòd ſit contra bonos mores, ſi indirectò metu periurij donans uellet ſibi auferre liberam teſtandi facultatem. Sed poteſt reſponderi aliud eſſe in iuramento: quòd ſi non tendit in diſpendium ſalutis æternæ, per id actus prohibitus à iure ciuili, etiam ſi pertineat ad ius publicum, dummodo ſecundariò firmatur, ut conſtat ex d. c. cū contingat. Vel aliter quod ſuppoſito, quod ex huiuſmodi donatione tolleretur libera teſtandi facultas, & eſſet contra bonos mores, nihilominus firmaretur iuramento: quia ex parte donatoris nullum uertitur peccatum, nec mali mores cum poſſit licitè abſque ſalutis diſpendio obſeruari Humber. ubi ſupra, nume. 81. & facit c. debitores, de iureiurand. Et ex his apparet, quòd iſte articulus non caret difficultate, in dubio tamen recedendum non eſt ab hac vltima & communi opinio. quòd non firmetur iuramento, quæ ut teſtatur Duen. poſt alios ab eo citatos, in praxi ſeruatur, & maximè tenenda eſt in regnis caſtellæ, vbi expreſsè huiuſmodi donatio prohibita eſt per d. l. 69. Tauri. vnde ſuccedit regula. l. non dubium. C. de legi. quòd iuramento non debet firmari, & videtur inconueniens, quòd id, quod una via prohibetur, alia permittatur, contra regulam, cùm quid, de regul.

gul.iur. in 6. Et licèt diſputando ad omnia hæc, poſſet replicari de text.in d.cap.cum contingat, & in d.cap. quamuis pactum, à communi tamen non recedo. Fateor uerò quòd dicta iura, & auctoritas d. Couarru. (qui optimus opinionũ clector eſt) faciunt animum in ea non omnino quieſcere, & putare in puncto iuris cõtrariam ueriorem eſſe. Qua retenta eam reſtringunt Aretin. & Bald. in l. fina. C. de pactis. quòd non ualet in bonis futuris, ſed ualet in præſentibus, quia utile per inutile non debet uitiari, regu. utile, de regul. iur. in 6. Sed certè hæc reſtrictio uera non uidetur, nam licèt ſint duæ donationes, una præſentiũ, & altera futurorũ, tñ vna nõ põt dici magis utile quã altera, ut in ſimili tradit Dec. in cõſ. 30. ad fi. & hæc reſtrictio uidetur cõtra mẽtem Doc. qui indiſtinctè dicunt, non ualere, & eã expreſsè improbat Cag. ĩ l. fi. nu. 263. C. de pac. Secũdò reſtringitur nõ procedere, qñ donatio oĩum bonorũ præſentiũ, & futurorũ facta eſſet cum adiectione poſt mortẽ. nã licèt appoſitũ eſſet iuramentũ de nõ reuocãdo ualet quia dicitur donatio cã mortis, per illa uerba poſt mortem, ita determinat Pau. Caſt. in conſ. 75. uol. 2. quem ſequitur Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 19. Socin. Iuni. in conſil. 44. nume. 35. uolum. 2. Petrus Duen. ubi ſupra quod ego uerum puto quando reuocari poſſet à donatore, aliàs autem in caſibus, in quibus huiuſmodi donatio inter uiuos reputaretur, uel reuocari non poſſet, non ualeret, quia militaret in ea ratio, quare improbata eſt. Tertiò
59 concluſio declaratur † non procedere, quando huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum eſſet facta eccleſiæ, uel pio loco: quo caſu eſt ualida, ut tradit Bartol. in l. fina. C. de pactis, num. 13.

e &

Digitized by Google

& ibi Iaſo.nume.33.Iacob.Deci.nume.31. Cagn.nume.238.Franc.Curti.numer.24.Crotus in repetit.l. ſtipulatio hoc modo concepta,num.97.& ibi Zaſi. nume.53.& Socin.Iuni.nume.86.& Cardi.ad Bart.nume.fina.Bal.in Authen.ſi qua mulier,num.15.C.de ſacroſanct.eccle.Abb.in c.fina.nume.2.de ſucceſſi.ab in. per tex.ibi,Felin.in c.in præſentia,de probatio. nume.5.& ibi Deci.ſeptimo nota.nume.8. & Auguſt.Bero. nume.80.qui latiſſimè hunc articulum diſcutit, & Maria.Socin.Sen.in tracta.oblatio.libello.10.q.1. Bartho. Socin.in regul.108.fall.4.d. Conarru.in rubr.de teſtamen.2.part.numer.5.ubi poſt Cagno.commu.aſſerit, & poſt Feli.in praxi ſeruandam fore affirmat:pro qua in primis citant prædicti Docto.l.iubemus nulli. §.1. C.de ſacroſanct.eccleſ.ubi non uidetur ſatis probari,
60 cùm loquatur in donatione patrimonij,& uerbum † patrimonium,non eſt vniuerſale,ſicut uerbum, hæreditas; quia appellatione patrimonij non ueniunt nomina debitorum,l.cum pupillus.ff.rem pupil.ſaluam fore,ibi,non ſolùm quæ habet in patrimonio,ſed in nominibus. Secundò urget ratio, nam cùm quis poſſit perſonam ſuam uouere eccleſiæ Authen.ingreſſi. C. de ſacroſanct.eccleſ. multomagis bona ſua præſentia, & futura. Sed hoc fundamẽtum facilè tolli poteſt,nã qui dedicat ſe,& ſua monaſterio,bona præſentia,& futura ueniunt in neceſſariam conſequentiam perſonæ, & quæ non poſſunt per ſe principaliter uenire,ueniũt in conſequentiam,l.quædam.ff.de acquiren.rerum do mi.l.in modias.ff.de contrahend. emptio. quando ille actus eſt à iure approbatus, ut & ingreſſio religionis. Sed licèt hæc opin.receptiſſima ſit, non deſunt qui affirmant donationem omnium bonorum præſentium,

& futurorum facta eccleſiæ,uel pio loco inualidam eſ ſe.Quam opin.tenet Ange.in conſil. 176. Roman.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, numer. 41.ubi Alex. nume.20.in eam uidetur inclinare,qui aſſerit ita conſuluiſſe, Anchara.in conſil. 219.Pro qua conſiderant prædicti Docto.quòd ſi uerum eſt,quòd communiter recipitur, huiuſmodi donationem eſſe contra bonos mores,turpitudinemque continere;cùm auferat liberam teſtandi facultatem,iuxta d.l. ſtipulatio hoc modo concepta; minus ualere debet, ſi facta eſt eccleſiæ, quæ eſt cultrix iuſtitiæ, & non debet pati aliquid fieri in ſe,uel in alium contra iuſtitiam, c.ſi clientulus. §.1. de alienat.feudi.actus etenim turpis magis attendendus eſt in perſonis eccleſiaſticis,quàm in alijs, Authe. de monachis.§.cogitandum,declarat Alexand. ubi ſupra.Imò plus uolunt prædicti patres, quòd donatio huiuſmodi facta priuato ualeat, contra communem, & facta eccleſiæ non, contra aliam commu. & rationem ſpecialitatis reddunt;quia dominium rei donatæ eccleſiæ transfertur in ipſam eccleſiam ex ſola donatione abſque aliqua traditione,l.fina.C.de ſacroſ.eccle. Et ita hoc caſu aufertur libera teſtandi facultas, cũ remaneat ſine bonis, de quibus poſſit teſtari quod eſt ſecus ĩ donatione facta priuato. Et hæc ultima opinio.ĩ ſtricta diſputatione defendi poſſet,ſuppoſita pro uera communi opin.quòd huiuſmodi donatio regulariter ſit improbata,quia inhærendum eſt regulæ,quoties exceptio non benè probatur; & quod aliud ſit in donatione facta eccleſiæ. Non adducitur concludens fundamentum,ſed à priori non recedo,quia eſt communis & in praxi ſeruatur,& fauet eccleſiæ,nam in dubijs æquum eſt,quòd pro eccleſia reſpondeamus, cũ

ſit ſumma ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ ff. de religio. & ſumptu fune. nam differentia debet eſſe inter bona priuatorum & eccleſiæ, quæ ſpeciali prærogatiua lætari ſolet, l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccl. Qua retenta, non obſtat dicere, quòd auferre liberam teſtandi facultatem ſit contra bonos mores: nã ſuppoſito, quòd per hmõi donationem tollatur libera teſtandi facultas, quod nò eſt omnino expeditũ, (ut ſupra latè diſcuſſum eſt) nihilominus regulariter nõ eſt contra bonos mores: ſed quando indirectè quis uult contra legem, & ius publicum id facere; ut circa principium explicauimus, & licèt regulariter eſſet contra bonos mores, in noſtro caſu fallit, quia à iure reperitur permiſſa, per d. l. iubemus nulli. §. 1. & per d. c. ultimo, extra de ſucceſſi. ab in. Nec oberit dicere, quòd per huiuſmodi donationem transfertur dominium; nam ut prædiximus illud momentaneum dominium nõ eſt

61 in conſideratione. Quartò declara † donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum eſſe ualidam, quando donatio facta eſſet ob cauſam dotis, nã tunc propter matrimonij fauorem firmatur, ut determinat Petrus Duen. in regul. 219. uerſicul. limita primò citans Oldr. in conſil. 5. & Boeri. in q. 353. part. 2. nume. 10. & Ioan. Paponis. in gloſſ. ad conſtitu. Barboniæ §. 210. Quæ opini. conſtare uidetur ex prædictis in ſuperiori declaratione, ſcilicèt quòd talis donatio ualet facta pio loco, quandoquidẽ cauſa dotis eſt pia, c. 1. §. donari, qualiter feudũ olim põt. aliena. Euera. in ſuis locis legali. loco 25. Quã declarationẽ ego corroboro, nam ſi dubium eſt an regulariter ualeat huiuſmodi donatio ſuccedit regula, quòd in ambiguus pro dotibus eſt reſpondendum, reg. in ambiguis 26. ff. de regu.

iur,

iur. Sed, his non obſtantibus, hæc declaratio non procedit ſine dubio, & non eſſe firmam tenet Ferdi. Vaſq. lib. 1. ſucceſſio. progreſſu. §. 1. num. 186. Et omiſſis eius fundamentis, quæ mihi non placent, eius traditio uerior videtur: quia inhærendum eſt regule, quoties exceptio non benè probatur, gloſſ. recepta, in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iuris. Vnde cum non reperiatur expreſſum, quòd ob cauſam dotis ualeat, nō debemus recedere à communiter recepta: facit etiam ſimile, nam huiuſmodi donatio non ualet, etiam ſi facta ſit ob cauſam præſtandorum alimentorum donanti à donatario, Aretin. in conſil. 54. nume. 2. Duen. ubi ſupra ampli. 6 Purpu. in l. fina. nume. 250. C. de pactis, ubi illud dictum declarat. Nec obſtat fauor matrimonij, nā hæc non eſt ſufficiēs ratio ad inducendum priuilegiū, quod in iure non reperitur expreſſum. Nec obſtat dicere, quòd cauſa dotis eſt cauſa pia; quia hæc traditio non eſt omnino fata. Nam quòd non ſit regulariter cauſa pia, ſed in caſibus ſpecialibus, nempè quando daretur mulieri pauperi, uel ei, quæ aliàs, inſpecta eius qualitate, nubere non poſſit: reſoluit Bald. Nouell. in tracta. de dote 5. parte, & Campegius in eodem tracta. q. 9. part. 1. Deci. in conſil. 72. Iaſo. in l. 1. nume. fina. ff. ſolut. marrim. Vnde ex his colligi poteſt concordia inter has duas opinio. quòd hæc declaratio uera ſit in caſibus, in quibus cauſa dotis eſt cauſa pia, non uerò regulariter. Et aduerte, quòd Oldra. & Boeri. in diuerſis terminis loquuntur, & de alia re agunt. Quar-
62 tò declara concluſionem procedere, quando† huiuſmodi donatio eſſet irreuocabilis: nam, quando eſſet reuocabilis, benè ualeret, glo. in l. 1. ff. de teſtam. & in l. fina. in uerbo, accommodauerit C. de pactis, ibi Bart. num.

nume.11.Albe.verſicu.in eo autem, Bald.num.19.in fin., Fulgo.nume.5.uerſicu.ſin autem Paul.numer.9. Sily.tet.verſicu.Sed tunc. Corne.nume.9.Alexan.nu me.3.qui receptiorem appellat, Rimi.Sen.numer.6. Deci.nume.19.Curti.Iuri.numer.36. Imola & Alex. numer.19.in d.§.ſtipulatio hoc modo concepta. Ex qua receptiſſima declaratione primò infero, quòd do natio omnium bonorum præſentium, & futurorũ cau ſa mortis ualida eſt, cùm reuocari queat, iuxta l. non omnis.ff.ſi certum petat. Quam illationem tenent ſupradicti Docto.& Cæſalus in conſil.44.num.9.part. 1. Secundò infero, ualere donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, qñ facta eſſet a patre filio in eius exiſtẽti ptãte, uel à marito uxori, uel ab uxore marito, ſi tamen eſt morte donantis cõfirmata; quia erat reuocabilis, l. donationes, quas parẽtes, C. de donat.inter ui.& uxo.Et hæc traditio, eſt de mente Docto.in luctucrum inſuperiori illatione, & expreſsè eam tenet Caccialup.in q.incipienti Alexan. ſeptima limitat.poſt Cyn.in cauſ.incipient. quidquid dicant: quem etiam refert & ſequitur Bartho.Socin. in regu. 108.fallent.5.cui ſuffragatur ratio, nam hæc donatio habet uim relicti, & de ea detrahitur falcidia, l.donationibus.C.ad leg.falci.de quo arti.agit Abb. in conſi.43.volum.2.qui non in omnibus bene loquitur. Tertio infero, quòd ſi aliquis donat omnia bona ſua præſentia, & futura poſt mortem ſuam, quòd ualebit talis donatio, cùm intelligitur donatio cauſa mortis, & conſequenter ſit reuocabilis, ita concludunt gloſſæ & Docto in principio declarationis citati. Sed in hoc artic. contrarium tenent Iaco. Cyn. Petrus de Bella per. circa fin. uerſicu. ſed opponitur in d.l.fina.qui mouentur

ratio-

ratione hac. Nam licèt donans poſſit inſtituere hæredem, quem uellet, tamen ſi fatuus eſſet hæres inſtitutus, ſi hæreditatem adiret, quandoquidem tenetur illam donatario reſtituere. Sed à prima opinio. non eſt recedendum, quam Imola commu.& Alexand. magis commu. teſtantur, & longe verior eſt. Nam cùm in ea ſit mentio mortis, iudicari debet in dubio donatio cau ſa mortis, ut uoluit prædicta gloſſa in d.l. fina. ubi Bar. idem Bar. poſt gl. ibi in l. Seia. ff. de do. cã mor. & in l.
63 Seia. ff. de dote præleg. Eſt tamen aduertendũ, † quòd licèt regulariter, quando ſit in donatione mentio mortis, cenſetur mortis cauſa donatio, tamen hæc regula patitur aliquas declarationes. Et prima eſt, quod procedit, quando facta eſt mẽtio mortis per modum cauſæ finalis, quæ in dubio præſumitur, ut tradit Deci. in d.l. fina. nume. 20. ſecus ſi per modum dilationis, idem Deci. poſt Bald. in l. 2. C. de iure dot. numer. 3. & Alexand. in conſil. 14. uerſicul. inſuper libr. 1. & in l. quæ dotis, nume. 5, ff. ſolut. matrimo. Secunda limitatio eſt, non procedere, quando eſt expreſſum, quòd donatio talis eſſet inter uiuos; quia à uerbis claris non eſt recedendum, ut in propoſito docet Philip. Deci. ubi ſupra & in conſil. 305. poſt Alexand. in d. conſi. 14. argum. l. non aliter. ff. de legat. 3. & in l. Labeo. ff. de ſuppe. lega. Tertia limitatio eſt, quòd locum non habet, quando in donatio. tali expreſſum eſt, quòd non poſſit reuocari, ut determinat Bartol. in d.l. fina. & Alexand. in d. l. quæ dotis, numer. 11. & in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 19. & in conſi. 14. libr. 1. & Pau. Caſt. conſil. 82. volum. 2. Aretin. in conſil. 54. colum. 2. Socin. in conſil. 53. Sed hæc limitatio non procedit ſine dubio, & contrarium tenet Bald. in l. cum quis. ff. de cõ

dict. ob cauſ. uerſic. u. quid ſi dixi, dono poſt mortem in cauſa, & promitto non reuocare. ubi cõcludit, quòd donatio cauſa mortis, cum illa clauſula, de non reuocando, ualet, & intelligitur ſecundum naturam contractus, quòd ualeat niſi pœniteat; quem ſequitur Alexand. in d. l. quæ dotis 6. fallen. & in conſi. 254. ubi cõcludit, quod propter illa uerba, quæ apponi ſolent in contractibus, quod promiſit attendere, nec contrauenire, nec contrafacere aliqua ratione, uel cauſa, donatio cauſa mortis non tranſit in donationem inter uiuos, & idem tenet Corne. in conſil. 126. colum. 2. uolum. 1. Verum has duas opinio. contrarias componit Deci. in d. l. fina. & in d. conſil. 305. quod prima procedat, quando uerba, quòd non reuocari poſſit, appoſita ſint in uerbis ſubſtantialibus contractus, ut ſi dixit, dono tibi poſt mortem, ita quòd non reuocari poſſit: pro quo facit. l. ſi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. ſecus tamen quando dictum eſt inferius in clauſula acceſſoria, quæ reſpicit executionem contractus. Alias limitationes adducit Alexand. in d. l. quæ dotis. Sed quoad noſtrum propoſitum ſatis eſt, quòd regulariter hæc donatio intelligitur cauſa mortis, & conſequenter reuocabilis: quod ſufficit, ut ualida ſit. Imò etiam in caſibus
64 in quibus intelligitur inter uiuos, & irreuocabilis, † alia ratione hæc donatio omniũ bonorum ualida eſt: quia huiuſmodi donatio ſecundùm Docto. pro hac commu. adductos, reſtringitur ad illa bona, quæ habebat tempore donationis, & non extenditur ad alia, argumen. l. ſi ita. ff. de auro, & argent. legat. & ita reſeruata cenſentur bona futura. Nec oberit. l. cogi, in princi. ff. ad Trebellia. quia ille text. loquitur in ultima uoluntate cuius fauore, quando aliquis reliquit omnia bona

inter-

interpretatur ſentire uoluiſſe de præſentibus, & futuris, quia in ultimis uoluntatibus fit lata interpretatio, l. in teſtamentis.ff.de reg.iu.& ſecus eſt in contractibus. quam ſolutionem tradit gl.in d.l.fi.& ibi Paul.nu.9.& Dec.nu.19.C.de pac.Alc. in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obl.nu:19.Ang.in cōſ.175. Abb. in conſ.18.& in conſ.48.Boe.in q.104.nu.36.part.1. qui omnes concludunt, quòd illa uerba, dono omnia bona mea poſt mortem meam, intelligi debēt, quæ habeo, & ita referri debent ad præſentia. Quod ego uerum intelligo, niſi quando in donatione addita eſſent præſentia, & futura: quo caſu ad omnia referuntur, & ſi eſt inter uiuos, & irreuocabilis nō ualebit. Aduerte tamen, quòd in Hiſpania eſt maxima differentia, an ſit donatio cauſa mortis; nam tunc ualida erit; ſi aūt eſt donatio inter uiuos, etiam ſi referatur ad præſentia tantùm infirmatur, per d.l.69.Tauri. Sed hæc differentia non eſt admittenda, nam in hoc caſu bona præſentia non omnino uidentur donata, cum uſusfructus cēſeatur reſeruatus, Boer.ubi ſ.nu.37.& ius illud uſuſfructus cauſalis, quod remanet penes eum, facit, quòd omnia bona præſentia non cenſeantur donata; quia ut ſ.dictum eſt, appellatione bonorum ueniunt iura, & 65 actiones. Sextò † declara, quòd licèt non ualeat donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, quo ad futura bona, ualent tamē quoad præſentia, ut tenet Sal.in l.fi.uerſ.ſecunda dubitatio.C.de pact.arg.l.ſancimus.C.de do.& l.ſi peculium.§.1.ff.de pec. ubi utile per inutile non uiciatur. Verum hæc declaratio nō eſt ſecura: unde hunc articulum diſputant, & nihil reſoluunt Corne.in d.l.fina.num.13.& ibi Franc. Curt. nume.25.& Crotus in l.ſtipulatio hoc modo conce-

pta,num.90.& Bòc.in q.353.num.7.par. 2.& expreſsè quod in totum,etiam quoad præſentia bona uitietur; tenent comm. Doc.in d.l.fi.C.de pac.ubi Bar.nu. 16. Bal.nu.19.& nu.21.Fulg.nu.7.& Doc.ĩ l.ſtipulatio iſta hoc modo concepta.ff.uerb.obl.ubi Imo.Rom. nu.40. Zaſi.nu.52.Soc.Iun.nu.87.Iaſ.in l.licèt,C.de pac.nu. 25. a qua recedendum non eſt,nam ut teſtatur Crot. ſolus Sal.tenet contrariam:Et hæc opinio optimè probatur in l. ſi libertus minorem.ff.de iure patro.facit ēt, quia non eſt inuenire cauſam, quare magis in una parte uitietur,quàm in alia; cum uitium inſurgat ex cõnexitate,ſeu coniunctione,unde in totum debet uitiari; arg.l.1.§.item quæritur.ff.de aqu.coti.& æſti.l.Titius, & Seius.ff.de cõd.& dem. Septimò declara conc.quòd licèt huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentiũ,
66 & futurorum non ualeat,poteſt tamen†induci per legem,uel conſuetudinem lege, aut ſtatuto comprobatam,quòd ualeat,per ea,quæ tradunt Bal. in l.cum Archimedoram,col.ul.C.ut in poſſ.le. & in l.de quibus 2. col. de legi. & Imo.in l.illæ autem.ff.de hær. inſt.in fi. Deci.in l.pactum quod dotali.C.de pac.& in cõs.651. Vigli.in §.acceſſit,in fi.Inſt.de teſt.d.Couar.in Rub.de teſt. 2.par.nu.6.ubi tradunt quòd libera teſtandi facultas poteſt tolli,& approbari pacto,per quod tollitur, lex ſtatutum,& conſuetudo: quod ſatis apparet ex tit. Inſt.quibus non eſt permiſſum facere teſt. Ex quo infert d.Couar.poſt Arch.firei poſſe ex priuilegio, & expreſſa principis conceſſione, accedente conſenſu teſtatoris,quòd teſtamentum ſemel conditum mutari non poſſit.Et hæc poteſt eſſe ratio,quare ingreſſus religionem,uel dans ſe in arrogationem,uel qui ſe patitur uenundari ad pretium participandum poſſunt ſibi aufer-

re

re liberam teſtandi facultatem; ſ. quia faciunt actum permiſſum à lege, in cuius conſequentiam neceſſariò tollitur libera teſtandi facultas: pro quo facit tex. in §.
67 & libertas, Inſt. de ſtatu homi. Octaua declaratio† uidetur, quòd poſſit adijci, quando huiuſmodi donatio facta eſſet ab inteſtabili, qui tamen poteſtatem contrahēdi habet, ueluti ſi fiat à deportato, uel à muto, uel ſurdo, uel ab eo, qui eſt dubius de ſtatu ſuo; uel ab excommunicato pro hæreſi, qui omnes teſtari nequeūt, l. eius qui, & l. de ſtatu. ff. de teſtam. Auth. credētes. C. de hæreti. l. diſcretis. C. qui teſta. face. poſſ. nam cùm prædicti ſint inteſtabiles, non poteſt dici impedita libera teſtandi facultas per hanc donationem, qua carebant, arg. l. decem. ff. de uerb. obl. & ſic ceſſat in ea ratio, quare huiuſmodi donatio improbata eſt. Sed hæc declaratio admittenda non eſt, quia abſurdum eſt, quòd plus poſſint prædicti inteſtabiles contra l. nō ſolùm. ff. de noxa li. Item hæc donatio uidetur facta in fraudē, ut ualeat uice teſtamenti. Vnde hanc declarationem improbat Caccialup. in d. q. incip. Alexā. ultima limita. qui dicit eam improbare Domi. in c. quanquam, de uſur. libr. 6. & Io. de Imo. ab eo relatus. Supradictis tamen adijciēdum eſt, quòd in caſibus, in quibus donatio omniū bo
68 norum ualida eſt† recipit plures declarationes. † Et pri
69 ma eſt, quòd donator non poteſt conueniri ultra quā facere poteſt, ſed deducto ne egeat, l. inter eos. §. is quoque. ff. de re iud. not. Fulg. nu. 6. & Curt. Iun. nu. 53. in l. fi. C. de pac. Humb. in d. Auth. ſacramenta puberum, nu. 75. C. ſi aduer. uen. ubi dicit, quòd etiam deducto, in quo teſtator diſponere poſſit pro anima. Nam ſi pro rebus corporalibus cogitaſſet, multò magis pro ſalute eius animæ, arg. Auth. ut cum de appell. cog. §. ſi quis

de prædictis uerſ.ſin autem laici, cum talis donatio li-
cèt generalis ſit, recipiat interpretationem reſtrictiuã
ad ea quæ commodè fieri poſſunt, arg.l. nepos Procu
lo, 125.ff.de uerbo.ſign.& ad ea quæ ſunt iuris l. quod
pupillæ.ff. quando dies leg.ced.& ad arbitriũ boni uiri
l.continuus.§.cum ita, & §.ſeq.ff.de uerbo.obl.& ad id
quod eſt veriſimile.l.cum 25.ff.de conditi. & demon.
uerba etenim conceſſionis ciuiliter ſunt accipienda l.
ſi cui.ff.de ſer. Secũda declaratio eſt quòd donatarius
70 † tenetur alimenta præſtare donatori inopi alias præ-
textu ingratitudinis reuocatur donatio, ita concludit
Curti.Iun.ubi ſupra & Aymon Crauetta, in conſ.51.
nume.5.part.1.poſt gloſſ.in l.fina.C. de reuoca.dona.
à cuius auctoritate in deciſiuis non eſſe recedendum
teſtatur Corne.in conſ. 120.libr. 1. Nam in gratitudi
ne huiuſmodi donatio reuocatur l.1.& l.fina.C. de re
uo.donatio.tenet Humbertus Bonencus citatus. Ter-
tia declaratio eſt, quòd per huiuſmodi donationē do-
nator non intelligitur donare ſuppellectilia, & cætera
contenta in obligatione generali.l. obligatione gene-
rali.ff.de pign.& in l.1.C.quæ res pigno.obliga. poſſ.
ut ſupra latè concluſum eſt, nec bona alienari prohibi
ta, ut feudalia, quæ abſque conſenſu domini alienari
nequeunt.c.1.de ſucceſſi.feu. in uſi.feu. uel bona, quæ
donator prius iuraſſet non ſe alienaturum c. ueniens,
de iureiu. Quarta declaratio eſt, quod, quando dona-
uit omnia bona ſua cum adiectione mobiliũ, & immo-
biliũ, cenſentur reſeruata iura, & actiones, ut paulo an
te diximus. Quinta declaratio eſt, quòd reuocatur
71 † per ſuperuenientiam liberorum, Cæſ. ubi ſupra Gra
bri. commu.concluſ.de donat.concl.1.num.7. Hum-
ber-

bertus Bonen. ubi ſupra num. 74. l. ſi unquam. C. de re uo. donat. ſed Socin. Iun. conſil. 728. num. 70. & num. 236. hoc limitat non procedere, quando apparet, patrem tẽpore quo donauit, cogitaſſe de filijs. Sexta de-
72 claratio eſt, quòd donator poterit hanc donationem minuere ex cauſa dotis, ita determinat Curti. Iun. in d. l. fin. nume. 62. quæ declaratio notabilis eſt, ſi eſt uera. Septima declaratio eſt, quòd poteſt reſcindi propter uitium inofficioſitatis, Fulgoſ. in d. l. fina. nume. quinto uerſicu. item quarta, poſt Bald. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credito. Aduerte tamen, quòd licèt huiuſmodi donatio, quando eſt inofficioſa, reſcindatur; ſi tamen facta eſt filio in Hiſpania in Caſtellæ Regnis debet remanere penes eum legitima, & tertium, & quintum bonorum. Octaua declaratio eſt, quòd, quando
73 donator † habet creditores, cenſetur facta in fraudem eorum, & poterit reſcindi, l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credito. Nona declaratio eſt, quòd ille, qui ſim-
74 pliciter donat omnia bona ſua, † cẽſetur ſibi reſeruare uſumfructum bonorum donatorum, ut tenet Boe. q. 204. nume. 17. parti. prima. Nouiſſimè autem pro com
75 plemento huius materiæ operæpretium duxi † diſcutere dubium, quod mihi in hac materia ſæpiſſimè occurrit. Paſſim in Hiſpania contingere poterit, quòd quis donet omnia bona ſua præſentia, aut ſimpliciter, quò caſu (ut ſupradictum eſt) de iure Cæſareo firma eſt hæc donatio, de iure uero Regio improbata, per l. 69. Tauri: & cognitio aliqua ex cauſa pertinere poterit ad iudicem eccleſiaſticum. Dubium erit, an debeat iudicare ſecundum ius commune, quod ualeat, an verò ſecundùm ius Regium, quòd ſit ipſo iure nul

la,

la, ſuppoſito, quòd de hac re non agitur in iure pontificio: unde iudex Eccleſiaſticus iudicare debet ſecundũ ius ciuile, quandoquidem legibus uti debemus in auxilium canonum, c. 1. extra de noui ope. nun. c. ſi adiuto riũ 10. diſt. c. ſummopere 11. q. 3. notat Cepo. Alex. in c. dignum. 3. q. 9. & Phil. Dec. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 104. uerſ. tertia conclu. Couarru. prac. quæſt. §. 8. num. 5. Quam difficultatem non reperio in ſpecie tactam, ſed eius deciſio, meo iudicio, dependet ab alia quæſtione à Doct. agitata, utrum iudex Eccleſiaſticus,
76 deficiente canone, † teneatur iudicare ſecũdùm leges Regias, an ſecundum leges antiquas Romanorum imperatorum? In quo articulo Petrus à Rauenna in ſuo alphabeto aureo, in allegationibus in materia conſuetudinum colum. 5. uerſ. ſecu. deficiente uerò, tenet legibus Imperatorum, & non regni non habentis ſuperiorem uti debere, motus ex gloſſ. in c. conſuetudo 1. diſtin. quæ intentionem ſuam non ſatis probat, aſſerens leges Imperiales præferendas eſſe conſuetudini generali, uel particulari in defectum canonum. Et huic opinio. ſuffragatur conſideratio, non ſummus pontifex, in cap. primo, de noui oper. nuncia. & in alijs locis, ubi approbauit ius ciuile, & uoluit quòd, canone deficiente, ab eo reciperet adiutorium, non eſt ueriſimile, quòd intelligere uoluit de iure Regio, quod potuit probabiliter ignorare, cum obtineat tantùm ius intra regnũ, argumen. c. 1. de conſti. in 6. ſed credendum eſt, quòd ſentit de iure ciuili Imperatorum Romanornm, quod potuit præuidere, & in pectoris ſcrinio cenſetur habere tanquàm antea, & toti orbi conſtituto, ut in d. c. 1. Verum, his non refragantibus, contraria ſententia uerior uidetur, & à noſtratibus eſt recepta, nempè quòd iudex

iudex Eccleſiaſticus, ex defectu canonis iudicare debeat ſecundum leges Regias, uel alterius Principatus non habentis ſuperiorem, ſi tamen nec iuri canonico, nec priuilegio Eccleſiæ, aut clericorum refragatur, quod uoluit Mont.in l.4.tit.5.lib.1.fori, in gl.in uerbo à cuerde en uno, Gonſal, Villa diego, in c.conſtitutus, de in integ.reſt.Io.Lup.in repe.Rub.de don.inter ui.& uxo.fol.2.nu.15.Ciſuen.in l.70.Tauri ubi Caſte.& Anto.Gome.nu.7.Bern.Diez in ſua pract. crimi. c.136. Couar.prac.quæſt.q.8.nu.5.poſt Rod.Suarez.in l.poſt rem iudicatā, in lect.l.Regni exten.8.Ferdi.Vaſq.ſucc. crea.§.10.nu.648. Cui ſententiæ inprimis patrocinatur ratio, nā in quolibet Regno, uel Principatu, in quo ſuperior non recognoſcitur, appellatione iuris intelligitur Regium, ut prædicti Doc.tradunt, & ſentire uoluerunt Imo.in c.continebatur, de his quæ fiunt à prælа.ſine conſe.col.ult. Iaſ.in l.quoties, num.24.C.de rei uend.Hoſt.& Ioan.And.in c.ult.de ſolut.qui tradunt, quod leges Imperatorum, aut Principis iura imperij habentis, quæ generales ſunt, nec damnum inferūt ſpeciale clericis, aut eccleſijs, in foro Eccleſiaſtico ſeruandæ ſunt, per c.1.de noui ope.nun.unde uolunt, quod
77 †quilibet princeps nō habens ſuperiorem in ſuo Principatu, habet iura imperij: quod uerum & receptiſſimum eſt. Nam in his Regnis Imperatorum cōſtitutiones antiquæ, non legum, ſed rationum uim obtinent, ut bene oſtendit Bernar.diez ubi ſupra. Nec Papa, dū de iure in genere in prædictis locis loquutus eſt, conſiderauit particulares deciſiones alicuius iuris: ſed tantùm quod leges ſiue Regales, ſiue Cæſareæ illæ ſint, rectæ rationes ſunt, iuſtæ, bonæ, & æquæ, nam alias nō eſſent leges.c. erit.4.diſt. unde merito ab his indifferen

ter deficiẽte canone adiuari ius canonicũ præcipit. Vnde redeundo ad noſtrum dubium, cum hmõi donatio omnium bonorum præſentium tantùm aut ſimpliciter facta, per Regiam l. 19. Tauri ſit improbata l, licèt de iure Cæſareo, ſecundũ ferè oẽs Doc. ſit ualida, quandoquidem ſuper ea de iure Canonico nihil reperitur deciſum, nec aliqua mentio, niſi in caſibus ſpecialibus, in quibus ẽt omnium bonorũ præſentium, & futurorũ, & ẽt de iure Regio ualida eſt, ĩ c. in præſentia, de prob. in c. fi. de ſucc. abint. Puto dicendũ, quod iudex Eccleſiaſticus iudicare debet ſecundum Regiam legem Hi-
78 ſpaniæ, quæ cõdita eſt ab Hiſpaniarũ† Rege, qui nullũ in tẽporalibus recognoſcit ſuperiorem, ſecundũ gl. receptiſſimam in c. Adrianus. ĩ uerbo, per ſingulas. 64. diſt. & eius conſtitutiones apud eius ſubditos iura Imperij legum habent.

SVMMARIVM.

1. *Debitor, legando creditori ſuo, in dubio non cenſetur legare animo compenſandi cum debito: & nu. 23. & 39.*
2. *Rationes differẽtiæ inter debitorẽ uoluntarium, et neceſſariũ.*
3. *Pater debitor dotis filiæ an legando filiæ, in dubio uideatur legaſſe animo imputandi in dotem, & nu. 32.*
4. *Pater ex legis neceſſitate tenetur dotare filiam.*
5. *Donatio in dubio an præſumenda, & nu. 26.*
6. *Teſtator in dubio præſumitur minus grauare hæredem velle, quàm poſſibile ſit.*
7. *Lucratiuæ duæ cauſæ non poſſunt regulariter concurrere, & quando concurrant, & nu. 26.*
8. *Dotis titulus, an ſit lucratiuus, & nu. 26.*
9. *Legati cauſa eſt lucratiua.*
10. *Pater an in dubio pro dote cenſeatur legare, & nu. 27.*
11. *Filia, cui pater prius dotẽ dedit, ſi poſtea ab eodẽ patre hæres inſtituatur, an intelligatur, computata dote, inſtitutio facta, & nu. 27.*

Impu-

12 *Imputatur in legitimam filij legatum eidem filio relictum, & num. 27.*

13 *Dos data filio imputatur in legitimam. & nu. 27. & 37.*

14 *Dotis debitor pater an legando filiæ, videatur legare animo compenſandi cum dote, quando ex facto ſuo tenebatur ad dotem? & nu. 34. & 50.*

15 *Intellectus ad l. ſi pater pro filia ff. de collat. dotis.*

16 *Compenſatio quando admittatur de ſpecie ad quantitatem, & quando non, & nu. 41. & 42.*

17 *Compenſatio in materia vltimarum voluntatum pro imputatione accipitur, & impropriè dicitur compenſatio.*

18 *Dos promiſſa genero ex legis interpretatione, & ex patris affectione filiæ promiſſa cenſetur.*

19 *Intellectus ad l. ſi. C. commu. vtri. iud.*

20 *Intellectus ad l. ſi ſocer. §. Lucius, in fi ff. ſol. mat.*

21 *Confertur, quod imputatur, ſed non conuertitur.*

22 *Noua declaratio ad l. quoniam nouella. C. de inof. teſt.*

24 *Debitor vt dicatur neceſſarius, uel uoluntarius, quod tempus debet attendi?*

25 *Legatum non debet eſſe fruſtratorium, et inutile. & de natura eius eſt continere liberalitatem. & nu. 39.*

26 *Rationes, quare creditor neceſſarius compenſat legatum cum debito?*

28 *Intellectus nouus ad l. ſi cum dotem. §. ſi pater ff. ſol. mat.*

29 *Error iuris quando præſumatur.*

30 *Pater debitor dotis aduentitiæ filiæ legando eii, non uidetur legare animo compenſandi cum dote ex mente Doct. & nu. 32.*

31 *Dos etiam profectitia filiæ emancipatæ acquiritur, & non compenſatur cum legato à patre relicto.*

33 *Filia non imputat in dotem partem hæreditariam, in qua fuit à patre hæres inſtituta, & nu. 41.*

34 *Legitima abinteſtatò filiæ delata non imputatur in dotem à patre conceſſam.*

35 *Hæres patris tenetur dotare filiam.*

36 *Debitor legando creditori, in dubio videtur legere animo compenſandi cum debito, quando id, quod debetur, legatum eſt, & num. 42.*

ter deficiẽte canone adiuuari ius canonicũ præcipit. Vnde redeundo ad noſtrum dubium, cum hmõi donatio omnium bonorum præſentium tantùm aut ſimpliciter facta, per Regiam l. 29. Tauri ſit improbata, licèt de iure Cæſareo, ſecundũ ferè oẽs Doc. ſit ualida, quandoquidem ſuper ea de iure Canonico nihil reperitur deciſum, nec aliqua mentio, niſi in caſibus ſpecialibus, in quibus ẽt omnium bonorũ præſentium, & futurorũ, & ẽt de iure Regio ualida eſt, ĩ c. in præſentia, de prob. in c. fi. de ſucc. ab int. Puto dicendũ, quod iudex Eccleſiaſticus iudicare debet ſecundum Regiam legem Hi-
78 ſpaniæ, quæ cõdita eſt ab Hiſpaniarũ † Rege, qui nullũ in tẽporalibus recognoſcit ſuperiorem, ſecundũ gl. receptiſſimam in c. Adrianus. ĩ uerbo, per ſingulas. 64. diſt. & eius conſtitutiones apud eius ſubditos iura Imperij legum habent.

SVMMARIVM.

1 Debitor, legando creditori ſuo, in dubio non cenſetur legare animo compenſandi cum debito: & nu. 23. & 38.
2 Rationes differẽtiæ inter debitorẽ uoluntarium, et neceſſariũ.
3 Pater debitor dotis filiæ an legando filiæ, in dubio uideatur legaſſe animo imputandi in dotem, & nu. 32.
4 Pater ex legis neceſſitate tenetur dotare filiam.
5 Donatio in dubio an præſumenda, & nu. 26.
6 Teſtator in dubio præſumitur minus grauare hæredem uelle, quàm poſſibile ſit.
7 Lucratiuæ duæ cauſæ non poſſunt regulariter concurrere, & quando concurrant, & nu. 26.
8 Dotis titulus, an ſit lucratiuus, & nu. 26.
9 Legati cauſa eſt lucratiua.
10 Pater an in dubio pro dote cenſeatur legare, & nu. 27.
11 Filia, cui pater prius dotẽ dedit, ſi poſtea ab eodẽ patre hæres inſtituatur, an intelligatur, computata dote, inſtitutio facta, & nu. 27.

Impu-

Digitized by Google

12 *Imputatur in legitimam filij legatum eidem filio relictum, & num. 27.*

13 *Dos data filio imputatur in legitimam. & nu. 27. & 37.*

14 *Dotis debitor pater an legando filiæ, videatur legare animo compenſandi cum dote, quando ex facto ſuo tenebatur ad dotem? & nu. 34. & 50.*

15 *Intellectus ad l. ſi pater pro filia ff. de collat. dotis.*

16 *Compenſatio quando admittatur de ſpecie ad quantitatem, & quando non, & nu. 41. & 42.*

17 *Compenſatio in materia vltimarum voluntatum pro imputatione accipitur, & impropriè dicitur compenſatio.*

18 *Dos promiſſa genero ex legis interpretatione, & ex patris affectione filiæ promiſſa cenſetur.*

19 *Intellectus ad l. fi. C. commu. vtri. iud.*

20 *Intellectus ad l. ſi ſocer. §. Lucius, in fi ff. ſol. mat.*

21 *Confertur, quod imputatur, ſed non conuertitur.*

22 *Noua declaratio ad l. quoniam nouella. C. de inoſ. teſt.*

24 *Debitor vt dicatur neceſſarius, uel uoluntarius, quod tempus debet attendi?*

25 *Legatum non debet eſſe fruſtratorium, et inutile. & de natura eius eſt continere liberalitatem. & nu. 39.*

26 *Rationes, quare creditor neceſſarius compenſat legatum cum debito?*

28 *Intellectus nouus ad l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. mat.*

29 *Error iuris quando præſumatur.*

30 *Pater debitor dotis aduentitiæ filiæ legando ei, non uidetur legare animo compenſandi cum dote ex mente Doct. & nu. 32.*

31 *Dos etiam profectitia filiæ emancipatæ acquiritur, & non compenſatur cum legato à patre relicto.*

33 *Filia non imputat in dotem partem hæreditariam, in qua fuit à patre hæres inſtituta, & nu. 41.*

34 *Legitima abinteſtatò filiæ delata non imputatur in dotem à patre conceſſam.*

35 *Hæres patris tenetur dotare filiam.*

36 *Debitor legando creditori, in dubio videtur legere animo compenſandi cum debito, quando id, quod debetur, legatum eſt, & num. 42.*

Digitized by Google

37 *Cauſæ identitas facit quòd non præſumatur animus multiplicandi præſtationes, & nu. 42.*

38 *Debitor ſi creditori ſuo legatum reliquerit hac conditione, ut is ſit pro ſatisfactione debitæ quantitatis contentus, ſi legatum à creditore acceptum ſit, debitum extinguitur.*

39 *Debitor ex quaſi contractu, legando creditori, non uidetur legare animo compenſandi cum debito.*

40 *Legatum unum regulariter non compenſatur cum alio.*

41 *Compenſandi animus non præſumitur ex eo, quod quantitates concurrunt.*

42 *Legatum an compenſetur cum debito, quando praceſsit, & poſtea promiſsio ſequuta eſt?*

43 *Teſtator quando in uita minus dederit legatario, quàm prius legauerat ob eandem cauſam, utrum legatarius reſiduum petere poſsit.*

44 *Rationes, quare legatum imputatur in quartam debitam uxori inopi ex diſpoſitione d. Auth. præterea?*

45 *Imputatur in legitimam omne, quod ex iudicio defuncti capitur, dū tamen ex defuncti ſubſtantia ſiue uniformiter, ſiue difformiter capiatur, & quæ ſit ratio.*

46 *Imputatur in Trebellianicam, quidquid ex teſtamēto capitur, ſi uniformiter capiatur, & quæ ſit ratio.*

47 *Imputatur in falcidiam, quod iure hæreditario accipitur, & quæ ſit ratio.*

48 *Imputatur in obligationem alimentandi legatum, & quæ ſit ratio.*

49 *Rationes differentiæ, quare ius conſtituit in debitis legalibus uariè fieri imputationes.*

50 *Falcidia, & Trebellianica ſunt debita neceſſaria contra Corra.*

51 *Noua declaratio ad doct. Bar. in l. quod autem. ff. de iure dot.*

52 *Concordia §. ſi pater, cum l. fi. C. comm. utri iud.*

53 *Noua declaratio ad regulam, quod legatum imputatur in legitimā.*

54 *Noua declaratio ad Auth. præterea. C. unde uir & ux.*

55 *Debitum legale, an compenſetur cum diſpoſitione inter uiuos, uel cū alio debito legali remiſsiue.*

56 *Compenſationi locus eſt in debito, quod exigi tantùm poteſt in foro conſcientiæ; & de ſpecie ad quantitatem in caſibus, in quibus de*

iure

iure conceditur, compenſatio admittitur.

57 *Compenſatio an admittatur, quando teſtator hac forma legauit, lego centum de bonis meis, in caſibus, in quibus aliàs admittitur?*

58 *Compenſatio nõn admittitur, quando ab alio; & non à teſtatore debebatur.*

59 *Mulier, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, & ſucceſsit alicui ex liberis primi matrimonij, legando cæteris liberis eiuſdem matrimonij, non videtur legare animo compenſandi cum bonis, in quibus ſucceſsit.*

60 *Compenſandi animus non præſumitur cum debito, quod actione reali exigi poteſt.*

61 *Legatum relictum eccleſiæ parochiali, uel eius preſbitero, an compẽſari debeat cum quarta portione legatorum, quæ ab eodem teſtatore relicta fuere eccleſiæ, in qua ſepulchrum elegit?*

62 *Legatum relictum à Marito uxori, non compenſatur cum lucris, conſtante matrimonio, quæſitis.*

63 *Maritus debitor àrrárum uxoris, legando uxori, non uidetur legare animo compenſandi cum àrris.*

64 *Pater ſi dedit mille in dotem pro filia, & ſolutò iam matrimonio morte uiri, anteaquam ab hæredibus eius dos fuiſſet exacta, ſecundo uiro mille ſimiliter promiſit, an filia habeat actionem ad duas dotes?*

De compenſatione, ſeu imputatione, & an pater debitor dotis filiæ legando eidem filiæ videatur animo compenſandi cum dote legaſſe?

1 INdubitati iuris eſt, debitorem legando creditori ſuo † in dubio non uideri animo imputandi in debitum legaſſe, l. creditorem 87. ff. de legat. 2. l. unica. §. primum, uerſicul. ſciendum. C. de rei uxo. action. Doctõ. omnes in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater

ff.ſolut.matrim.& in l.huiuſmodi.§.cum pater.ff. de legat.1.& in l.Titia cùm teſtamento.§. qui inuita. ff. de legat.2.& in Authen.præterea. C. unde uir, & uxor & in c.officij, extra de teſt. Quibus aduerſari uidetur Authen. præterea. C. unde uir, & uxor & regia l.7.titu.13.par. 6.ubi legatum à marito uxori inopi relictũ compenſatur cum illa portione, quæ ex diſpoſitione illius legis ex bonis mariti eidem uxori defertur. Pro quorum iurium concordia diſtinguentes Doct. in debitore conuentionali, ab initioque uoluntario admittere nolunt compenſationem: in debitore uerò legali, neceſſario, ac inuito locum eſſe compenſationi concludunt omnes, excepto Corrad.in lib.1.miſcella,c.1.

2 Cuius † differentiæ rationem reddit Iaſon. in d. Authen. præterea, nume.19.dicens, quòd ex eo in debitore legali, legando creditori, animus compenſandi præſumitur, quia ex neceſsitate legis tenetur: & in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.l. rem legatam.ff. de adi. lega.in fine.aliam rationem aſſignat Deci.in d.Authẽ. præterea, nu.11.& Couarru.in d.c.officij, nu. 2.quia lex, quæ neceſſitatẽ impoſuit debitori neceſſario, eidẽ beneficium largitur. Quòd interpretatur legatum ab eo factum animo compenſandi cum debito cẽſeri relictum. Ex quibus ſecurè colligunt Scriben. † quod ſi

3 pater debitor dotis filiæ legatum reliquit eidem filiæ, uidetur reliquiſſe animo compenſandi in dotẽ. Quia

4 pater ex legis neceſſitate tenetur dotare filiam.† l.qui liberos, ff. de ritu nupti.l.fina.C.de dotis promiſ.gloſſ. in l.obligamur.§.ea lege ff. de actioni.& oblig. Quam

5 opinio.ultra prædictas rationes ſuadet primò ratio:† nã in dubio quando capi poteſt alia coniectura, quàm donationis, non eſt præſumenda donatio; cum nemo præſu-

præſumitur uelle iactare ſuum.l.cum deindebito.ff. de
6 probatio.Secundò urget † ratio,nam teſtator in dubio præſumitur minus uelle grauare hæredem,quam poſſibile ſit.l.apud Iulianum.§.Seio.ff.de legat.1.Et hinc eſt,quòd teſtator non præſumitur in dubio uelle grauare hæredem duplici præſtationis onere.l.2.§.1.& l. fina.ff.de dote prælega.cum ſimilibus. Tertiò corro-
7 boratur alia ratione, † quia duæ cauſæ lucratiuæ non ſolent concurrere.l.Mæuius 22.§.duobus.ff.de lega.2. & quando pater debitor dotis filiæ eidem legat, duæ
8 cauſæ lucratiuæ concurrunt.Nam titulus dotis eſt † lu cratiuus l.fina §.ſi à ſocero.ff.quæ in frau.credi.& ſimiliter cauſa legati eſt lucratiua. l. prima. C. de impon.
9 lucrati.diſcre. Quartò confirmatur per † Bart. doctri. à Docto.receptam, in l.quod autem. ff. de iure doti.
10 † ubi per tex.ibi adnotat, quòd ſi pater in ſuo teſtamen to legat filiæ, in dubio uidetur pro dote legare, licèt hoc non expreſſerit. Vnde propter unitatem cauſæ dos ſemel tantùm debetur aut ex debito, aut ex legato,per ea,quæ notant Docto.in l.huiuſmodi.§.cum pa ter,ex text.ibi.ff.de legat.1. Quintò his accedit doctrina Bald.in l.quoniam in prioribus.C. de inofficio.
11 teſtam.dicentis, † quòd ſi pater filiam prius dotatam in legitima ſimpliciter hæredem inſtituat, intelligitur computata dote: quem ſequuntur Paulus, in l.quoniam nouella.C.eod.Alexand. in d.§.ſi pater,& in l.pa ter filiam,in princ.ff.ad l.falcid.Iaſo.in d.§.cum pater, num.4.Sextò facit.l.omnimodo,in princ. & l.ſi quan-
12 do.§.fina.C. de inoffi. teſtam. † ubi legatum relictum filio imputatur ei in legitimam, l.etiam.§. ſi debita.ff. de bon. libe. Septimò his ſuffragantur l.1. §. pen.ff.de collat.dot.& l.2.C.de collat. ubi,ſi pater promiſit do-

tem

tem filiæ, & poſtea decedit pater inteſtatus, relicta filia, & filio, onus dotandi non pertinet ad filium pro dimidia, pro qua eſt hæres, ſed totum eſt in parte ipſius filiæ. Octauò faciunt l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtamen. l. unica. §. quo à nobis. C. de rei uxor. actio.
13 ubi † dos data imputatur in legitimam. Nonò probatur in l. pater filiam 14. ff. ad leg. falcid. in princip. ubi pater, qui filia non conſentiente, dotem exigit, eandem filiam hæredem inſtituit; & præcipuam dotem, & inſtitutionem non habet, ſed falcidiam. Decimò inducitur l. huiuſmodi 86. §. cum pater. ff. de legat. 1. ubi ſi pater dotem genero promiſſam filiæ leget, non tenetur hæres ad duplicem præſtationē, ſed ambo alterutra præſtatione debent eſſe contenti. Vndecimò expendi poteſt. l. filia legatorum. C. de legat. ubi filia, mortuo patre, non admittitur ad petendum legatum relictum, ſi uiuus pater ei in dotem dederit, quæ prius legauerat. Duodecimò adducitur. l. cum pater. 30. ff. de iure dot. ubi ſi pater pro filia dotem promiſit, & dotem legauit, ſi marito promiſit, nullum eſt legatum. Quia, cum debitor creditori legat id, quod debet, legatum non ualet. Si uerò filiæ legauit, ualebit legatum; quia dos marito ex promiſſione, legatum autem filiæ ex diſpoſitione ultimæ uoluntatis debetur: & ſi filia oſtenderit hoc animo eſſe teſtatorem, ut duplicaret ei legatum, habebit utrunque. Ex quo conſtat, quod neceſſarium eſt filiæ, ut utrunque conſequatur, probare hoc animo patrem fuiſſe, aliàs in dubio alterutro debet eſſe contenta, & compenſationi locus eſt. Decimotertiò probari uidetur in l. Titia cum teſtamento 35. §. qui inuita. ff. de legat. 2. ubi ſi pater legatum reliquit filiæ, qua inuita, dotem exigerat, filia debet eſſe alterutro contenta.

Deci

Decimoquartò,& ultimò pro hac opinio.iudicio Doctorum eſt text.expreſſus in l.ſi cum dotem.§ ſi pater. ff.ſolut.matrim.ubi legatum relictum filiæ à patre,qui ipſius filiæ dotem ab hæredibus mariti exegerat, compenſatur cum ipſa dote à patre exacta. Et hanc opin. tenent glo.Barto.Bald.Imol.Alexand. & Iaſo. in d.§. cum pater.idem Bart.Roma.& Alexan.in d.§.ſi pater Roman.Iaſo.nume.18.Deci.nu.11.uerſic.nunc, in d. Authen.præterea,Docto.in d.§.qui inuita,& in c.officij, de teſtam.ubi Couarru.nu. 2. qui omnes conclu-
14 dunt, † patrem filiæ dotis debitorem,legando filiæ, uideri legare animo compenſandi cum dote.Quod ſecundum eorum mentem locum habet etiam, quando pater eſt debitor dotis filiæ ex ſuo facto ultra neceſſitatem legis.Nam tex.in d.§.ſi pater,& alia iura per eos adducta in his terminis loquuntur. Imò multi Docto. hoc expreſsè affirmant.Quia ad hoc,ut debitor dicatur uoluntarius,aut neceſſarius, originalis cauſa conſideratur. Nam quando aliquis eſt debitor ex legis diſpoſitione,& poſtea ſuo contractu ad id,quod tenebatur,ſe obligat,non intelligitur oīno ſpontè,& uolũtariè,ſed potius neceſſitate obligationis originalis legis facere. Verũ hæc communis, & ferè omnium opinio mihi indiſtinctè non placet: ſed falſam eſſe exiſtimo, quando pater non ſolùm ex diſpoſitione legali, ſed ẽt ex facto ſuo,(ut ex promiſsione) tenebatur: quo caſu locum non eſſe compenſationi exiſtimo.In quam ſententiam inclinare uidentur Cuma. in l.cum dotem. §. ſi pater,nu.3.ff.ſolut.matrim.Ioan.de Imo. in l.huiuſmodi.§.cum pater.ff.de legat.2.uerſ. Secundus caſus. Quem improbat Alex. ibi uerſi.tertiò limita: & hanc partem amplectitur præceptor Lanfran. teſte eodem

Lanf.

Lanfr.in d.§.ſi pater; & eam eleganter defendit Hector Rodericus doctor excellens,dum ſalmanticæ dictum.§ qui inuita,interpretaretur: qui affirmauit communem opinio.tanquam euidenter falſam poſſe in iudicando,& conſulendo conuinci. Quæ ſententia pri-
15 mo manifeſtè conſtat † ex l.ſi pater pro filia.ff. de collat.dot.ubi ſi pater pro filia dotem promiſerit, deinde eidem filiæ,uel exhæredatæ,uel etiam emancipatæ, & præteritæ legatum reliquerit, habebit filiâ & dotem præcipuam,& legatum. Nec admitti meo iudicio debet multorum intellectus,& ſolutio; quod ideo ibi ceſſat compenſatio,quia legatum fuit in ſpecie relictum, dos uerò in quantitate promiſſa,uel econtra.Et com-
16 penſatio † regulariter de ſpecie ad quantitatem non datur,l.ſi conuenerit la 2.ff.de pign.action.l.fin.C.de compenſatio.Quam reſolutionem tradunt Bar. Bald. & Paul.in d.§.cum pater, idem Bald. & Salycet.in l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta.& in l.filia legatorum.C.de lega.ubi & Corn.diuinatoriam,& uiolentum eſſe,fatetur,ſed, ut iura iuribus concordentur admitti debere determinat. Eam ſequitur Aret.in l: Gallus §.quidam rectè.ff.de liber.& poſthum.Iaſo.in §.bonæfidei,nu.67;inſtitu. de actio. Suarez in l. 1.titu.de arris foro.leg. uerſ. Sed pone quæſtionem, Couarru.in c.officij, de teſtam.nu.2.Bart.Soc.in conſ.93. uolum.1.colum.pe.affirmans non eſſe ab hac opi. in iudicando,& conſulendo recedendum. Verum iſte intellectus,& ſolutio ad illum text. reijciendus eſt, & eum improbant Ioan.de Imola,& Alexan.in d.§.cum pater.Nouior.in d. Authen.prætcrea,ubi Fran. Aret. Roman.Alexan. Iaſ.nu.26.Deci.nu.10.Fabi. in repeti.num.45.ubi & Picus nu. 58. Nec oberit d.l. ſi conuene-

uenerit;nam eius traditio procedit in compenſatione ſtrictè loquendo,quæ fieri debet in iudicio, parte inuita. Quæ compenſatio admittenda non eſt de ſpecie ad quantitatem,uel econtra: ſecus tamen eſt in compẽſatione illa impropria, quæ fieri debet ex præſumpta uoluntate teſtatoris,de qua hic agimus:quæ compen-
17 ſatio pro imputatione ſeu computatione † in materia hac ultimarum uoluntatum accipitur, & de ſpecie ad quantitatem,& econtra admittitur, ut prædicti Doct. maximè Iuni. concludunt ex text. cum gloſſ. in l.qui non militat.§.1.ff.de hæred.inſtitu.& urget l. ſi compenſandi.C.eod.& gl.traditio in d.§.qui inuita, in uerbo computatio. Defendendo tamen Docto.reſponſionem,poſſet replicari,quòd licèt uerũ ſit, quod hæc compenſatio,quæ pro imputatione accipitur,de ſpecie ad quantitatem admittatur,negari tamen non poteſt, quin ex coniecturata uolũtate defuncti probabilius inducatur compenſatio de quantitate ad quantitatem,quàm de ſpecie ad quantitatem; ut bene colligitur ex l. planè 34.§.ſi eadem,uerſicu.ſed ſi non corpus ff. de lega.1.Sed certè hic intellectus admitti non debet,quia diuinatorius,& nimis uiolentus eſt;nec ex illo text.colligitur;nec eſt uerisimile,quòd hac de cauſa filia ibi utrunque conſequatur:Imò contrarium magis ex eo colliges, ſi conſideres,quòd tex.ille intellectus ſecundùm Rubr.ſub.qua poſitus eſt,agit principaliter, quòd filia non teneatur fratri dotem conferre, & in conferendo proculdubio non eſt differentia inter ſpeciem & quantitatem:cum omnia, quæ in dotem data ſunt,cuiuscunque generis ſint, conferantur, ut conſtat ex toto titu.C.de collat.ff.de colla.bono.& de colla. dot. Et ſimiliter reijcienda eſt reſponſio, &

h intel-

intelligent in Imolæ & Alexand.ubi ſupra aſſerentium ibi non fieri compenſationem, quia dos fuit promiſſa genero, legatum uerò filiæ relictum. Quam ſequi uidetur Fabi.in d.repe.Authen.præterea,nu.44. ubi expreſsius Picus,nu.58.eam amplectitur? quia eſt diui-
18 natoria & inſufficiens.Nam dos † promiſſa genero ex legis interpretatione,& ex patris affectione filiæ promiſſa cenſeutr,argu, l.fideicommiſſa.§.interdum.ff.de legat.3.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de legat.1.declarat Iaſ.in d.§.cum pater, nu.2. Et minus admittendus erit intellectus Iaſ.in d.Authen.præterea,nu.20.& in d.§.cũ pater,nu.13.dicentis in d.l.ſi pater pro filia ceſſare compenſationem, habereque filiam dotem præcipuã,& legatum in recompenſationem iniuriæ à patre propter exhæredationem receptæ. Quæ conſideratio leuis eſt, & nullo iure iuuatur; Imò uidetur dicendum,quòd exhæredatio,uel præteritio interpretationi uoluntatis defuncti magis deberet nocere. Et hæc intelligentia confunditur per d.l.Titia cum teſtamento.§.qui inuita.ff.de legat.2. quæ loquitur in filia exhæredata,& nihilominus admittitur compenſatio, & ſimiliter in d.§.ſi pater,l.ſi cum dotem.ff.ſolut.matrim. fit compenſatio, quando legatum erat relictum filiæ; quamuis neceſſario ſit dicendum, quòd filia aut fuit ibi exhæredata,aut præterita. Ex quibus conſtat text.
19 illum reſponſione carere. Tertiò † hæc ſententia probatur per ſingularem illam l.fina.C.commu. utriuſq; iudi.ubi filia ſuccedens cum extraneis dotem à patre exactam ultra portionem hæreditariam præcipuam habere debet. Nec admittenda eſt reſponſio Bald.in d.§.ſi pater,uolentis communem opinio. limitari debere per illum text. Quod uoluit etiam Cuma. ibi dicens,

cens, quòd licèt filiæ ab hæredibus mariti dotem petē
ti obijci poſſit de compenſatione legati, ut communi-
ter Scribentes concludunt per d.§.ſi pater, nihilomi-
nus tamen in iudicio familiæ erciſcundæ filia ipſa po-
terit petere dotem præcipuam per d.l.fi, à qua inten-
dunt Docto.d.§.fin.& commu.opinio. declarationem
recipere.Sed certè hæc doctrina, & limitatio uera nō
eſt,ſed falſa,& contra mentem omnium Doct. qui uo
lunt in ſpecie d.§.ſi pater, filiam ex patris uoluntate
compenſare. Quod clarè ex illo text. apparet, & ex
ſimili in d.§.qui inuita. Et ſimiliter reijcienda eſt alia
limitatio,quam ex illo text.colligunt Docto. ad com-
munem opinio. ſcilicet quòd compenſatio dotis ceſ-
ſat,quando filia ſuccedit cum extraneis:& communis
opinio locum habet, quando ſuccedit cum fratribus
per d.§.ſi pater, ubi Bald.Cuma.& Roman.idem uo-
luerunt:quos refert,& improbat in d.§.cum pater,nu.
1.uerſicu.Secundò limita per gloſ. quæ ſenſit contra-
rium in d.§.qui inuita,uerbo ueriſimile, ibi dum dicit
maximè,quam ibi Imola adnotauit. Nam ſi rectè ad-
uertas,communis opinio intelligenda eſt,quando filia
cum extraneis hæredibus fuit inſtituta; alioquin ſi cū
fratribus ſuccedat, iudicium imputationis ceſſat, &
agetur ſolùm iudicio collationis, iuxta l. filiæ dotem.
20 C.de collat.Tertiò † hæc ſententia iuuatur. l. ſi ſocer.
§.Lucius,in fine.ff.ſolut.matrim. ubi filia hæres inſtitu
ta agit contra cohæredes ad conſequendam dotē pro
portione hæreditaria. Nec ſatisfacit ſolutio,quæ colli
gi poteſt ex traditis à Baldo, in l. ſi uxor, ad finem.
C.de bonis authori.iudi.poſſi. dicentis non fieri com-
penſationem,quando inſtituta fuiſſet filia, ne teſtamē
tum irritaretur. Nam hæc ſolutio diuinatoria, & inſuf-

ficiens eſt;imò auget difficultatem, quia tunc ex præſumpta uoluntate defuncti magis compenſatio deberet admitti,ut in d.§.ſi pater probatur. Quartò huic ſẽtentiæ ſuffragatur,l.unica.§.primum, uerſicu. ſciendum.C de rei uxo. action. ubi,ſi maritus debitor dotis uxoris eidem legatum reliquit, uxor utrumque nempè dotem,& legatum conſequitur. Nec locum habet edictum de alterutro. Erat etenim olim prætoris ædictum,quo cautum erat mulierem,cui legabatur,debere alterutro dote ſcilicet,aut legato eſſe contẽtã. Nec ſufficit reſponſio glo.& Docto.in d.§.ſi pater aſſerentium, quòd illius text. deciſio locum ſibi uendicat in marito,ac extraneo dotis debitore. Sed ſecus eſt in patre,de quo in noſtra quæſtione agimus? Nam ego concludentem differentiæ rationum non uideo quare pater legando dotem extraneæ, non uideatur legare animo compenſandi cum dote per d.§. ſciendum, & legando filiæ ſic. Imò contrarium in dubio uoluiſſe patrem ex eius præſumpta uoluntate potius uidetur interpretandum:cum in filia ad retinendam dotẽ præcipuam duo uincula concurrant,naturale uidelicet,& ciuile:in extranea uerò perſona uinculum ciuile tantùm: & duo uincula naturale, & ciuile in una perſona ſimul iuncta in acquiſitionibus ſolent aliquid ultra operari, Authen.itaque. C.commun.de ſucceſſ. §.ſed hodie, Inſtitu.de adoption. Et improbabile eſt, quòd ſcriben.pro conſtanti affirmant, quòd pater filiæ dotem promittẽdo,cenſeatur eam, tamquam obligatus, & coactus, & non ſpontanea uoluntate promittere. Cum dotare filiam pater teneatur non ſolùm uinculo ciuili, (ut paulo ante diximus) ſed etiam naturali, pietate uidelicet,& amore. Et quod ex uoluntate pa-

uis

tris dotem habere præſumatur,ſatis apparet ex l.mulier.§ qui proponebatur.ff.ad Trebellia. ubi reſpóſum reperitur,filiam à patre reſtituere bona grauatam poſ ſe ſibi de illis dotem conſtituere. Quia & mulieris pudicitiæ,& uoto parentis cõgruit. Ex quo conſtat,quòd filia ſibi dotem conſtituit ex uoto,hoc eſt ex uoluntate parentis.Nam ſucceſſionem,aut dotem ex uoto habere nihil aliud ſignificat,quàm ex uoluntate,& deſiderio haberi: vt explicant Spiegel.in ſuo lexicon iuris,& Calepi.uerbo, uoto. Iucundiſſimum etenim parentibus eſt filios ſuos ſua ſponte in matrimonium collocare,l.pen.§ fina.ff.quod falſo tuto.l.liberorum, ff.de uerbo.ſignifica.Quartò his accedunt.l.filiam teſtamẽto.C.de collat.l.unica.§.quo à nobis.C.de rei ux. act. l.fina.in prin.C.famil.erciſ.l.3.in princ.ff.de collatio. dot.ubi filia à patre hæres inſtituta dotem ſibi ab eodem patre datam,uel promiſſam non tenetur conferre; quia in ſucceſſione ex teſtamento iure illo collatio ceſſat,ſi teſtator hoc expreſsè non deſignauit, ut ex illis iuribus conſtat,& ex l.1.C.de collat. & in l. Pom-
21 ponius Philadelphus.ff.famili. erciſ. † ſi ergo dos non cõfertur,clarè patet,quòd in partẽ hæreditariã,nõ imputatur.Quia quod imputatur confertur,l.illud ibi notant Bartol.& Doct.C.de collatio. Nec oberit, ſi dicatur,quod licèt olim in ſucceſſione ex teſtamento locus non erat collationi, hodie tamen correctum eſt, quando fratres ſimul cum filia ſunt hæredes inſtituti, iuxta l.fina.C.commu.utriuſque iudi.& nouiſſimo iure indiſtinctè etiam,quando extranei,ſi teſtator in teſtamento contrarium non cauit,ut apparet ex Authẽ. ex teſtamento.C.de collatio. Nam reſpondeo, quòd licèt iura antiqua reperiantur in hoc correcta,quod ſuc-

cedens

Digitized by Google

cedens ex teſtamento fungi collatione teneatur, non tamen ex hoc ſequitur, quod correcta ſint, ut compen ſationi locus ſit. Nec iura noua diſponentia in collatione extendi debent ad imputationem; Nam licèt ualidum ſit argumentum, imputatur, † ergo confertur, nõ tamen conuertitur. Nec eſt bonum arg. confertur, ergo imputatur, ut manifeſtè conſtat ex d. l. illud. Vnde licèt filia hodie, ſi eſt hæres inſtituta, & pater contrarium non expreſſerit, dotem conferre teneatur, per d. Authen. ex teſtamento, non tamen puto, quòd dos debeat in portionem hæreditariam imputari, & idem puto in ſucceſſione abinteſtato. Quòd, quamuis filia patri inteſtato ſuccedens conferre dotem teneatur, iuxta l. prima. §. penul. ff. de coll. dot. & l. 2. C. de coll. nõ tamen puto, quod in legitimam portionem imputare debeat. Quod eſt notandum. Nam Barto. nume. 10. & Docto, omnes in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. indiſtinctè concludunt, quòd in legitimam imputantur dos, & donatio propter nuptias, per l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtamen. pro quo eſt optimus tex. in l. unica §. quo à nobis. C. de rei uxor. action. Sed certè iura illa loquuntur in caſu ſpeciali, ſcilicèt quando filia uenit contra teſtamentum, & patris uoluntatem inſtituendo inofficioſi teſtamẽti querelam, aut ad ſupplementũ legitimæ agendo: Longè etenim diſtat iſte caſus à ſuperioribus, in quibus filia portionem teſtamentariam ex expreſſa uoluntate defuncti: legitimãq; abinteſtato ex præſumpta habet. Quintò † huic ſententiæ patrocinatur regula generalis, quòd, quando debitor legat creditori, non uidetur in dubio animo compenſandi cum debito legare, l. creditorem. ff. de lega. 2. Nec obſtit ſcribentium reſponſio, quòd prædicta regula lo-

21 (margin at "dum ſit argumentum"), 23 (margin at "ex præſumpta")

cum

cum habet in debito uoluntario ex contractu, ſeu facto debitoris cauſato; ſecus uerò erit indebito neceſſario ex diſpoſitione legis proueniente, in quod imputandi in dubio debitor legando creditori animum habuiſſe cenſetur, Authen. præterea. C. unde uir, & ux.
84 Nam † reſpondet præceptor Lanfran. illam Docto. reſponſionem inſufficientem eſſe: cum tempore, quo legat: quod tempus ad coniecturādam uoluntatem defuncti tantummodo attendi debet, cum eo tempore uertitur dubium, an pater animo compenſandi cum dote legauerit: in utroque caſu debitum erat neceſſarium, cum omnes obligationes, poſtquam contractæ ſunt, præciſam inducant obligationem, tex. eſt in prin. inſtit. de obliga. & in l. ſicut. C. de action. & oblig. Nec eſt dare aliquem debitorem uoluntarium. Nam ea, quæ à principio ſunt uoluntatis, ex poſt facto fiunt neceſſitatis. Licèt enim ab initio cōtrahere ſit uoluntatis, & non neceſſitatis, l. nec emere. C. de iure delibe. perfecto tamen contractu, contrahentes non poſſunt à cōtractu reſilire. ut in d. l. ſicut, probatur. Verum pro defenſione communis opinionis replicari poterit, quòd ad hoc, ut quis dicatur debitor neceſſarius, uel uoluntarius, originalis cauſa, & non tempus teſtamenti conſideratur. Nam quando eſt debitor ex legis, uel ſtatuti diſpoſitione, ſi poſtea contractu, uel promiſſione ad id, quod tenebatur ſe obligat, non intelligitur omnino uoluntate, ſed neceſſitate legalis obligationis cōtrahere. Vnde licèt pater generi ſit debitor uoluntarius, reſpectu tamen filiæ eſt neceſſarius, & conſiderata originis cauſa, reſpectu omnium eſt neceſſarius. Sed reſpondeo, quòd originalis cauſa non eſt in conſideratione, ut animus compenſandi in patre præſumatur

quando

quando ipſe pater ſuo facto ad id, quod neceſſitate lè
gis tenebatur, ſe obligauit, ut bene probatur in d. l. ſi
pater pro filia, & in d. l. ulti. C. commu. utriuſque iu-
di. & in alijs iuribus, ſupra adductis. Sextò hanc ſen-
25 tentiam ſuadet ratio, † nam legatum non debet eſſe
inutile, & fruſtratorium, ſed utilitatem & commodum
debet afferre, l. ſi quando 112. in prin. ff. de legat. 1. &
facit l. quinquaginta. ff. de probati. l. Mæuius, in princ.
ff. de legat. 2. uerba etenim intelligi debent, ut aliquid
operarentur. Septimò urget, nam legatum debet cō-
tinere liberalitatem, cum ſit donatio quædam a teſta-
tore relicta ab hærede præſtanda. §. legatum, Inſtitut.
de legat. 1. ſed ſi admittatur compenſatio, inutile erit
legatum, ſaltem quando minus, quàm dos contineret.
Vltimò hæc ſententia iuuatur ratione; nam nos loqui-
mur in dubio, quando de uoluntate teſtatoris non ap-
paret, & in dubio interpretari debemus actum ſecun-
dùm eius naturam l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolut. ma-
trim. ſed de natura legati eſt afferre modum, & utilita-
tem, l. ſi hæreditatem. ff. mandati. Vnde dicendum eſt,
quòd non debet compenſari, aliàs nullum afferret lu-
crum, & per conſequens eſſet nullum, ſicuti legatum
factum creditori de debito ſuo, quod nullum procul-
dubio eſt, vt conſtat ex l. ſi deportati. §. ſi quis creditori
ff. de legat. 3. & ex l. cum pater 30. ff. de iure dot. Ex
prædictis igitur abundè apparet, ueriorem in hoc arti
culo eſſe ſententiam communi contrariam; ſcilicet
quod pater debitor dotis filiæ legando eidem filiæ, nō
uidetur in dubio animo compenſandi cum dote legaſ-
26 ſe. Qua retenta, non obſtat Iaſo. ratio; † quòd in neceſ-
ſitatibus nemo liberalis exiſtit. Nam eam improbat
Deci. in d. Authen. præterea, nu. 11. uerſic. Sed tamen.

Quia

Quia licèt debitor non dicatur liberalis reſpectu debiti neceſſarij, quia neceſſitas liberalitatem excludit, cũ liberalitas ſit uoluntaria, l. 1. ff. de donat. reſpectu uerò legati, quod ex uoluntate, & mera defuncti liberalitate procedit, ceſſat prædicta ratio. Sed pro defenſione prædictæ rationis reſponderi poterit, quòd uoluntas in legato contenta ſolùm prodeſt ad perſequendum legatum, non tamen ad utrumque. Nam ad dotem, & legátum excluſa compenſatione habendum magis in dubio præſumẽda eſt uoluntas defuncti, quando utraque præſtatio & dotis, & legati ex eius uoluntate, & non ex legis neceſſitate procedit. Verum licèt hæc Iaſo. & Doctorum ratio mihi non diſplicet, in debitore omnino legali, & neceſſario admittenda tamen nõ eſt in debitore neceſſario: qui facto ſuo uoluntarius effectus poſtea eſt: in quo animus compenſandi, ſicuti in omnino uoluntario non præſumitur, ut ex d. l. ſi pater pro filia, & alijs ſupra adductis conſtat. Nec obſtat ratio Philip. Decij dicentis, quod lex, quæ grauauit debitorem indebito neceſſario contra eius uoluntatem, uoluit illum releuare ab illa neceſſitate, quantum poteſt. Vnde meritò fecit hanc interpretationem, quòd animo compenſandi legatum relictum ſit, & ita quod compenſatio hæc potius ſit inducta à lege, quàm ex præſumpta uoluntate defuncti: quæ ratio (ſalua pace tanti viri) mihi non placet, tum quia nullo iure iuuatur; tum etiam quia in hac teſtamentorũ materia uoluntas teſtatoris imprimis attendi ſolet, l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demon. Quod benè ex iuribus de hac re agentibus apparet, quæ uoluntatem defuncti conſiderant, nec de priuilegio mentio in eis reperitur. Non obſtat, quod donatio non eſt

i præ-

præſumenda in dubio, quando poteſt capi alia conie-
ctura, quàm donationis. Nam reſpondeo, quòd in le-
gato non poteſt capi alia coniectura, quàm donatio-
nis, cum ſit donatio, & de natura eius ſit continere li-
beralitatem; & actus eſt interpretandus ſecundū eius
naturam. Non obſtat, quod teſtator in dubio præſu-
mitur minus uelle grauare hæredem, quàm poſſibile
ſit. Nam illud procedit, quando actus interpretare-
tur contra ſuam naturam. Non obſtat ratio, quòd duæ
cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrerere. Nam re-
ſpondeo, quod ſuppoſito (ſine ueritates præiudicio)
quod cauſa dotis ſit merè lucratiua, quod Docto. non
admittunt: Ex d. §. duobus. l. Mæuius. ff. de lega. 2. appa
ret ſolutio, quod regula illa procedit in eadem re, ſe-
cus tamen in diuerſis. Nam receptiſſimum eſt, quòd
duæ cauſæ quando uerſantur circa diuerſa, concurre-
re poſſunt, ſiue oneroſæ, ſiue lucratiuæ illæ ſint, ut re-
ſoluit Alexan. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. ma
trim. nu. 7. poſt Ioann. Imol. ibi per l. planè, la 2. §. ſed
etſi. ff. de legat. 1. & per l. fundum Cornelianum. ff. de
nouat. & facit l. quinquaginta. ff. de probati. Per quem
tex. hoc fundamentum reijcit Cuman. in d. §. qui inui
ta, nu. 4. Nec obſtat Barto. doctrina in d. l. quod autem.
27 ff. de iure dot. † quatenus uellet, quòd in legato facto
filiæ cenſeatur adiecta cauſa dotis. Nam tollitur mul-
tipliciter. Primò reſpondet hoc non dicere Bart. cum
ipſe loquatur in caſu ſpeciali, ſcilicet ſtante ſtatuto,
quod filia dotata non ſuccedat. Nam tunc uult Bart.
& eius ſequaces, quod fauore teſtamenti, & uigore
ſtatuti præſumatur filia cauſa dotis honorata. quod
Docto. non aduertunt. Imò illa Barto. doctrina non
procedit ſine dubio, ut conſtat ex adductis ab Aretin.

in

in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liber.& poſthum.& à Campet.de dote 1.part.princ.44. Sed melius reſponde,quòd illa Barto.ſententia procedit, quando pater ſola obligatione legali ad filiæ dotem abſque promiſſione,uel facto ſuo tenebatur:pro quo urget alia eiuſdem Barto.doctrina,in l.huiuſmodi.§.cum pater.ff.de legat.1.& in l.filia legatorum.C.de lega.quibus in locis concludit,& poſt eum communiter Scriben. quòd ſi pater prius legauerit filiæ, deinde eidem filiæ dotẽ promiſerit,utrunque filia & legatum,& dotem conſequitur, ſi tamen legatum ſimpliciter relictum eſt: ſecus uerò.ſi cauſa dotis legatum ſit. Ex quo manifeſtè apparet,quod non ſubintelligitur expreſſa cauſa,quãdo alia ſpecialis promiſſio fuit. Non obſtat Baldi doctri.in d.l.quoniam in prioribus. Nam falſam eſſe puto:nec uerum exiſtimo, quod ſi pater filiam prius dotatam inſtituat in legitima, intelligi inſtitutio debeat computata dote. Nam eſt contra l.ulti. C.commun. utriuſque iudi.& contra l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſol. matrim.ubi apparet,quòd dos data non imputatur in portionem hæreditariam:licèt fateor,quod hodiè indiſtinctè confertur per Authen.ex teſtamento.C.de collat. ſed ſuppoſito(ſine ueritatis præiudicio)quòd illa Bal. doctri. uera ſit, poteſt reſponderi,quod ideò ibi compenſatio admittitur,quia non fuit ſimpliciter inſtituta,ſed in legitima,& dos ſuccedit loco legitimæ.Iaſ.in Authen.nouiſſima,nu.ſi.C.de inoffic. teſta. unde propter unitatem cauſæ una tantùm præſtatio debetur per ea,quæ paulo mox dicentur. Non obſtat l.omnino,in princip.& alia iura,in quibus habetur, quòd legatum filio relictum imputatur ei in legitimam. Nam illud procedit, quia legitima eſt debitum legale, ſed

Digitized by Google

nos loquimur in dote, quæ licèt debitum legale ſit, tamen, quando ex facto debitoris debetur, cenſetur uoluntarium, per d.l.ſi pater pro filia, cum alijs ſimil. unde idem puto dicendum in legitima, quando à patre in uita filio fuiſſet aſſignata: quo caſu admittendam non eſſe compenſationem cenſeo. Non obſtat l. 2. C. de colla. & l. 1. §. pen. ff. de collat. dot. ubi dos abinteſtatò confertur. Nam primò reſpondeo, quòd ibi loquitur abinteſtato, nos tamen loquimur, quando filia portionem hæreditariam, uel legatum habet non ex delatione legis, ſed ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris. Vnde minus præſumitur animus compenſandi in noſtra ſpecie. Vel ſecundò reſpondeo, quòd licèt dos abinteſtatò conferatur, ut ibi, non tamen ex hoc ſequitur, quòd imputatur, ut ex l. illud. C. de colla. apparet. Nõ obſtat l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. & l. unica. §. quo à nobis. C. de rei uxor. actio. Nam uerum eſt, quòd dos data filiæ imputatur in legitimam uenienti contra teſtamentum, & uoluntatem defuncti inſtituenti querelam inofficioſi teſtamenti, uel agendo ad ſupplementum. Nam inconueniens eſt, quòd contra uoluntatem teſtatores utrunque & dotem, & legitimã conſequatur. Sed nos loquimur, quando & dotem, & legatũ ex diſpoſitione teſtatoris habet; ubi minus præſumendus eſt animus compenſandi. Non obſtat l. pater filiam, in princ. ff. ad l. falcid. Nam ideò ibi non habet dotem præcipuam, quia hoc expreſſit teſtator; & uoluntas defuncti ſeruanda eſt. Ideo cum portione hæreditaria, licèt non cum falcidia compenſatur. Non obſtat l. huiuſmodi §. cum pater. ff. de legat. 2. Nam reſpondeo cum Iaſ. ibi nu. 10. in fine quod in illo text. pater eadem centum, quæ promiſerat, legauit poſtea

marito

marito, qui ponderat dictionem illam, eadem, ex qua apparet noluiſſe patrem propter unitatem rei præſtationem multiplicare, arg. l. cum pater. ff. de iure dot. & l. 2. in prin. & l. pen. ff. de dote prælegat. & l. Lucius 22. ff. de legat. 2. & l. filia legatorum. C. de lega. & l. planè. §. ſi eadem. ff. de leg. 1. Vel ſecundo modo tolli poteſt, quòd ibi ob eandem cauſam, ob quam promiſſum erat, legatum poſtea relictum fuit. Vnde propter unitatem cauſæ locus eſt compenſationi, ut in d. l. cum pater, & in d. §. qui inuita. Vel tertiò poteſt reſponderi, quòd ibi id, quod promiſſum erat, & ob eandem cauſam poſtea legatum eſt. Quo caſu proculdubio ſemel tantum exigetur, ut in d. l. cum pater. Non obſtat l. filia legatorum. C. de lega. Nam reſpondeo, ut in ſuperiori. Non obſtat d. l. cum pater. ff. de iure do. Nam reſpondeo, ut d. §. cum pater. Non obſtat l. Titia cum teſtamento. §. qui inuita. ff. de legat. 2. Nam reſponderi poteſt, ut in ſuperioribus, quòd ibi ob eandem cauſam legatum relictum fuit, ob quam prius dos data fuit. Nam nomine dotis legauit: quod uoluit ſentire gloſſ. ibi in uerbo, non eſt uериſimile. Vel ſecundò reſpondeo, ut in ſequenti dicetur, quòd ibi pater ſe dotis debitorem eſſe ignorabat. Non obſtat text. in quo magis
28 communis opinio. † fundatur in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. Nam omiſſis gloſ. ibi & aliorum Docto. ſolutionibus, uerus intellectus illius text. eſt, quòd ideo ibi admittitur compenſatio, quia diſpoſitio illius text. eſt ſpecialiſſima contra plures regulas iuris communis propter aliqua, quæ in caſu illius text. cócurrunt. Erat etenim debitũ ibi, quod originẽ à neceſſitate legis habebat. Præterea pater, abſẽte filia, abſque cautione de rato dotem exegit. Vnde, quia pater,

non conſentiente filia, dotem exegit, ueriſimiliter creditur putaſſe ſe rectè exegiſſe, & hæredes mariti, à quibus exegit, liberatos eſſe contra diſpoſitionem l. qui hominem. §. ſi generi. ff. de ſolu. Vnde ex coniectura uoluntas defuncti præſumitur, quòd ſi ſciret ſe debitorem dotis remanere, quòd hæredem duplici præſtationis onere non grauaret. Quòd optimè conſiderauit Hector Rodericus. Nec oberit, ſi dicatur, quòd hic eſt diuinatorius intellectus, cum ex illo tex. non appareat, quòd putabat ſe rectè exegiſſe: Nam reſpondeo, quod hæc eſt Modeſtini I.C. præſumptio in ſimili caſu reſpondenti in l. Titia cum teſtamento. §. qui inuita. ff. de legat. 2. Nec oberit, quòd error iuris non
29 præſumitur, † ut notat Barto. in l. 2. de confeſſis. num. 12. Nam ex eo, quòd ipſe exigit contra ius, præſumitur illud ignoraſſe, ſi quidem præſumitur, quòd quis putat actum, quem facit, eſſe efficacem, ut probatur in d. §. qui inuita, ubi Bald. & Cuman. & Pau. num. 4. & Imo. notabi. fi. adnotarunt: qui uolunt, quòd licèt regulariter error iuris non præſumatur, aliquando tamen qualitate facti, & perſonæ præſumitur: pro quo adducunt gloſſ. in l. fina. §. fina. ff. quæ in fraud. credito. & in l. cum de indebito. ff. de probatio. & Barto. ubi ſupra declarat. Et quod in ſpecie d. §. ſi pater, qualitate facti ueriſimile ſit, quod pater in iure errauit, colligitur ex illo text. propter plura, quæ in eo concurrunt, ſine quibus eius diſpoſitio locum nõ haberet. Primò quòd
30 † dos ibi erat profectitia. Si autem dos illa fuiſſet aduẽtitia ab extraneo, uel etiam à matre conceſſa, diſpoſitioni illius tex. nullatenus locus eſſet ſecundùm mentem Docto. Nam iam debitum dotis non ex obligatione legali deſcenderet; imò cum dos aduentitia in

totum

totum mulieri acquiratur.l.unica.§. accedit. C. de rei uxo.actio.declarat Bartho. Socin.in conſil.291. uerſi. præterea, volu.2.& Iaſ.in §.fuerat,inſtit.de actio.nu. 53.intollerabilis error patris eſſet, quod illam dotem ignorantia iuris peteret; cum hoc caſu patri non com petat actio de dote,& filia,etiam ſi in patris ſit pote ſta te & ſine eius conſenſu eam exigere ualeat, Authen. quod locum, ubi Docto.C.de collatio.glo.magna in l. fina.§.neceſſitate.C.de bonis quæ lib.Iaſo. in d.§.fuerat,nu.133. Quæ autem dos dicatur profectitia habe-
31 tur in l.profectitia.ff.de iure doti. Secundò † concurrebat,quòd filia ibi erat in poteſtate parentis.Vnde ſecus eſſet ſi filia,quando pater exigit dotem, eſſet emã cipata,aut aliàs ſui iuris effecta.Nam tunc actio de dote eſt filiæ, quia confunditur dos cum alio filiæ patrimonio.nec tunc actio erat communis patri, & filiæ l. 2.§.quod ſi in patris,ubi Iaſ.nu.21.declarat.ff.ſol.matrim.glo.in l.qui hominem.§.gener.ff.de ſolu. Ex quo infertur,quòd in Hiſpania cum ex diſpoſitione regiæ l.47.Tauri.filia nupta habeatur pro emancipata quòd deciſio d.§.ſi pater non poterit locum ſibi uendicare. & non præſumeretur error,ſi pater dotem filiæ exigeret,cum ſit manifeſtum quòd dos in ipſam filiam fuit conſolidata,& ei competat rei uendicatio : quo caſu compenſatio ceſſat. Tertiò ibi concurrebat quod pater non conſentiente filia dotem recuperauit,nam licèt quando filia eſt in patris poteſtate, actio de dote profectitia ſit communis patris,& filiæ iuxta text.in d. l.2.§.quòd ſi in poteſtate & §.uoluntatem, & in l.non ſolùm,& in l.ſi cùm pater. ff.ſolut. matrim. & exercitium ſit ſolius patris ut docet Paul.in l.fina.num.2.C. commu. utriuſque iudici.pater uerò non aliter quàm

ex

ex uoluntate filiæ petere dotem nec per ſe, nec per procuratorem poteſt, ut in prædictis iuribus dicitur. Si autem pater, inuita uel non conſentiente filia, dotem exegit, maritus, uel eius hæredes, qui dotem reddiderunt, non liberantur. Vnde eis pater condictione indebiti obligatus remanet. l. qui hominem. §. ſi gener. ff. de ſolut. l. Titia cum teſtamento. §. qui inuita. ff. de legat. 2. l. pater filiam, in princ. ff. ad leg. falci. & facta ſui iuris filia in ipſam conſolidatur, ſicuti quando pater dotem non recuperauit. Nam ēt ſi pater pro ſe obtinuiſſet ſententiam, nihilominus actio de dote conſolidatur in ipſam filiam l. ſi marito. §. ſi uoluntate. ff. ſolu. matri. Quando autem pater dotem, conſentiente filia, recuperabat tempore illius legis, confundebatur cū alio patris patrimonio, & ueniebat diuidenda inter eius hæredes. Sed hodie per Iuſtini. Imperatorem ſancitum eſt, quòd dos à patre recuperata, & in dominiū ipſius redacta quoad iudicium familiæ erciſcundæ, & collationis cenſenda ſit, ac ſi nuuquam ad eum reuerſa fuiſſet. l. ulti. C. commu. utriuſque iudic. Imò hodie nouiſſimè per Authen. Sed quamuis. C. de rei ux. acti. pater non recuperat dotem ſimpliciter, ſed cum onere iterum dandi pro eadem filia in ſecundo matrimonio. Vnde uidetur dicendum, quòd hodie indiſtinctè dos conſolidetur cum alio patrimonio filiæ quòd uoluit Paul. ubi ſupra, quod an ſit uerum, alio loco expediam. Sufficit tamen intelligere, quòd tempore illius §. ſi pater, non potuit habere locum diſpoſitio illius legis, quando pater, conſentiente filia, dotem recuperauerat: quia tunc confundebatur cum alio patrimonio & inter hæredes diuidebatur per iudicium familiæ erciſcundæ, & locus non erat imputationi. Cōſentire autem

rem filia intelligitur, quando eſt præſens, & non contradicit: cæterum ſi abſens ſit, dotis exactio non cenſetur filiæ uoluntate à patre facta. Vnde cauere debet pater rem ratam filiam habiturum, ut ex d.l. 2. §. uoluntatem. ff. ſolut. matrim. apparet. Quartò concurrebat in illo tex. quòd pater, quando dedit dotem, ſibi ſtipulatione non proſpexit, aliàs autem ſibi ſoli competeret actio, & dote recuperata confunderetur in eius patrimonium, ut apparet ex traditis à Docto. in l. ſi auia. C. de iure deliberan. & à Iaſ. in §. fuerat, Inſti. de actionum. 53. Ex quibus apparet, ueriſimile eſſe patrem in ſpecie illius text. in iure ex rei qualitate erraſſe. Et ita ex præſumpta uoluntate colligitur, quòd noluit grauare hæredem duplici præſtationis onere. Pro quo urget l. quinquaginta. de probatio. licèt deciſio illius §. ſi pater nō carebat difficultate. Primò pater ex facto ſuo obligatus erat ad dotē; unde obſtabat d.l. ſi pater pro filia, & d.l. ultima. & d.l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolu. matri. Secundò obſtabat, quòd filia tempore illius legis non tenebatur in ſucceſſione ex teſtamento conferre; Et ita nec imputare. Tertiò quia in ſpecie illius tex. pater non erat debitor dotis filiæ, ſed hæredum mariti, à quibus abſente filia exegit, & licèt illi eſſent debitores filiæ ipſius dotis, hoc in compenſatione non cōſideratur, ut tradit Cuma. in d. §. ſi pater, argum. l. cum à matre. C. de rei uendic. ibi pro qua portione hæreditas ad eum pertinet. Concludo igitur in hoc articulo uerius
32 quidem eſſe † contra communem, patrem filiæ dotis debitorem legando filiæ, non cenſeri animo compenſandi cum dote legare, ſicuti ſi extraneæ perſonæ legaret. Quam concluſionem amplia non ſolum locum habere, quando pater erat debitor dotis aduentitiæ;

x quo

quo caſu de mente omnium doctorum eſt, quòd locus nõ eſt compenſationi;ſed etiam contra eos, quãdo erat debitor dotis,quæ originem habuit ab obligatione legali l.ſi pater pro filia.ff.de collat.dot.Secun-
33 dò ampliatur, † quòd non ſolum legatum filiæ relictum non imputatur in dotem,ſed nec pars hæreditaria,ſi à patre hæres inſtituta eſt. l. ultima. C.commun. utriuſque iudi.l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolut.matrim.Ter
34 tiò ampliatur, quòd nec pars legitima, † quæ filiæ ex bonis patris abinteſtato defertur,in dotem computatur l.2.C.de collatio.l.1.§.penul.ff.de colla.dotis.l.unica.§.quo à nobis.C.de rei uxor.actio. ubi dos confertur,& non imputatur, Sed hæc concluſio primò limitatur,locum ſibi uendicare, quãdo pater ex facto ſuo debitor dotis filiæ eſt,ut puta quia illam promiſit, aut dedit,& poſtea ad manus eius peruenit.Secus tamen erit,quando pater filiæ ex obligatione tantùm legali ad dotem tenebatur, de qua in l.qui liberis.ff.de ritu nupt.Nam tunc legando filiæ, uidetur pro dote legareper Barto.receptam doctrinam in l.quod autem ff.de iure doti.pro quo urget text.ille,& facit conſide ratio: nam ſi legatum imputatur in legitimam. l. ſi quando.§.fina.C.de inoffic.teſtamen. l.etiam.§.ſi debita.ff.de bon.lib.ſimiliter dicendum eſt, quòd debeat imputari in dotem,quæ loco legitimæ ſuccedit,Iaſ.Authen.nouiſſima nu.ultimo. C.de inoffic.teſtam.Quod eſt utile & notatu dignum: † quia hæres patris tenetur dotare filiam,ut concludit Barto.in l.ſi marito.§.ſi uoluntate,poſt Dyn.ibi.ff.ſolut.matrimo.ubi & Paul. idem Paulus in l.ſi ſocer,in princ.nu.fina.ff.eod. Alexand.in l.poſt dotem,nu.22.ff.eod.Bald.in l.fina.C.de
35 dotis promi.idem Bart.in l.ſicut §.ſi debitori.ff. quibus mod.

mod.pignus,uel hypothe.ſol. Ioann.Lup. in rep.capi per ueſtras §. 23.num.16. uerſi. bene facit,ubi tradit, quòd obligatio,qua pater tenetur dotare filiam, inhæret bonis eius, & tranſit cum eis, ad quemcũque ua dant,& pro qua ſententia facit l.mulier. §.qui proponebatur,ff.ad Trebellia.licèt cõtrarium non pauci tenuerint, ſcilicet quod expirat obligatio dotandi poſt mortem, nec tranſit ad hæredes patris. Quòd uoluit idem Dignus in d.l.ſi ſocer,& idẽ Bald.in d.l.poſt dotem,parum ſibi conſtantes; & Imola ſenſit in d.l. poſt dotem,& expreſsè affirmat. Cuma.in d.§.ſi pater, nu. 3.Quorum opinio ſuſtineri poterit, quando filia haberet legitimam ſuam:quo caſu crederem, quòd hæredes patris non tenerentur eam dotare. Secundò limi-
36 tatur non procedere, † quando id, quod in dotem cõceſſum eſt,poſtea legatur:quo caſu propter unitatèm rei ſemel tantùm debetur. l. huiuſmodi. §.cum pater. ff.de legat.1.l.cum pater.ff.de iure dot.l.2. in princ.& l.pen. ff.de dote prælega.l.Lucius. ff.de lega.2.Quod procedit non ſolùm quando dos prius conceſſa eſt, & poſtea legatur,ſed etiam econtra, quando prius legatur,& poſtea ſoluitur,l.filia legatorum.C.de leg. Aduerte tamen,quòd prædicta locum habent,quando pater dotem filiæ promiſſam,aut datam,& recuperatam eidem filiæ legauit. Nam ſi dos fuit data à patre filiæ, & dum eſſet penes filiam, à patre eidem filiæ relinquitur,æſtimatio eius debetur.l.cum pater. §. pater fi-
37 liæ.ff.de legat. 2. Tertiò limitatur, † quando legatum, relictum eſt filiæ ob cauſam eandem dotis: quo caſu, compenſatio admittitur cum dote debita.l. Titia cum, teſtõ. §.qui inuita.ff.de lega.2.& d.l.cũ pater,& d.§.cũ pater.Quartò limitatur nõ habere locum,qñ pater do

tè profectitiam, quam genero dederat pro filia in ſuâ poteſtate conſtituta, mortuo genero, ab eius hæredibus, inuita aut non conſentiente filia, exigit. Nã ſi poſtea legat filiæ, aut eam hæredem inſtituat, non intelligitur legaſſe animo ut utrunque cõſequatur; quia ius præſumit hoc caſu ignoraſſe, ſe dotis debitorẽ eſſe ita intelligitur. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. & d §. qui inuita. Quintò limitatur, & declaratur quod dos conceſſa filiæ à patre imputatur ei in legitimam ad excludendam querelam inofficioſi teſtamenti. l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſtam. l. unica. §. quo à nobis. C. de rei uxor. action. Sextò declaratur, quòd licèt dos conceſſa filiæ non imputatur ei in legitimam, tamen tenetur eam conferre, Authen. ex teſtamento. C. de collatio. l. fina. C. communi uti iuſque iudi. Itaque in ſucceſſione ex teſtamento, & abinteſtato regulariter non imputatur, ſed confertur, contra teſtamentum autem, imputatur. Sexto limitatur, locum non habere quando apparet teſtatorem uoluiſſe quòd fieret compenſatio. l. pater filiam, in princ. ff. ad leg. falc. Sed ut ueritas huius articuli euidentiùs appareat, reſoluam materiam hanc per regulam unam, cum ampliationibus, limitationibus, & declarationibus. Pro cuius clariori intelligẽtia præmitto, quòd hac in re agimus de quæſtione uoluntatis, uidelicet quando debitor creditori ſuo legauit, & ſumus in dubio, an uoluerit fieri compẽſationem cum debito, qualiter uoluntatis interpretatio ſit ex mente legum facienda, & quando ius præſumat teſtatorem uoluiſſe, aut noluiſſe fieri compenſationem? Nam quando de uoluntate teſtatoris apparet fuiſſe admittendi, uel reijciendi compenſationem, ceſſat noſtra inueſtigatio, & proculdubio eius uolũtas ſeruanda

uanda eſt: cum in teſtamentis defuncti uoluntas in primis attendi debeat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condition. & demonſtrat. & in noſtra ſpecie probatur in l. cum pater. ff. de iure doti. in l. Lucius 22. & in l. Mæuius 68. ff. de lega. 2. l. quinquaginta. ff. de probatio. l. cum centum. ff. de adimen. leg. l. etiam. §. ſi de-
38 bita. ff. de bon. lib. Quod eſt vſque † adeo uerum, ut ſi teſtator rem aliquam debitori ſuo reliquerit conditione hac adiecta, ut ea ſit pro ſatisfactione debitæ quantitatis contentus, ſi legatum à debitore acceptum ſit, debitum extinguitur, etiam ſi res legata minoris ſit ualoris, l. creditorem, iuncta ſua gloſ. ff. de legat. 2. declarat Couarru. in c. officij, nu. 11. extra de teſtamen. qui argu. l. Imperator. §. centum. ff. de lega. 2. idem eſſe tradit, quando eodem ſatisfaciendi modo quantitas debitori, cui ſpecies deberetur, relicta eſſet; licèt ſecus erit, ſi teſtator cauerit ſe uelle debitæ quantitati ex relicto legato ſatisfieri: nam tunc compenſatio tantùm admittitur concurrentis quantitatis, & reſiduum peti à creditore poterit, cui heredes ſoluere cogentur. Ad rem
39 igitur deueniendo, regula generalis ſit, quòd debitor legando creditori ſuo, in dubio non cenſetur animo compenſandi cum debito legaſſe, l. creditorem. ff. de legat. 2. Cuius ratio ea potiſſima mihi uidetur; quia in dubio actus eſt interpretandus ſecundum eius naturã, l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolut. matrim. & de natura legati eſt afferre commodum, & utilitatem. l. ſi hæreditatem. ff. manda. & continere liberalitatem, cum legatum ſit donatio à teſtatore relicta, &c. §. legatum, Inſtitu. de lega. Nec credibile eſt, quòd teſtator uoluit legatum ab eo relictum inutile, & fruſtratorium eſſe l. ſi quãdo. ff. de leg. 1. & facit l. quinquaginta. ff. de probatio.

batio.& l.Mæuius,in princ.ff.de legat.2. Quæ regula primo amplianda eſt,ut locum habeat etiam in mulieris dotis debitore,qui legando eidem mulieri,non cẽſetur animo compẽſandi legaſſe,& mulier utrunque, & dotem,& legatum exigit,cum edictum de alterutro iam hodie ſit ſublatum, l.unica. §. primum. C.de rei uxo.actio.quod omnes Docto.admittunt. Itaque ho- 12
die debitor dotis non debet ſeparari ab alijs debitoribus,nec mulier,cui legatur, debet eſſe alterutro; ut olim,contenta.Quam ampliationem ego contra Docto.extendo locum ſibi uendicare etiam in patre filiæ dotis debitore,qui legando eidem filiæ, non uidetur animo compenſandi cum dote legare, ut paulo ante reſoluimus.Secundò ampliatur,non ſolum admittendam non eſſe compenſationem cum debito uoluntario ex ſolo contractu abſque legis obligatione prouenientе,prout communiter Scriben.uolunt, ſed nec ẽt contra eos, quando ex facto debitoris, præcedẽte neceſſitate legali,deberetur: quo caſu locus non eſt compenſationi,nec conſideratur,quòd debitum originem habet à legali obligatione,ut ſupradictum eſt, & pau- 13
lò mox dicetur. Ex quo primò puto uerã eſſe aliquorum docto.opinionẽ aſſerentium, quòd ſi hæres grauatus per fideicommiſſum Titio reſtituere aliquam pecuniæ,quantitatẽ,uel aliquã rem,eidẽ Titio rẽ diuerſam,aut quantitatẽ aliquã, legauerit non cenſeri animo compenſandi legaſſe,quod tenet Aim. conſ. 131. Couarru.ubi ſupra num.2.uerſic. quod conſtat, contra Aim.conſ.3. Tertiò ampliatur, quòd locum habet in debito prouenientе ex quaſi contractu,text.in l.Mæuius 68.in princ.ff.de legat.2.ubi hæres legando legatario,non uidetur in dubio legare animo compenſandi

di cum debito legato, licèt hæres uideatur quaſi contrahere cum legatarijs.§.hæres, Inſtit.de obliga. quæ ex quaſi con. naſ.Secundò infero non eſſe ueram opinio. Anchara.in conſ. 20.colum. 2. & Pauli Caſtren. in conſ.35.colum.2.& Aymonis in d.conſ.131. col. pen.quos refert,& ſequitur Couarru.in d.c.officij,nu. 2.uerſi.item hæc.qui affirmant, quòd compenſatio legati cum èo,quod ex legis obligatione debetur, fieri debet,ſiue legatum fiat ab eo,cui onus ex lege incumbit,ſiue ab eodem hærede,qui ſucceſſit in eadem obligatione. Nam, cum hæres ex ſuo facto aç quaſi contractu creditoribus teneatur,locus non erit compenſationi.Vnde uerior in hoc articulo meo uideri ſententia Cornei eſt,in conſ.292.uolum. 1. quem Couarru. improbat.Quartò ampliatur, non fieri compenſationem legati à teſtatore relicti, etiam cum debito pro-
40 cedente † ab alio legato ab eodem teſtatore relicto: Nam unum legatum non imputatur in aliud. l. quinquaginta.ff.de probatio.l.planè.§.ſi eadem.ff.de legat. 1. Quintò ampliatur, procedere non ſolùm ſi debitũ proueniat ex cauſa onerosa, ſed etiam ſi ex cauſa lucratiua. Nam, licèt legatum ſit cauſa lucratiua l. 1. C. de impon. lucra. diſ. & duæ cauſæ lucratiuæ non poſſint ſimul concurrere,iuxta l.Mæuius.§. duobus.ff.de legat.2.circa diuerſa benè concurrunt & ibi probatur & paulo ante diximus. Sextò ampliatur locum habere,etiam ſi id,quod debetur,& id, quod legatum eſt, in pondere,aut numero,uel menſura conſiſtat, & debita ſumma,& legata concurrant: nam adhuc in du-
41 bio non cenſetur † animus compenſandi ex eo, quòd quantitates concurrant.l.quinquaginta.ff. de probat. ubi ſi quinquaginta in teſtamento, & quinquaginta

in

in codicillis ab eodem teſtatore relicta ſunt, in dubio utraque ſumma debetur. Nec oberit d.l. planc. §. ſi eadem, uerſicu. ſed ſi non corpus. ff. de legat. 1. ubi ſi eadem ſumma ſæpius legata eſt, in dubio ſemel tantùm debetur. Nam illius text. diſpoſitio locum ſibi uendicat, quando teſtator in eodem teſtamento ſæpius eandem ſummam legauit. Quæ ſolutio probatur in l. Mæuius, in princ. ubi glo. adnotauit. ff. de legat. 2. Secus tamen erit, ſi in diuerſis ſcripturis eadem quantitas bis, aut ſæpius relicta eſſet. Quòd uoluit gloſſ. in d. § ſi eadem, in uerbo, oſtendatur: quam ibi communiter Docto. ſequuntur, teſte Iaſ. nu. 10. reprobante Ang. ibi qui contrarium tenet. Vnde, ſi quando eadem ſumma ſæpius in diuerſis ſcripturis relicta eſt, ſæpius debetur: a fortiori locus non erit cõpenſationi, qñ relicta eſſet quãtitas eadẽ, quæ & ex diſpoſitione, & actu inter uiuos debetur. Nec. n. credibile eſt teſtatorem inutiliter, aut fruſtratoriè legare uoluiſſe. l. ſi quando. ff. de legat. 1. pro quo eſt optimus tex. in d. l. Mæuius, in prin. Nam, quando debitor legat debitũ creditori ſuo, inutile eſt legatum. l. ſi deportati. §. ſi quis. ff. de lega. 3. l. cũ pater. ff. de iure doti. Nec oberit concurſus quantitatum; nam in hac materia regulariter attendi non ſolet an quantitates ſint pares, an diſpares, ut in ſimili tradit Iaſ. in l. huiuſmodi. §. cum pater, nu. 12. ff. de lega. 1. Septimò ampliatur hæc regula, quòd, quando debitor legat creditori ſuo, in dubio non cenſetur legare animo compenſandi cum debito: quod non ſolum uerum eſt, quando ſpecies debebatur legatario, & ei relicta eſt quantitas, uel econtra, prout Barto. & Docto. in d. § ſi pater uolunt, ſed etiam contra eos, quando quantitas debita erat, & quantitas poſtea relicta eſt. 13

Nam

Nam in hac irregulari compenſatione, quæ pro impu-tatione accipitur, hoc non eſt in conſideratione, ut ſupra concluſum eſt: & ſentit Couarru. in d. c. officij, nu. 2. uerſicu. quod conſtat. Octauò ampliatur, non ſolùm legatum non uideri relictum animo compenſandi, ſed nec portio hæreditaria, quando creditor inſtitutus eſt à ſuo debitore l. fina. C. commu. utriuſque l. ſi ſocer. §.
42 Lucius. ff. ſolut. matrimo. Nonò ampliatur, † non eſſe admittendam compenſationem, non ſolùm quando teſtator prius promiſit, & poſtea legauit, ſed nec etiam quando econtra, poſt legatum relictum promiſſio ſequuta eſt; ita concludit Bart. in l. filia legatorum. C. de legat. & in l. huiuſmodi. §. cum pater, nu. 4. ff. de lega. 1. poſt glo. in l. planè. §. ſi eadem in uerbo oſtendatur. ff. de legat. 1. argum. l. quinquaginta. ff. de probatio. Sed in hoc articu. communis opin. eſt in contrarium, nempè quod, ſi teſtator primo ſimpliciter legauit filiæ, & poſtea eam dotauit, intelligitur in debito animo compenſandi cum legato dotem conceſſiſſe, per tex. in d. l. filia legatorum, ubi Scrib. communiter concludunt, quòd ille tex. non uiolando eius literam, uult, quòd nõ ſolùm diſpoſitio eius habeat locum, quando pro dote fuit legatum relictum, ſed etiam quando ſimpliciter legauerat. Et huic opin. ſuffragatur text. & quod ibi notat Bartol. in l. quod autem. ff. de iure doti. & per hæc fundamenta hanc opin. tenet Dyn, Iaco. de Are, Oldra. Bald. Imola Alexand. & Iaſo. nu. 17. qui eam commu. teſtator in d. §. cum pater. Eam obſeruant Fulgo. & Paul. Caſtr. in d. l. filia legatorum: & in eam uidetur inclinare Barto. in l. Lucius nu. 3. ff. de legat. 3. ubi tradit, quòd omnis ſolutio in dubio cenſetur facta, ut ex oneretur legatũ. Et reſpondent Nouiores add. l. opin-

quaginta, quòd ibi erant duæ diſpoſitiones ultimæ uoluntatis, & ſi ſecunda intelligeretur de eadem quantitate, de qua prima, nullius eſſet effectus. Sed in noſtra ſpecie, ſuppoſito quòd ſecunda diſpoſitio inter uiuos intelligatur de eadem quantitate, de qua factum eſt legatum, habet legatarius hanc commoditatem, quòd legatum eſt effectum filiæ, quod ante non erat; cum legatum uiuo teſtatore non habeat effectum, & reuocari a teſtatore poſſit. l. cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de donatio. inter uirum & uxo. c. cum Marthe. de celebr. miſ. Sed certè hæc communis opinio non caret difficultate. Nam d. l. filia legatorum, ſi rectè conſideretur non loquitur in terminis noſtræ quæſtionis, ſcilicet quādo poſtea ſimpliciter datur, ſed in caſu ſpeciali, nēpè quando id, quod prius legatum erat, poſtea in dotem datur: quo caſu propter unitatem rei legatæ, & promiſſæ ſemel tantùm debetur, ut ſupra dictum eſt, & infra dicetur. Et fundamentum doctrinæ Bartol. in d. l. quod autem, tolli poteſt, ut ſupra diximus. Hæ tamen opiniones componi poſſunt ex Bartol. doctrina, in d. l. Lucius, uidelicet, quòd in hac ſpecie admittenda ſit cōpenſatio, quando legatur quantitas in genere. Tunc enim cuiuslibet quātitatis ſolutio poſtea ſequuta præſumitur factam ob illā cauſam legati; & ita procedit cōmunis opinio: Sed ſi ſpecies, uel eius reſpectu quantitas prælegata eſt, niſi eadem ſpecies, aut quantitas ex ea redacta poſtea ſoluatur, non uidetur ſatisfactum legato, nec locus eſt compenſationi per d. l. Lucius. Et ita poteſt locum habere prima opinio. Licèt etenim quando poſtea legatur, & prius promittitur, non conſideretur an quantitas promittatur, uel non: ſecus tamē eſt, quando legatum præceſſit per rationes ſupradictas

&

& quia in diſpoſitionibus inter uiuos nõ ita præſumitur liberalitas, ſicuti in diſpoſitione ultimæ uoluntatis: & ita quã do ultima diſpoſitio eſt inter uiuos, nõ præſumitur animus duplicandi præſtationem, ſicuti quando eſt ultimæ uoluntatis. Hæc autẽ concluſio, quòd debitor legando creditori ſuo, in dubio cenſetur legare animo compenſandi cum debito, limitatur non procedere, quando id, quod debetur, poſtea legatur. Tunc etenim ſemel tantùm debetur. Nam propter identitatem rei præſumitur teſtatorem noluiſſe duplici præſtationis onere grauare ſuum hæredem. l. cum pater. ff. de iure doti. d. §. cum pater, & l. 2. in princi. & l. pen. ff. de dote prælegat. Quam limitationem extende primum, nõ ſolùm locum habere, quando id, quod prius promiſſum fuit, relictũ poſtea eſt, ut ex prædictis iuribus apparet, ſed etiam quando econtra id, quod prius legatum fuit, poſtea in uita datur l. filia legatorum. C. de legatis. l. Lucius Titius 22. ff. de legat. 2. Secundò extende, non ſolum locum ſibi uendicare, quando in diſpoſitione inter uiuos promiſſum aliquid eſt, & poſtea, uel ante id ipſum legatum eſt, ſed etiam quando bis, aut ſæpius idem legatur. Nam amplius quam ſemel legari non poteſt: nec legatarius conſequitur, niſi rem illam, aut eius æſtimationem, l. planè. §. ſi eadem ff. de legat. 1. l. cum quæſtio. § fina C. de leg. ſiue in eodem teſtamento relinquatur, ſiue in teſtamento, & codicillis. l. Mæuius. §. duobus. ff. de legat. 2. l. ſi ab inteſtato. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. Quod eſt uerum non ſolum, quando eadem ſpecies legata bis, aut ſæpius eſt, ſed etiam ſi eadem ſumma eorum, quæ in pondere, aut numero, uel menſura conſiſtunt, ſi tamen ut certũ corpus relicta ſit; ut ſi quis legauit centum, quæ in

Digitized by Google

arca habet. Hoc etenim legatum æquiparatur legato fundi,& ſemel tantum debetur,ut in d.§.ſi eadem,uer ſicu.ſed ſi non corpus,habetur,& idem puto dicendũ, quando centum,quæ prius lègauit,aut promiſit, iterũ legat.Nam in hoc legato apparet,teſtatorem noluiſſe hæredem pluribus preſtationibus onerare : imò in ultimis uoluntatibus ſi ſimpliciter eadem quantitas bis, aut ſæpius legata eſt,ſemel tantùm debetur in dubio ; utex eod.uerſicul. ſed ſi nõ corpus, apparet.Sed hoc uerum eſt, quando eadem ſumma ſæpius legata eſt in eodem teſtamento,ut ibi, ſecus uerò ſi in diuerſis,ut in d.l.quinquaginta,ut paulo ante diximus.Tertiò extende procedere etiam ſi eadem rès duabus diſpoſitionibus inter uiuos, ut duobus ſtipulationibus promiſſa ſit. Quo caſu ſimiliter ſemel tantùm exigitur.l.qui bis,& l.ſi dari.ff.de uerbo.obligatio. Declara tàmen,hanc limitationem non procedere, quando id, quod legatur,antea erat datum,& in patrimonio legatarijs cõfuſum:quo caſu æſtimatio debetur.l.cum pater.§.pater filiæ.ff.de legat. 2. Secundò limitatur hæc concluſio,locum non habere,quando ob eandem cauſam, ob quam prius fuerat promiſſum, legatum poſtea relictum eſt.Tunc enim ſemel tantùm exigitur, & propter unitatẽ cauſæ finalis hæres duplici præſtationis onere non cenſetur grauatus. l. Titiam cum teſtamento.§.qui inuita.ff.de lega.2.l.cum pater.ff. de iure doti.l.huiuſmodi.§.cum pater, ubi Docto.maximè I.ſ.adnotant.ff.de legat.1.Quam limitationem extende locum habere etiam in duobus legatis eidem ob eandem cauſam relictis, quorum unum tantum exigitur.l.libertis quos,in princip.ff.de alimen.& ciba.lega.quæ extenſio,ſi uera eſt, notatu erit digna. Sed ad-

uerte, quòd in ſpecie d. l. libertis quos, alia ratione utrunque non debetur, ſcilicet quia legatum alimentorũ non eſt reiterabile. l. domus. §. 1. ff. de uſufruct. ut bene aduertit Iaſ. in l. planè. §. hæredem, nu. 10. ff. de legat. 1. Et hæc limitatio recepta omnino eſt, quando teſtator prius promiſerat, & poſtea legauit, ut tradit Iaſ. in d. §. cum pater, nu. 3. & ſimiliter Docto. omnes concludunt idem eſſe, quando teſtator legauit pro certa cauſa, & poſtea ob eãdẽ cauſam dat, ſeu promittit tãtundem, aut plus; quòd non debeat utrunque habere per l. filia legatorum. C. de lega. teſte Alexand. in d. §. cum pater, nu. 5. verſi. ſi uero. Sed dubia, † & ualde cõ
43 trouerſa quæſtio eſt, quid iuris ſit, q̃ñ teſtator ĩ uita ob eãdẽ cauſam minus dedit, uel promiſit, quã legauerat; utrũ reſiduũ legatarius petere poſt mortem patris ualeat. ut ſi pater prius legauit filiæ ſuæ pro ea maritanda centũ, deinde in uita eam marito tradẽs, quinquaginta tãtũ in dotẽ dederit, an filia poterit alia quinquaginta ex teſtõ petere? Et petitionem non eſſe admittẽdam, ſed quòd pater ex eo, quòd minorem quantitatẽ ob eandem cauſam in uita tradidit, ob quam prius legauerat, uideatur à primo legato receſſiſſe, tenet Cyn. quem ſequuntur Cuman. Paul. Caſtr. Imola in l. Lucius. ff. de legat. 2. idem Imo. in d. §. cum pater, & in c. cum filius noſter, de teſtam. Campet. de dote part. 1. q. 36. arg. d. l. libertis quos, in prin. ubi certa quantitate in teſtamento legata, cenſetur ab eodem legatò receſſum, ſi ad eandem cauſam minor quantitas in codicillis legata fuerit. Sed in hoc artic. contraria ſententia tenenda eſt, & licèt uerum ſit, quòd filia utrunque habere non debeat, ſed compenſationi locus ſit, & filia alterutro debeat eſſe contenta, tamen reſiduum pe

tere

tere poterit. Quam opin.tenet Oldrad. Albe. Bartol.& Bald.in d.l. Lucius idem Bald. Paul. Alexan.nu.5.uerſ. ſi uerò minus, in d.§.cum pater, Ancha. Barba. in d.c. filius noſter Couarru.in c.officij, num. 10.de teſta.qui eam commu.teſtatur. Bartho. Socin.in conſ. 101.uolu. 3. Deci.in conſil. 81. Nec admittenda eſt concordia, quam aliqui Modern.tenere attentarunt, an pater pro maritanda filia, an pro dote legauerit? ſed indiſtinctè reſiduũ petere poterit: quod eſt de mente prædictorum Docto.& expreſsè Alexand.& Couarru.hoc affirmant, qui optimè conſiderant contrarium non fuiſſe de mente Barto.in d.l. Lucius, licèt aliqui pro hac concordia eum inaduertenter citent. Pro qua uera ſententia adducitur ratio: Nam cauſam legati poſtea contingere potius confirmat legatum, quàm extinguit, aut diminuit, l.ſi iam factam & l.conditionum.ff.de condi. & demonſt. Et tenendo hanc partem quæ uerior, & frequentior eſt, ad prædictam l.libertis, quos, reſpondit Alexan.in d.§.cum pater, nu.1. quod ibi interuenerunt duæ diſponendi formæ: ſed in ſpecie propoſita una tantùm præceſſit diſpoſitio, & poſtea ſequuta eſt executio per teſtatorem pro parte facta. Secundò modo reſpondet, quòd ſi diceretur in caſu d.l.libertis ſecundum legatum quòd continebat munus uideri legatum animo recedendi pro rata tantùm, nihil operaretur, & ſecũdum legatum fruſtratorium fuiſſet, quod eſſe non debet. l.ſi quando.ff.de legat. 1. Secus tamen eſt in noſtro caſu in actu traditionis dotis per patrem factæ. Nam ut paulò ante diximus traditio inter uiuos poſtea facta plus operatur, quàm legatum; cum ſtatim habet effectum, & reuocari non ualet: quod in legato non euenit: cum ſit ambulatoria defuncti uoluntas

uſque

uſque ad ſupremum uitæ exitum. c. cum Marthæ, de celebra.miſſ.in prin.ubi glo in uerbo;non ualet, adnotat cum uulgaribus. Ex qua ſententia utiliter infert Couarru.ubi ſupra, quòd ſi aliquis legat centum pro conſtruenda eccleſia, & poſtea idem teſtator in uita in eadem conſtructione quinquaginta conſumpſit, nihilominus reliqua quinquaginta exigi ab hærede mortuo teſtatore poſſunt. Tertiò hæc regula limitatur, quòd nõ procedat in debitore neceſſario, cuius debitum prouenit ex diſpoſitione tãtùm legali abſque teſtatoris cõtractu,uel facto.Nam cum eo debito legatum ſibi relictum compenſatur,Authen. præterea.C. unde uir, & uxor.Ex qua limitatione primò infero, quòd, cum pater ex neceſſitate legis teneatur dotare filiam.l.qui liberos.ff.de ritu nupt. ſi non præcedente promiſſione, uel contractu eidem filiæ legatum relinquit,uidetur reliquere animo compenſandi cum dote.Et ita poteſt intelligi doctrin. Bartol. in l. quod autem.ff.de iure doti. Secundò infero ueram eſſe magis commu.opinio.quæ habet,quòd legatum relictum ab uxore marito,cui ex lege dimidia dotis pars uxori præcedẽti defertur, cõpenſandũ ẽ cũ illa parte dotis,quæ marito ex lege defertur. Quam ſententiam tenet Bartol.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolut. matrimo.ubi & Paulus Caſt. & Imo.& Alex.nu.6.qui magis communem teſtatur;eam amplectuntur Franc.de Tig.Bartol. Albe.Ricard.de Sal.Barth.de Sal. Fulgo.Paul.Roma. Iaſo.nu.21.& qui uerã,& cõmunẽ appellat:in d.auth. præterea eã ſequitur Bal.in l.quoniã in prioribus.C.de inoffiteſta.idẽ Imola in c. officij,de teſtamen. ubi cum ea tranſit Couarru.num. 4. licèt corrupta ſit litera in meo libro; qui omnes ita concludunt,hac ratione attẽ

ta,

tà, ſcilicet quia illa pars dotis, quæ à lege defertur, debitum eſt neceſſarium. Quæ ſententia tenenda eſt, licèt contrariam diſputando tenuerit Feder. de Scal. quam ſequitur Bald.parum ſibi conſtans in l.uxor. C. qui accuſa.non poſſ.& in d.Authen. præterea, & in l. Titia la 1.§.qui inuita.ff.de legat.2. & in l. ſi donatorus §.1.ff.de condict.cauſa dot.Cuma.in d.§.ſi pater, ubi & Ange.idem Ange.in d.Authen. præterea, & in conſ.312.Nec obſtant eorum fundamenta quibus Alexand.& Iaſo.ſufficienter ſatis faciunt. Tertiò infer-
44 tur † ratio decidendi ad d.Authen.præterea, quòd ex eo legatum relictum à marito diuite uxori inopi imputatur in quartam ex illo auth.delatam: quia eſt debitũ legale, ut Docto.ibi adnotant. Aliam etiam reddunt Iuni. nempè quia legatum pro ſua parte facit ceſſare inopiam mulieris, quæ eſt ratio finalis illius tex.Quar-
45 tò deducitur † ratio, quare omne illud, quod ex defuncti iudicio, ſeu teſtamento capitur, in legitimam imputatur per id, quod reſoluunt Doct. in l.in quartam.ff. ad l.falcid.ubi Bar.nu.10.& Rip.nu.140.& Mar.Soc. Iu.nu.113. Corſa.in l.filiũ,quem habẽtem,nu.99.C. fam.ercifcu. & probatur in l.tẽ.§.ſi debita, & in l.libertus.§.libertus.ff.de bonis liber.& in l.omnimodo, & in l.ſcimus, in princ.& in l.ſi quando.§,fi.C.de inoffic.teſtam.& in Authen.de trien.& ſemiſ.§.1.coll.3.Quod ampliant Iuni.locum ſibi uendicare ſiue uniformiter, ſiue difformiter capiatur.Reſtringunt uerò eam limitationem nõ procedere in his, quæ extra defuncti ſubſtantiam capiuntur, quæ nullatenus in legitimam imputantur l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic.teſtam. & ſimiliter nec ea, quæ ex donatione ſimplici capiuntur, in legitimam imputatur.Sed qualiter hoc ultimum

uerum

uerum ſit, alibi forteте diſcutietur. Quintò ex hac limitatione apparet ratio, quare in quartam Trebellianicam imputatur quidquid ex iudicio teſtatoris capitur, ſiue accipiatur iure hæreditario, ſiue legati, uel fideicommiſſi, aut cauſa conditionis implendæ, ſiuè quia teſtator iuſſit percipere, uel deducere, aut retinere. l. in quartã, ubi omnes Doct. ff. ad l. falcid. Nẽpè quia quarta illa eſt debitum legale. Declarant tamen Doctо. uerum eſſe quod ſupra dictum eſt in Trebellianicam imputari, quod ex iudicio teſtatoris accipitur, quando uniformiter totum, uidelicet ex iure hæreditario, aut totum iure legati capitur: ſecus uerò ſi difformiter capiatur. Nam, ſi iure hæreditario, & iure legati, & fideicommiſſi capiatur, hæreditaria tantũ pars in Trebellianicam imputatutur: ita reſoluit Corra. ubi ſupra nu. 99. & Mari. Socin. Iun. in d. l. in quartam, nu. 22. per text. ibi. Quod uerò extra teſtamentum capitur, ſecundùm omnes cum hac quarta non imputatur.
47 Sextò † ex prædicta limitatione cõſtat ratio, quare in quartam iure inſtitutionis, ſeu Falcidiæ imputatur, quod iure hæreditario capitur. l. quod autem, & l. id autẽ, & l. in quartam. ff. ad falcid. nempè quia Falcidia debitum legale, & neceſſarium eſt. In hanc uerò quartam Falcidiam non imputatur non ſolùm quod extra cauſam teſtamenti capitur, ſed nec omne illud, quod ex teſtamento, ſed tantùm quod iure hæreditario ex iudicio defuncti accipitur: & in hoc differt à
48 Trebellianica. Septimò infero † declarationẽ ad text. in l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agnoſc. quod in caſibus, in quibus hæres tenetur præſtare alicui alimenta, ſi is, cui debetur legatum, à teſtatore ſuſcepit, quod tenebitur imputare legatum in prædicta

alimenta:quia eſt debitum legale. Pro quo etiam facit: nam alimenta debentur ſecundum indigentiam perſonæ.c.cum haberet de eo,qui duxit in mat.quam pol.per adul. Quod eſt uſque adeò uerum, quòd non ſolùm ſi habeat bona,unde ſe ali poſſit,excluditur à petitione alimentorum,ſed etiam ſi bonis careat, ſi tamē habeat artificiū,unde ſe alat.l.ſi quis à liberis.§. ſi filio.
49 ff.de libe.agnoſc.Sed hac in parte † operæpretium duximus inquirere, quæ ſit ratio, quare ius conſtituit compenſationes ita uarie in debita legalia fieri.& durum maximè uidetur, quòd plura uoluit cum legitima,& alimentis,quàm cum quarta falcidia,& Trebellianica compenſari: cum totum oppoſitum uidetur dicendum,ſi conſideretur, quod legitima omni iure, etiam naturali filiæ ex præſumpta uoluntate defuncti debetur.l.ſcripto.ff.unde libe.l. cum ratio. ff. de bonis damna.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſtam.Authen.de hæredi.& falci.§.1.Authen.de trien. & ſemiſ. §.1.Quartæ verò prædictæ,iure tantum ciuili uoluntate defuncti refragante deducuntur,text. in princip. Inſtitu.de lege Falcid.Et hac in re ualde laborant Docto.in l.in quartam.ff.ad l.falcid.ubi Mari. Socin.Iuni. num.70.cum ſequ.plures reddit differentiæ ratio nes. Alias aſſignat Coraſi.in l.filium,quem habentem,nu. 100.C.famil. erciſc. quarum nulla de per ſe concludens uidetur,ſed omnes ſimul iunctæ ſufficiunt. Mihi verò magis placet differētiæ ratio,quòd ex eo in quartam falcidiam,uel in Trebellianicam non imputatur, quod extra cauſam teſtamenti capitur, & in legitimā aliquando ſic:quia ratio finalis prædictarum quartarum eſt, ut hæres ad adeundam hæreditatem inuitetur,ne defunctus inteſtatus decedat, ut apparet ex d.
prin.

prin.Inſtit.de lege falcid. & hæres inuitatur ad hæreditatem adeundam, eo quod iudicio defuncti, & non eo quod extra cauſam teſtamenti capitur: quæ ratio in legitima ceſſat. Item quia debitum legitimæ eſt omnino neceſſarium, cum filius ſit creditor legitimæ ex ſola legis diſpoſitione citra aliquod patris factum. De-
30 bitum uerò † quartæ falcidiæ, aut Trebellianicæ, licèt neceſſarium illud ſit, ex legisque diſpoſitione deferatur, prouenit tamen ex uoluntate defuncti, qui instituẽdo hæredem ſua ſponte creditorem hæredem ſuum fecit. Quam rationem, conſiderauit Corraſi. ubi ſupra & ante eum Bartol. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater, nu. 3. ff. ſolut. matrim. Sed huic rationi obſtare uidetur Authen. præterea. C. unde uir, & uxor. ubi debitum cauſatum fuit ex facto teſtatoris, qui ſua ſponte cum uxore illa matrimonium contraxit, & nihilominus compenſatio omnino admittitur. Verum huic difficultati occurri poterit, quòd ibi teſtator dedit cauſam debiti ualde remotam; at uerò in falcidia, & Trebellianica dedit cauſam proximam; quòd eſt conſiderabile argum. l. ſocium, qui in eo. §. fina. ff. pro ſocio, & eorum, quæ in propoſito adnotauit Iaſo. in d. Authen. præterea, nu. 21. in fin. Non tamẽ intelligas per ſupradicta, quòd falcidia, & Trebellianica ſint debita uoluntaria, & non neceſſaria, prout minus benè Corra. affirmauit. Nam ſi hoc eſſet uerum, compenſatio omnino reijceretur ex l. creditorem. ff. de leg. 2. Sunt etenim prædictæ quartæ debita neceſſaria ex facto teſtatoris, qui proximam cauſam dedit, prouenientia. Et ideo in cõpenſatione medium quoddam conſtitutum eſt. Ratio autem differentiæ, quare plura imputantur in Trebellianicam, quam in falcidiam, colligitur ex gloſſ. in l. in

quartam.ff.ad leg.falcid.in uerbo ; id ei, quàm ibi ſequuntur Barto.nu.6.& commu.Docto. uidelicet quia in Falcidia plus grauatur hæres:quia onera hæreditaria manent penes eum inſolidum, ideo releuatur, ut ſolum quod iure hæreditario capit, in quartam Falcidiam imputet, argum.l.qui eum.ff.de iureiuran.In Trebellianica autem minus grauatur hæres, cum pro parte tantùm onera hæreditaria ſuſtinet l. 2. §. fina.ff. ad Trebellia.ideoque minus releuatur in admittenda cõpenſatione.Inquantum autem d.Authen. præterea,& in alimenta multa imputantur:quia his acceptis ceſſat ratio inopiæ, & indigentiæ, quæ ſunt cauſæ finales, quare prædictæ præſtationes introductæ ſunt.Sed hãc limitationem ego contra mentem Docto. declaro nõ procedere, quando debitum legale facto teſtatoris cõfirmatum eſt,ut ſi id, quod ex diſpoſitione legis debetur à teſtatore, ſolutum aut promiſſum ſit. Nam tũc non eſt locus compenſationi, ut conſtat ex l. ſi pater pro filia.ff.de collatio.ubi ſi filiæ, cui dos erat à patre promiſſa, legatum ab eodẽ patre relictũ eſt, ea utrũq; & legatum,& dotem conſequitur. Ex quo primo infe-
51 ro contra doctorum mentem † declarationem ad Barto.doctri.commu. receptam in l.quod autem. ff.de iure doti.quòd pater uidetur in dubio filiæ pro dote legare:quod illud locum habet, quando pater ex ſola legis diſpoſitione tenebatur filiæ dotem præſtare, ſecus tamen ſi ex ſuo facto,ut in d.l. ſi pater pro filia,probatur.Nec huic declarationi refragatur.l.ſi cum dotem. §.ſi pater.ff.ſolut.matrimo. & l. Titia cum teſtamento. §.qui inuita.ff. de legat. Nam ut paulo ante diximus, iura illa loquuntur in caſu ſpecialiſſimo, ſcilicet quando pater, inuita filia, uel abſente, & ignorante, non ca-

uendo

Digitized by Google

uendo de rato dotem, quam prius genero dederat, ab eius hæredibus poſtea exegit: quo caſu uerifimile eſt, patrem erraſſe, ac putaſſe, ſe ad dotem non teneri. Iõque ſi poſtea filiæ legat, uidetur animo computandi in dotem legaſſe: quamuis pater non erat debitor dotis filiæ, ſed hæredibus mariti, à quibus exigit, & condi-
52 ctione indebiti tenetur. Ex quo † apparet uera conciliatio inter d. §. ſi pater, & §. qui inuita, cum l. ultim. C. commu. utriuſque iudi. quòd in dictis iuribus dos à patre fuit exacta, non conſentiente filia, in d. uerò l. ultima, ea conſentiente. Quod ſentire uoluit gloſſ. in d. l. ultima, & expreſſius in l. pater filiam, in princ. in gloſſ. magna. ad finem. ff. ad leg. falcid. per text. ibi: Quas Alexan. in d. §. ſi pater, num. 3. adnotauit, & meo iudicio iniuſtè damnauit, aſſerens ſe efficacem rationem illius §. ſi pater, non uidere. Sed certè mihi ſufficiens ratio uidetur, quod pater ibi ſe debitorem dotis eſſe ignorabit. Pro quo urgere uidetur. l. quinquaginta. ff. de probatio. ubi probatur, quòd quando teſtator oblitus eſt prius legaſſe, & poſtea iterum legat, legatarius unum tantum legatum conſequitur. Secundò infero
53 nouam † declarationem, ad l. etiam. §. ſi debita. ff. de bonis liberto. & ad l. ſi quando. §. fina. C. de inoffic. teſtam. ubi legatum imputatur in legitimam: quòd illud locum non habet, quando pater in uita filio legitimã aſſignauit. Quo caſu, ſi poſtea ei legaret, credo, quòd ei in legitimam nõ debeat imputare per ſupradictum l. ſi pater pro filia, & l. ultimam. C. comm. utriuſque iu
54 di. Tertiò infero nouam † declarationem ad d. Auth. præterea. C. unde uir, & uxor, quòd ſi maritus diues in uita ſoluit, uel aſſignauit, uel in teſtamẽto reliquit uxori inopi quartam, de qua ibi agitur, & poſtea ei legatum

Digitized by Google

tum reliquit, quòd admittenda non erit compenſatio in caſibus, in quibus permiſſa eſt donatio inter maritum, & uxorem, aut morte confirmatur. Quos latè cõgerit Ioann. Lup. in repetit. rubr. de donatio. inter uir. & uxo. §. 69. cum ſequ. An autem quod ex diſpoſitio-
55 ne † inter uiuos capitur, imputetur indebitum legale & an debitum unum legale imputetur in aliud? ſũt difficilis quæſtiones, quas ſeparatim alio tractatu diſcutiemus. Prædictæ autem limitationes exten-
56 duntur; primò, quòd in caſibus prædictis † locus eſt compenſationi legati relicti à debitore creditori, quòd non ſolùm procedit, quando debitum exigi poteſt in foro contentioſo, ſed etiam ſi tantùm in foro conſcientiæ debeatur. Nam teſtator hoc caſu præſumitur animo compenſandi in id legare ad exonerationem conſcientiæ pro ſalute animæ ſuæ, quæ omnibus rebus præferenda eſt, iuxta l. ſancimus. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. ut eleganter reſoluit Couarru. in c. officij nu. 3. uerſi. quæ quidem extra de teſtam. poſt Areti. in conſ. 92. uiſo legato colum. 1. & Iaſ. deciſ. 6. colum. 8. & Mod. i Auth. præterea. C. unde uir, & uxor ubi Dec. nu. 11. latè diſcutit art. hunc. Secũda extẽſio eſt, quòd in dictis caſibus non ſolùm admittenda eſt compenſatio de quantitate ad quantitatem, ſed etiam de ſpecie ad quantitatem, & econtra. Nec oberit regula l. ſi conuenerit, la 2. ff. de pigno. actio. & l. fina. C. de compenſat. nempè quod locus non eſt compenſationi de ſpecie ad quantitatem. Nam regula illa locum ſibi uendicat in compenſatione ſtrictè loquendo, quæ fieri debet in iudicio parte inuita. Secus tamen erit in compenſatione illa, quæ fieri debet ex præſumpta teſtatoris uoluntate, quæ compenſatio in materia hac ulti-

marum

marum uoluntate pro imputatione, ſeu computatione accipitur. Nam hæc large dicta compenſatio de ſpecie ad quantitatem, & e con tra fieri ſolet, ut concluſum ſupra eſt. Tertia extenſio eſt, quòd in ſupradictis caſibus non ſolum quando teſtator legat debitori, uidetur legare animo compenſandi in debitum, ſed & quando eum inſtituit hæredem, animo compenſandi inſtituiſſe videtur, vt in dicto. §. ſi pater probatur, & ibi
57 Barto. & Alexand. adnotarunt. Verum prædictæ † limitationes reſtringuntur primo locum non habere, nec compenſationem in prædictis caſibus admittendam eſſe, quando teſtator non ſimpliciter, ſed ſub hac forma legauit. lego mille de bonis meis. tunc enim locus non eſt compenſationi: quia non videtur habuiſſe animum compenſandi, cum bona dicantur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona & l. princeps bona. ff. de uerbo. ſignificat: unde ſoluto debito legali legatum itidem ex cæteris bonis ſoluendum eſt. Quam opinio. obſeruat Bald. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimo. Alexand. Corne. & Iaſo. nu. 26. in d. Authen. præterea Barba. in c. officij, nu. 11. extra de teſtam. Fel. in c. quoniam extra de præſcriptio. Hippo. in ſingul. 162. Verum hæc opin. non procedit ſine dubio, & ab ea diſcedit Rapha. Cuman. in d. §. ſi pater, & Aretin. in d. Authen. præterea, & ibi Deci. nu. 13. qui latè eam examinat, & prædicti omnes concludunt hoc caſu admittendam eſſe compenſationem: Quoniam appellatione bonorum à teſtatore prolata eius hæreditas comprehenditur l. mulier. § fina. & l. ſequen. & l. nam quod &
58 l. cogi. ff. ad Trebellia. Secunda reſtrictio † eſt, quòd prædictæ limitationes locum habent, quando teſtator erat debitor, tenebaturque legatario, ſecus tamen eſt, quando

quando ab alio, & non à teſtatore debebatur. Nam tunc, licèt ex cauſa ipſius teſtatoris debeatur, locus nõ erit compenſationi, tex. in c. officij. extra de teſtamen. quem ita intelligunt Anto. Imola Abb. couarru. num. 3. qui commu. appellat ibi, Salycet. Alexand. & Iaſo. nu. 20. Deci. nu. 13. in d. Authen. præterea, idem Alexand. in d. §. ſi pater, nu. 5. & Rod. Sua. in l. 1. titul. delas arras, uerſicu. ſed pone, qui reprobat Barba. in d. c. officij ab eo recedentem. Et ex hac reſtrictione decidendi primo infero rationem ad l. cum pater. §. pater filiæ. ff. de lega. 2. ubi ſi pater legauit filiæ res quas prius eidem filiæ in dotem dederat, non uidetur legaſſe animo compenſandi cum dote data, ſed mortuo patre, filiæ debetur eorum æſtimatio: quòd declarat Barto. in l. huiuſmodi. §. cum pater, nu. 3. & ubi Alexand. num. 4. ff. de legat. 1. Ratio etenim eſt, quia illæ res filiæ in dotem datæ exierunt de patrimonio patris, & effectæ ſunt de patrimonio filiæ, ut docet Roman. in l. poſt dotem, nu. 26. ff. ſolut. matrimo. pro quo vrget l. fina. C. de dotis promiſſio. Quòd uerum eſſe intellige, quando pater legauit ipſum corpus, quod prius in dotem dederat, & traditum filiæ erat; alias autem ſi pater dotem ſimpliciter legauit, legatum ualet, non ut filia aliquid ultra conſequatur, ſed operatur, quòd dos, tanquam legata in collationem non ueniat, argum. l. filiam, la 2. & l. à patre. C. de collatio. ut reſoluunt Docto. in l. Titia cum teſtamento. §. qui inuit a. ff. de leg. 2. teſte Bar. qui eos refert, & ſequitur in d. §. cum pater, nu. 3. quibus ſuffragatur Fulgo. doctr. in d. l. filia legatorum, ubi tradit, quòd econtrario ſi teſtator id, quod prius legauerat, poſtea in dotem dat per dationem dotis, non tantùm dicitur teſtator à legato recedere, &

lega-

legatum extingui, quamtum perfici, & executioni mandari, quo fit, ut non ueniat in collationem. Secundò in
59 fero,† mulierẽ, quæ tranſiuit ad ſecũdas nuptias, & ſucceſſit alicui ex liberis primi matrimonij, (quo caſu ſolùm habet illorum bonorum uſumfructum proprietate liberis primi matrimonij reſeruata. l. fœminæ. §. illud. C. de ſecun. nup. legando filijs primi matrimonij non uideri eis legare aĩo compenſandi cum illis bonis, ĩ quibus ſucceſſit, ẽt in prædictis caſibus, in quibus præ-
60 ſumitur legaſſe animo compenſandi† in debitũ. Quoniam prædicta bona dicuntur eſſe in poteſtate filiorũ, & ab his uendicari poſſunt. Ideoque reſpectu talium bonorum mater debitrix dici non poteſt, iuxta gloſſ. & commu. opinio. in prin. Inſtitu. de actio. Pro quo urget quòd tradit Couar. in d. c. officij, nu. 8. de teſtam. quòd liberatione legata non comprehenditur actio realis, per tex. iuncta glo. & notata ibi à Doct. in l. Aurelius. §. Mæuia, de lib. leg. Quod adnotauit Iaſ. in d. prin. nu. 101. idem Iaſ. in l. ſub prætextu. 2. C. de tranſa. Bald. in l. cum neceſſitate. C. de fideicom. Bart. in l. non ſolum. §. fina. ff. de liber. leg. & idem Bart. in l. & uno. §. eius rei. ff. de accept. Itaque quando teſtator tenetur actione reali, & non perſonali, in dubio non præſumitur ani
61 mo compenſandi legare. Tertiò infero,† non eſſe omnino tutam commu. opinio. Docto. aſſerentium, legatum relictum Eccleſiæ parrochiali, uel eius presbitero compenſandam eſſe in quartam portionem legatorum, quæ ab eodem teſtatore relicta fuere Monaſterio, aut extraneæ Eccleſiæ, in qua ſepulchrum elegit, quæ portio defertur ex diſpoſitione cap. certificari, & cap. primo, & cap. in noſtra, extra de ſepultu. & ex Clement. dudum, eod. titulo. Nam, cum ſit debitum le-

2 n gaſſe,

quando ab alio, & non à teſtatore debebatur. Nam tunc, licèt ex cauſa ipſius teſtatoris debeatur, locus nõ erit compenſationi, tex. in c. officij. extra de teſtamen. quem ita intelligunt Anto. Imola Abb. couarru. num. 3. qui commu. appellat ibi, Salycet. Alexand. & Iaſo. nu. 20. Deci. nu. 13. in d. Authen. præterea, idem Alexand. in d. §. ſi pater, nu. 5. & Rod. Sua. in l. 1. titul. de las arras, uerſicu. ſed pone, qui reprobat Barba. in d. c. offi cij ab eo recedentem. Et ex hac reſtrictione decidendi primo infero rationem ad l. cum pater. §. pater filiæ, ff. de lega. 2. ubi ſi pater legauit filiæ res quas prius eidem filiæ in dotem dederat, non uidetur legaſſe animo compenſandi cum dote data, ſed mortuo patre, filiæ debetur eorum æſtimatio: quòd declarat Barto. in l. huiuſmodi. §. cum pater, nu. 3. & ubi Alexand. num. 4. ff. de legat. 1. Ratio etenim eſt, quia illæ res filiæ in dotem datæ exierunt de patrimonio patris, & effectæ ſunt de patrimonio filiæ, ut docet Roman. in l. poſt dotem, nu. 26. ff. ſolut. matrimo. pro quo vrget l. fina. C. de dotis promiſſio. Quòd uerum eſſe intellige, quando pater legauit ipſum corpus, quod prius in dotem dederat, & traditum filiæ erat; alias autem ſi pater dotem ſimpliciter legauit, legatum ualet, non ut filia aliquid ultra conſequatur, ſed operatur, quòd dos, tanquam legata in collationem non ueniat, argum. l. filiam, la 2. & l. à patre. C. de collatio. ut reſoluunt Docto. in l. Titia cum teſtamento. §. qui inuit a. ff. de leg. 2. teſte Bar. qui eos refert, & ſequitur in d. §. cum pater, nu. 3. quibus ſuffragatur Fulgo. doctr. in d. l. filia legatorum, ubi tradit, quòd econtrario ſi teſtator id, quod prius legauerat, poſtea in dotem dat per dationem dotis, non tantùm dicitur teſtator à legato recedere, &

lega-

legatum extingui, quamtum perfici, & executioni mandari, quo fit, ut non ueniat in collationem. Secundò infero,
59 † mulierẽ, quæ tranſiuit ad ſecũdas nuptias, & ſucceſſit alicui ex liberis primi matrimonij, (quo caſu ſolùm habet illotum bonorum uſumfructum proprietate liberis primi matrimonij reſeruata. l. fœminæ. §. illud. C. de ſecun. nup. legando filijs primi matrimonij non uideri eis legare aĩo compenſandi cum illis bonis, ĩ quibus ſucceſſit, ẽt in prædictis caſibus, in quibus præ-
60 ſumitur legaſſe animo compenſandi † in debitũ. Quoniam prædicta bona dicuntur eſſe in poteſtate filiorũ, & ab his uendicari poſſunt. Ideoque reſpectu talium bonorum mater debitrix dici non poteſt, iuxta gloſſ. & commu. opinio. in prin. Inſtitu. de actio. Pro quo urget quòd tradit Couar. in d. c. officij, nu. 8. de teſtam. quòd liberatione legata non comprehenditur actio realis, per tex. iuncta glo. & notata ibi à Doct. in l. Aurelius. §. Mæuia, de lib. leg. Quod adnotauit Iaſ. in d. prin. nu. 101. idem Iaſ. in l. ſub prætextu. 2. C. de tranſa. Bald. in l. cum neceſſitate. C. de fideicom. Bart. in l. non ſolum. §. fina. ff. de liber. leg. & idem Bart. in l. & uno. §. eius rei. ff. de accept. Itaque quando teſtator tenetur actione reali, & non perſonali, in dubio non præſumitur ani-
61 mo compenſandi legare. Tertiò infero, † non eſſe omnino tutam commu. opinio. Docto. aſſerentium, legatum relictum Eccleſiæ parrochiali, uel eius presbitero compenſandam eſſe in quartam portionem legatorum, quæ ab eodem teſtatore relicta fuere Monaſterio, aut extraneæ Eccleſiæ, in qua ſepulchrum elegit, quæ portio defertur ex diſpoſitione cap. certificari, & cap. primo, & cap. in noſtra, extra de ſepultu. & ex Clement. dudum, eod. titulo. Nam, cum ſit debitum le-

gaſſe, uidetur dicendum, quòd in id debeat legat ſi imputari, arg. d. Auth. præterea. C. unde uir & uxor. Quã quidem opi. tenere Ant. in d. officij, de teſt. & ibi Abb. & Imo. nu. 10. idem Imo. & Io. de Lig. in d. cle. dudũ, Sal. Alex. & Corn. in d. Auth. præterea. Idem Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. mat. Fede. in conſ: 3. & Silueſt. in uerbo canonica. §. 9. col. pen. & aſſerit cõm. ſibi uideri Couar. in d. c. officij, nu. 6. Verum contrariã opi. ſ. quòd non ſit locus compenſationi, ſed quòd utrũque legatum, & debitum ad Eccleſiam pertineat parrochialem tenet Card. in d. cle. dudum, §. uerum, quæſtio. 37. ubi & Anch. nu. 11. Barb. in d. c. officij, nu. 12. & ibi Couar. nu. 6. qui dicit eam ueriorem. Deci. in d. Auth. præterea: qui mouetur ratione hac; quoniã hæc quarta non debetur à teſtatore, ſed ab Eccleſia legataria, unde non eſt admittenda compenſatio, arg. d. c. officij, & hæc opi. comprobata eſt Regia. l. 5. tit. 13. part. 1. Tenentes tamen communem, huic fundamento reſpondent, negando quòd prædicta ratione ſolũ debeatur ab Eccleſia, uel Monaſterio. Nam affirmant, quòd etiam debetur ab hærede defuncti, à quo peti poteſt, iuxta gl. in d. Clem. dudum. §. uerum, quam approbant Car. & Anch. ibi Imo. & Abb. in c. de his, de ſepult. Nã ſi tenetur eam deducere, & retinere, tenebitur eã Eccleſiæ parrochiali præſtare, & ita locum ſibi uendicauit, d. Auth. præterea. Nec ualet dicere, quòd ab hærede debetur, & non à teſtatore. Nam ſi, mortuo iam teſtatore, debetur ab hærede: quia eſt hæres, ab ipſo teſtatore cenſetur debitum, cuius perſonam repræſentat Auth. de iureiu. à mo. præſti. in prin. ſimiliter. n. in ſpecie, d. Auth. præterea, debetur ab hærede. Et huic cõi opi. ſuffragatur tex. in c. de his, de ſepul. ubi ſcriptũ reperitur

peritur Eccleſiæ parrochiali, cui nihil relictum eſt à te
ſtatore deberi, quartam portionem eorum, quæ relin-
quuntur Eccleſiæ, in qua teſtator elegit ſepulturã. Vn
de à contrario ſenſu ſi aliquid relictum eſt, non debe-
tur. Et ex his apparet, cõm. opi. probabilem eſſe, quam
uis ab ultima durum uidetur recedere, propter Regiæ
legis authoritatem, & do. Couar. cuius opinioni in du-
bijs libenter accedo. Quartò infero rationẽ, quare in
legitimam non imputatur, quod extra patrimonium
defuncti capitur l. ſcimus. §. repletionem. C. de inof. te
ſta. Declarat Bar. in l. in quartam, nu. 10. ff. ad l. Fal. ubi
& Mo. nam cũ defunctus nõ ſit debitor illius, quod ex
tra patrimonium eius capitur, nõ oportet quærere de
compenſatione. An autem locum habeat quando pe-
nes filium reperitur quid tale contemplatione patris
eius, puta quod frater filiæ fratris ſui dotem dederit,
quo caſu contemplatione patris intelligitur dediſſe,
arg. l. ſed ſi plures. §. in arrogatio. ff. de uulg. uide Mar.
Soc. Iun. in l. in quartam, nu. 111. ff. ad leg. fal. Quintò
62 infero † iuſtam, & iuri communi conſonam eſſe depoſi
tionem Regiæ. l. 16. Tauri, qua cautum eſt, quòd lega
tum factum à marito uxori non compenſetur cum lu-
cris, conſtante matrimonio, quæſitis. Nam cum prædi
cta lucra ex Regia l. deferantur, & competant uxori,
& eorum domina dicatur uxor, maritus non põt dici
debitor, ut bene adnotauit Couarr. in d. c. officij, nu. 5.
63 Sextò infero declarationem † ad Regiam. l. 1. tit. de las
arras. lib. 3. fori, ubi diſpoſitum eſt, quòd ſoluto matri.
cum prole, quarta pars arrarum; ſi abſq; liberis, arræ
integræ uxori competant. Nam maritus debitor arra-
rũ uxoris legando eidem, animo imputandi in arras nõ
uidebitur legare. Quòd non ſolùm locum habebit,

Digitized by Google

quando maritus arras promiſit, & uxori eas tradidit: Quo caſu planum omnino eſt, noluiſſe maritum legatum in arras; quæ apud ipſam uxorem erant, computare, ut rectè docet Io. Lupus in rep. rubr. de don. inter uir. & uxo. §. 37. ad finem, & Couar. in d. c. officij, num. 4. qui reprobat Rode. Suarez aſſerentem contrariũ in d. Regia l. 1. verſ. ſed pone. Sed etiam quando tantùm arras promiſit uxori, nec traditio earum poſtea ſequuta eſt, ut concludit Couar. poſt gl. in d. Regia. l. 1. Quia hæ arræ non acquiruntur mulieri ex legis tantùm diſpoſitione, ſed ex donatione à viro vxori in præmium pudicitiæ virginalis, aut vidualis facta. Vnde ex facto ſuo obligatus eſt, quòd operatur, ut animus compenſandi non præſumatur, ut paulò ante adduximus. Septimò infero, diffinitionem † quæſtionis in qua reliquit
64 cogitandum Io. de Imo. in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de leg. 1. ſi pater pro filia dedit in dotem mille, & ſoluto iam matrimonio morte uiri, anteaquã ab hæredibus primi uiri fuiſſent exacta, ſecũdo uiro mille ſimiliter in dotem pro filia eadem promiſit, an filia habeat actionem ad duas dotes, uidelicet, contra hæredes primi uiri, & contra patrem? In qua difficultate Alexan. in d. §. cum pater, nu. 7. determinat, quòd ſic in caſu, in quo de iure communi, uel municipali actio ad exigendam dotem filiæ competeret. Quod uerum puto per prædictam reſtrictionem. Nam licèt pater ob eandem cauſam, & eandem ſummam promiſerit, ipſe pater nõ erat debitor, ut locus eſſet compenſationi. Pro quo urget. l. fi. C. de dotis prom. Et hæc reſtrictio amplianda eſt, ut cum debito alterius nõ admittatur compenſatio, etiam ſi teſtator ſit debitor illius, cui legatarius ad id debitum teneretur, niſi in caſu ſpecialiſſimo. d. §. ſi

pater.

pater.l.ſi cum dotem.ff.ſolut.matrimo.ut ibi Cuman. adnotauit & hæc ſufficiāt quoad expeditionem huius articuli: an autem unum debitum legale imputetur in aliud debitum legale, & materiam hanc imputationis alio tractatu latius declarauimus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio vulgaris an locum habeat, obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem.*
2 *Reſtitutio reponit omnia in priſtinum ſtatum.*
3 *An ſit differentia inter ſubſtitutum neceſſarium, & extraneum? & nu 12.*
4 *Subſtitutio vulgaris expirat, adita hæreditate.*
5 *Adita hæreditate, bona efficiuntur propria hæredis.*
6 *Reſtitutio in integrum conceſſa uni non prodeſt alteri, etiam in his, quæ ſunt annexa, & acceſſoria.*
7 *Qui ſemel eſt hæres, amplius non poteſt deſinere eſſe hæres, & quomodo hæc regula intelligatur.*
8 *Subſtitutio extincta per aditionem hæreditatis, an reuiuiſcat obtēta reſtitutione ī integrū, aduerſus aditionē hæreditatis.*
9 *Intellectus ad l.ex contractu.ff.de re iu.*
10 *Subſtitutioni vulgari locus eſt, obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem, ſiue ſit cohæres, ſiue non.*
11 *Cohæredi defertur hæreditas, obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem.*
11 *Reſtitutione in integrum, obtenta aduerſus hæreditatis aditionem, hæreditas defertur uenientibus abinteſtato, & non fiſco.*
13 *Subſtitutus vulgaris, quando ſuccedit, obtenta reſtitutione in integrum aduerſus hæreditatis aditionem, an ſuccedere poſſit, etiam de iure ciuili, & non prætorio tantùm, ardua quæ.*
14 *Intellectus ad l.1.§.ſi quis adita.ff.ad ſenatuſcon.Tert.*

An ſubſtitutio uulgaris locum habeat, obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem? Cap. XXXII.

SAEpè contingere poteſt, quòd minor 25. annis ſit hæres inſtitutus, eiq; uulgariter ſubſtituatur, & poſtquam adierit hæreditatem mediāte in integrum reſtitutione abſtēſionem obtineat. Unde
1 ſuccedit pulchra dubitatio, †utrum hæc hæreditas repudiata deferatur ſubſtituto uulgari: an uenientibus abinteſtato, aut fiſco competat? In quo articulo receptiſſima opinio eſt ad ſubſtitutum pertinere, quam tenet gl. ulti. & ibi Bar. Fulg. in l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de inofficio. teſtament. & gloſſ. 1. in l. poſt aditam C. de impube. & alijs ſubſtit. ubi Bald. Fulgoſ. Pau. Caſt. in fine Sal. in 4. oppoſ. Philipp. Corn. nume. 3. Iaſ. Curt. nu. 4. Sebaſt. Sapia. num. 5. qui teſtatur cōmu. Coraſi. nu. 14. gl. in l. ex contractu, ubi Bar. Cum. Pau. nu. 4. Imo. Alexan. num. 5. glo. in l. 1. §. ſi quis adita ff. ad Tert. ubi Barto. idem Barto. in l. 1. num. 49. ubi & Ripa, num. 205. idem Bar. in l. 2. § interdum, ubi Alexan. & Iaſ. ff. de uulg. Ferdi. Vaſqu. in lib. 2. ſucceſſi. progre. in procem. nu. 74. Qui omnes concludunt, obtenta in integrum reſtitutione, aduerſus hæreditatis aditionem locum eſſe ſubſtitutioni uulgari. Et inprimis
2 mouentur hac inter cæteras præcipua ratione: † quia reſtitutio reponit omnia in priſtinum ſtatum, l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. & ita ſubſtitutio extincta per aditionem, mediante ea reſtitutione reuiuiſcit. Nā reſtitu-

reſtitutio non ſolùm tollit perſeuerantiam, ſed etiam eradicat effectum ipſius principij, ut perinde habeatur, ac ſi hæres nunquam hæreditatem adiuiſſet, ut in d.§.ſed quòd Papinianus, habetur. Secundò hæc opinio, conſtare Docto. uidetur ex capitali tex. in l. ex cõtractu, 44.ff. de re iudi. ubi ex contractu paterno actũ eſt cum pupilla, tutore autore, & condemnata fuit, poſteaque tutor eam abſtinuit bonis paternis, & reſpondet ibi I.C. quòd bona pertinent ad ſubſtitutum, uel ad cohæredem. Tertiò inducunt l. 1. §. ſi quis adita. ff. ad Tert. ubi habetur, quòd, ſi, adita matris hæreditate, filius fuerit abſtentus per in integrum reſtitutionem, ius antiquũ obſeruatur; & ita ad agnatos pertinet hæreditas. Quartò facit l. 2. §. ſi bonorum. ff. eod. ubi, ſi filius emancipatus ſe abſtineat hæreditate per in integrum reſtitutionem, locum habet Senatuſcon. Tertul. & mater & ad ſucceſſionem admittitur. Quintò l. & ſi ex modica. §. ſed ſi per integrum. ff. de bonis libe. ubi dicitur, quòd, ſi filius liberti abſtinuerit ſe hæreditate paterna, per reſtitutionem in integrum, ſuccedit patronus. Sextò conſiderant Docto. pro hac parte. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. ibi, ergo ſi minor 25. annis adeundæ hæreditatis cauſa fuerit reſtitutus. Verũ licèt hæc opinio receptiſſima ſit, ut ferè omnes Docto. fatentur, non procedit ſine dubio, & in noſtro caſu non eſſe locum ſubſtitutioni tenet Alb. in d. §. ſed quòd Papinianus, poſt Iacob. de Raue. ab eo relatum, Curti. Iun. in l. poſt aditam, nu. 4. C. de impub. & alijs ſubſt. Et hanc opin. ueriorem appellat Thomas Calanchus in repe. l. 1. nu. 83. ff. de uulg. Cui opin. primò ſuffragatur tex. omni reſponſione ſuperior, in l. & ſi ſine. §. ſed quòd Papinianus ff. de mino. ubi in ſecundo caſu minor fuit hæres

hæres iſtitutus,& ei ſeruus neceſſarius ſubſtitutus, qui adiuit hæreditatem,& mox abſtentus fuit mediante in integrum reſtitutione;& dicitur ibi,quòd ſi hæreditas non erit ſoluendo, locus erit ſubſtituto ſeruo neceſſario,ne iniuria afficiatur defunctus.§.licet,Inſtitu.quib. ex cau.manum.non licet.Vnde quando hæreditas erit ſoluendo, non erit locus ſubſtituto ſeruo neceſſario, ut gloſſ.Barto.& Docto.per illum tex.fatentur,qui illum notant ad hoc, quòd, quando quis interrogatur de duobus,& ad unum reſpondet affirmatiuè,ad aliud uidetur reſpondere negatiuè,& econtra. Pro quo eſt text.in c.nonne,extra de præſumptio.& corroboratur per regul.l.maritus.C.de procura.ubi quòd in uno caſu conceditur,in alio negatur, & econtra. Nec obe-
3 rit † traditio gloſſ.& Docto.affirmantium,ſpeciale eſſe in ſeruo neceſſario ſubſtituto, quòd ei hæreditas nõ deferatur,quando eſt ſoluendo. Vnde ſecundum eos ſecus eſſet in extraneo uulgari ſubſtituto,ad quem hoc caſu hæreditas pertinet:cuius rationem differentiæ aſſignat gloſſ.magna in fine, in d.§.ſed quòd Papinianus;ſcilicet quia ſicut aliàs,ut libertas competat, ſufficit ſemel extitiſſe hæredem, qui inſtitutus eſt, ut in l.cum quaſi.§.ſed & ſi quis.ff.de fideicommiſſa.liber. ſic ut libertas denegetur ex ſubſtitutione,ſufficit,hæredem inſtitutum ſemel adiuiſſe. Quam rationem ſequitur Barto.& commu.Scrib.ibi. Nam hoc diſcrimen inter ſubſtitutum neceſſarium,& extraneum reijciendũ eſt.Si.n.ſubſtitutus neceſſarius non admittitur, multò minus ſubſtitutus extraneus admittendus erit.Nec oberit prædicta differentiæ ratio, quam improbat Calanchus ĩ d.l.1.nu.83.ff.de uul.Nã ſi ſufficit, ꝙ inſtitutus ſemel

ſemel extiterit hæres ad excludendum ſubſtitutũ neceſſarium. Nec ſubſtitutio ſuſtinetur fauore libertatis, à fortiori ſufficere debet ad excludendum ſubſtitutum extraneum. Secundò hanc partem ſuadet ratio;
4 quia ſubſtitutio † uulgaris ſemper expirat, adita hæreditate, cuicunque & à quocunque fiat, l. poſt aditam. C. de impu. & alijs ſubſti. Nam hæc ſubſtitutio ſub cõditione fit, ſi hæres non erit inſtitutus, l. 3. ff. de hære. inſtitu. l. 1. ff. de uulga. ideoque, quando hæreditas adita eſt ab inſtituto, deficit conditio; & excluditur ſubſti
5 tutus: quod corroboratur † ex ratione, nam adita hæreditate bona efficiuntur propria hæredis, adeo quòd cenſetur eius proprium patrimonium, iuxta gloſſ. in l. 1. §. ueteres. ff. de acqui. poſſeſſio. Philipp. Deci. in l. qui ſe patris. C. unde libe. num. 16. & eſt bonus text. in l. qui Titij. ff. de his quib. ut indig. nec ſufficit Doct. reſponſio, illud procedere regulariter, non uerò quando hæres inſtitutus aduerſus aditionem reſtiutus eſt; quo caſu intendunt ſpeciali iure ſubſtitutionem uulgarẽ per aditionem extinctam reuiuiſcere, per d. §. ſed quod Papinianus. qui text. rectè intellectus, ut prædiximus, probat oppoſitum, & ita locus erit regulæ. l. qui res. §. aream. ff. de ſolutio. quod ſemel extinctum amplius non reuiuiſcit: maxime quòd reſtitutio ĩ ĩtegrũ
6 conceſſa † uni, non ſolet alteri prodeſſe, etiam in his, quæ ſunt connexa & acceſſoria, l. 1. & 2. & ibi Bartol. adnotat. C. de fideiuſſo. mino. ubi habetur quod reſtitutio conceſſa minori, non prodeſt eius fideiuſſori; un
7 de multominus prodeſſe debet ſubſtituto. Tertiò † huic opinio. adſtipulatur regula, qui ſemel eſt hæres, amplius non poteſt deſinere eſſe hæres, de qua in §. ſed quod Papinianus l. ſi ſine ff. de mino. & in §. reſtituta,

Digitized by Google

inſtitu.de fideicommi.hæredi. Quæ locum ſibi uendicat, etiam quando hæres, qui adiuit hæreditatem, aduerſus aditionem integrum reſtitutus eſt, ut ſecurè cõcludit Iaſo.in l.poſt aditam.C.de impube.& alijs ſubſtit.& notabilis gl.in l.in ſubſtitutione.ff.dè uulg.per d. §.ſed quod Papinianus. Prætor etenim, qui cõceſsit in integrũ reſtitutionẽ, nõ potuit facere, quod desineret eſſe hæres de iure ciuili, cũ hæredẽ eo iure nõ faciat. §. quos aũt, inſtit.de bon.poſſe.Fulg.in d.§.ſed quod Papinianus. Nec oberit reſpõſio Bart. & aliorũ ibi, quòd licèt nõ deſinat eſſe hæres directò, deſinit tñ utiliter, ut in d §.reſtituta, & facit l.defunctis.C.de legi.hære. Nã rñderi poterit, quòd in fideicõmiſſo, qui ſemel eſt hæres deſinit eſſe hæres utiliter; quia hoc caſu à lege ſpecialiter reperitur diſpoſitũ. Et quãuis hoc potuit fieri à lege, tñ cũ nõ reperiatur, ꝙ fecit, ſtãte prædicta regula iuris, qui ſemel eſt hæres &c.nõ poterit fieri à priuato, ꝙ deſinat eſſe hæres utiliter ĩ nr̃o caſu, ut cõcludit Philip. Dec.ĩ l.poſt aditã. C.de ĩpub.& alijs ſubſt.poſt Bar. in l.fi.§.1.ff.ad Tert. Nã in ſubſtituto uulgari nõ reperitur diſpoſitũ: imò cõtrariũ habetur in d. §. ſed quod Papin. rectè intellecto. Quartò adducitur.l.ultim.ff.de ſucceſſ.edi.ubi prior cognatus minor bonorũ poſſ. ex propria parte accepit, & mox aduerſus acceptationẽ reſtitutus eſt, & reſpõdet ibi I.C. ꝙ cognatus inferioris gradus nõ habebit beneficiũ ſucceſſorij edicti, ſed ꝙ illa bona uacãtia fiſco deferunt. Vltimò expẽdũt Scrib. l.ſi minor.ff. de acq. hæred.ubi habet, ꝙ minor 25. annis, poſtquàm ex parte extitit hæres, in integrum reſtitutus eſt: & dicitur ibi, quòd eius cohæres non cogitur acceptare illam partem repudiatam. Sed certè licèt in caſu illius text. non cogatur cohæres acceptare il-

lā partē hæreditatis,tamen ei defertur; & poterit illā ceptare,ſi uoluerit,ut glo.in d.§.ſed quod Papinianus & ibi Docto.adnotarunt,pro qua eſt tex.in l.pen.ff.de acquir.hæredi.& in l.ex cōtractu 44.ff.de re iudi. uerum hoc ultimum fundamentum non urget pro hac parte. Nam Docto. eam tenentes limitant illam non procedere, quando adeſt cohæres qui acceptauit ſuā portionem: quo caſu concludunt hæreditatem deferri ſubſtituto,uel cohæredi,per ſupradicta iura.Sed per priora fundamenta ſatis probatum eſt à Docto.quòd obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem,non eſt locus ſubſtitutioni uulgari; qui reſpondent ad fundamenta pro communi adducta, &
8 in primis ad rationem, † quòd ſubſtitutio reuiuiſcit per reſtitutionem in integrum,per d.§.ſed quod Papinianus,negando hoc uerum,& affirmando in d.§. be-
9 nè ponderato,ut ſupra,probari contrarium.Non † obſtat d.l.ex contractu. nam reſpondent Docto. tenentes hanc partem, quod text. ille loquitur quando inſtitutus habebat cohæredē: quo caſu benè defertur hæræditas ſubſtituto,& cohæredi, ut ibi, & in d.l.pen.ff. de acquir.hæredi. ne ſequatur abſurdum, quòd quis pro parte decedat teſtatus, & pro parte inteſtatus, cōtra regu.ius noſtrum.ff.de regul.iur.& facit;nam quandiu eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento,ceſſat ſucceſſio abinteſtato,l.quandiu.90.ff.de regu.iur.Secūdo modo reſpōdēt, quod ibi erat ſubſtitutio pupillaris, quæ aditione hæreditatis nō expirat, l. poſt aditā.C.de impu.ita intelligunt illū tex.Iacob.de Raue.Albe.Curt.Iun. Vbi ſupra.Et anteaquam illos uiderem, iſtum intellectum ego conſideraui & in noſtris diſputationibus adduxi.Nec eſt diuinare,dicere,quòd ibi loquitur ī ſub-

ſtitutione pupillari, quando quidem ex illo text. apparet, quòd ſubſtitutio fuit facta à patre pupillæ. Et quãuis ſubſtitutio pupillaris expreſſa facta non eſſet, ſed uulgaris, tamen ſub ſe tacitam pupillarem contineret, l. iam hoc iure. ff. de uulga. Nec obſtant tria ſequentia fundamenta, ſcilicet l. 1. §. ſi quis adita, & l. 2. §. ſi bonorum. ff. ad Tertu. & l. ſi ex modica. §. ſed ſi per in integrum. ff. de bonis liber. quia illa iura non loquuntur in ſubſtituto, ſed in uenientibus abinteſtato, ad quos bene fatentur prædicti Docto. hæreditatem tranſire in noſtro caſu. Non obſtat d. §. interduum, l. 2. ff. de uulga. qui non pertinet ad noſtram ſpeculationem; cum ſecundum ueram, & receptam intelligentiam loquatur, quando reſtituitur ad adeundam hæreditatem, nõ aduerſus aditionem, ut malè glo. ibi in ſecundo intellectu uolebat, qui teſte Curti. Iun. ubi ſupra, communiter reprobatur. Et hæc ultima opinio inſtricta diſputatione facilius defendi poteſt. Nam magis conſonum ſubtilitati iuris mihi uidetur, quòd regulariter, obtenta reſtitutione in integrũ aduerſus hæreditatis aditionem, locus non ſit ſubſtituto uulgari, ut conſtat ex d. §. ſed quod Papinianus, qui caret ſufficienti reſponſione, niſi in caſibus ſpecialibus, ueluti quando ſubſtitutus habebat cohæredem, ut in d. l. ex contractu, & quãdo ſubſtitutus erat ſeruus neceſſarius, & hæreditas non erat ſoluendo, ut in d. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minori. Verum, prædictis non obſtantibus in iudicando, & conſulendo non recederem à prima opinio. tum quia communiter recepta eſt, tum etiam quia æquior mihi uidetur, cum in ea agatur de ſubſtinendo actu, & ſeruanda ueriſimili uoluntate teſtatoris; qui credendum eſt, dum ſubſtituit hæredi inſtituto,

ſub

ſub conditione, ſi hæres non erit, uoluiſſe etiam idem eſſe, ſi hæres erit, & aduerſus aditionem reſtitutus eſt, nec remanet hæres utiliter. Cõcludo igitur cum cõm. opi. quòd obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem, locus eſt ſubſtitutioni uulgari.

Quam concluſionem amplia primò non ſolũ proce-
10 dere, quando hæres † inſtitutus habebat cohæredem, quo caſu omnes conueniunt, quòd defertur hæreditas ſubſtituto, ut in d. l ex contractu, & in l. penul. ff. de acquir. hæred. teſte probatur, ſed etiam regulariter cõtra Iaco. de Raue. Albe. Curti. Iuni. & Calanchum, ſupra citatos. Secundò ampliatur non ſolùm locum habere, quando ſubſtitutus eſt ſeruus neceſſarius, & hæreditas non eſt ſoluendo, per d. §. ſed quod Papinianus, in ſecundo caſu, ſed etiam quando datus eſt ſubſtitutus extraneus indiſtinctè, ſiue hæreditas ſit ſoluendo, ſiue non, ut reſoluit gloſſ. magna in d. §. ſed quod Papinianus, quam ibi ſequuntur Barto. & commu. Scriben. quæ glo. uult, ſecus eſſe in ſubſtituto ſeruo neceſſario, & quando hæreditas eſt ſoluendo. Nam non cogitur adire hæreditatem, cũ ueriſimile ſit, quòd plures eam uellent, argum. l. fin. C. de neceſſa. ſeruis hæred. inſtit. Nec indiſtinctè ei defertur, ſed ita demum poterit illam acceptare, ſi alij legitimi hæredes eam nollẽt. Ter-
11 tiò declaratur, † quòd non ſolum in noſtro caſu hæreditas defertur ſubſtituto, ſed etiam cohæredi. Nam, licèt ius accreſcendi adita hæreditate regulariter ceſſent, iuxta l. 1. in fine. ff. de uſufruct. accreſcen. non tamen ceſſat, quando ille, qui adiuit hæreditatem, reſtituitur, ſed ei locus eſt, l. ex contractu. ff. de re iu. quam ad hoc dicunt meliorem de iure Bartol. Angel. Paul. Caſt. Ioann. de Imo. Alexand. nu. 4. & commu. Scrib. ibi,

ibi, pro quo eſt tex.in l.pen.ff.de acqu.hæred.Quod li mita procedere quando cohæres noluerit illam portionem; alias autem inuitus non cogitur illam accepta re, l.ſi minor, & ibi Docto.ff.de acquiren.hæred. Quar tò ampliatur, quòd nõ ſolùm hæreditas hæc repudiata defertur ſubſtituto, & cohæredi, ſed etiam uenien-
12 tibus abinteſtato.Nam.† obtenta in integram reſtitutione aduerſus hæreditatis aditionem, ſequens in gradu admittitur, l.1.§.ſi quis adita, & l.2.§.bonorũ l.ſi ex modica.§.ſi filius.ff.de bonis libe. reprobata gloſſ. 1.in fine in l.ex cõntractu.de re iudi.quæ per l.fin.ff.de ſuc ceſſo.edi. tenet quòd bona deferũtur fiſco. quam reprobant ibi Bartol. & Alexand.nu.7.qui uolunt, quòd prædictæ glo.traditio locum habeat, quando ille, qui in integrum reſtituitur, & ſequens in gradu ambo ueniunt de iure prætorio; & ita intelligunt d.l. fina. quæ loquitur in pluribus cognatis, qui tantùm de iure prætorio ante ius nouiſſimum poterant admitti, l.2.C. vnde libe.text.in princ. Inſtitu.ad Tertullia.Et rationem illorum iurium reddet gloſſ.in d.§.ſed quod Papinianus, ne quod prætor dederat priori, id ipſum concedendo inferiori, auferre uideatur, & ius prætorium ſit ludibrio, glo.in d.l.ult.Sed cum hodie omnes cognati de iure ciuili admittantur, ſitquè ſublata differentia agnationis, & cognationis, iuxta text.in Authen.de hæredibus abinteſtato ueni.§.nullam uero, iam ceſſat diſpoſitio d.l.ulti.ff.de ſucceſſo.edi.& defertur ſucceſſio cognato, inferiori ita Alber.in d.l. ex contractu, & ibi Imo.& Alexand.nu.7.quamuis Alcia.in libr.4. parado.cap. 15. uelit regulariter pertinere ad fiſcum, niſi cum uerba legis eſſent extenſiua, ut in d.§. ſi quis adita, ubi eſt uerbum, ſi uolet, quòd tractum habet, & ideò agnati

13 agnati admittuntur, quod non placet. Quintò † amplia-
quòd, obtenta in integrum reſtitutione aduerſus hære
ditatis aditionem, locus eſt ſubſtituto uulgari; quod
non ſolum prædictus ſubſtitutus ſuccedere poterit de
iure prætorio; in quo omnes tenentes commun. opin.
conueniunt, ſed etiam iure ciuili, ut concludit Bart. in
l. 1. nu. 49. & in l. 2. §. interdũ ubi Alexan. qui teſtatur
magis commu. & Iaſo. qui affirmat omnes tenere cum
Barto. & ibi Ripa, nu. 205. ubi communem appellat. ff.
de uulga. idem Barto. in l. 1. §. ſi quis adita. ff. ad Tert.
idem Bartol. in l. ex contractu. ff. de re iudic. & in l. & ſi
ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de mino. & in eam uide
tur inclinare Paul. Caſtr. in l. poſt aditam, in fine. C. de
iure delibe. ubi Sebaſtia. Sapia nu. 8. in rep. eam expreſ
sè tenet, & communiter receptam aſſerit. Quæ opinio
conſtare prædictis Docto. uidetur ex l. 1. §. ſi quis adi-
ta. ff. ad Tert. Verum articulus iſte non caret difficulta
te, & in noſtro caſu non admitti ſubſtitutum de iure
ciuili, ſed tantùm de iure prætorio tenuerunt Vltramõ
tani à Barto. citati, & Cyn. in l. qui ſe patris. C. unde li
be. Fulgoſ. in d. §. ſed quod Papinianus, ubi teſtatur cõ
mu. in nu. 6. & idem in d. l. poſt aditam, nu. 3. Cuma. in
d. l. ex contractu, ubi ſimiliter comm. teſtatur, ubi Pau.
nu. 4. refert iſtam opinio. & contrariam, & non clarè
ex eo colligi poteſt quam uoluerit tenere, aſſerit ta-
men, quòd retenta hac opinio. erit unus caſus, in quo
hodie neceſſaria erit bonorum poſſeſſi. eam tenet Pau.
in l. ſi filius hæres. ff. de libe. & poſthum. nu. 13. & Areti.
in d. §. interdum, ubi Iaſo. nu. fina. dicit, quòd diſputa-
tiuè in puncto iuris plus ſibi placet hæc opinio. Quam
opinio. in primis ſuadere uidetur ratio; nam cum hæ-
res inſtitutus, qui adijt hæreditatem, & poſtea median-

te

te reſtitutione in integrum abſtentus eſt, remanſit hæres de iure ciuili, iuxta text.in d. §. ſed quod Papinianus, & in l.ei qui ſoluendo. ff.de hæredi.inſtit.non poterit aliàs eodem iure eſſe hæres, l. quod contra. §. uni. ff.de regu.iu.l.hæreditate.§.pater.ff.de caſtr.pec. Non enim poſſunt duo hæredes ex eodem iure eſſe inſolidum, ſicut nec duo dñi, l.ſi ut certo.§.ſi duobus.ff. cõmoda. Nec oberit reſponſio Bart. quòd inſtitutus remaneat hæres de iure ciuili directò, & ſubſtitutus eodem iure poterit eſſe hæres utiliter, ut euenit, quando alicui hæreditas reſtituta eſt ex Senatuſconſulto Trebelliano.§. reſtituta, inſtitu.de fideicommiſſ.hær. Nam reſponderi poteſt, quòd per legem bene poteſt fieri, ut duo ſimul de iure ciuili ſint hæredes, unus directò, & alter utiliter. Sed hoc uerum eſt, quando à lege reperitur ita diſpoſitum, ut in fideicõmiſſo reſtituto per Trebelli. ſed in noſtro caſu non reperitur hoc conceſſum. Fulgo. tamen reſpondet negando, quòd ille, cui hæreditas reſtituitur ex fideicõmiſſo, ſit hæres de iure ciuili Nã licèt authoritate Senatuſcõſulti Trebelliani, quod eſt ius ciuile, ei reſtituatur hæreditas, habet tamen utiles actiones de iure prætorio. Alio modo reſpondent Paul.in d.l.ſi filius hæres, nu.14.quod illi ſunt hæredes ex diuerſis partibus iuris ciuilis, non ex eadem, quia hæres inſtitutus remãſit hæres nomine, l.12. tabul.fideicommiſſarius uerò efficitur hæres utiliter, & effectualiter ex Senatuſconſulto Trebelliano. Verum hanc reſponſionem meritò improbat Ripa, ubi ſupra, dicens, quòd non uidet rationem ſufficientem diuerſitatis, quare admitti non poſſit ex eadem iuris ciuilis parte, ſicut ex diuerſa, & meo iudicio confunditur, ſi conſideres, quòd omnes leges ciuiles antiquæ & nouæ quaſi

uno

vno eodem ore profuſæ, pro eadem diſpoſitione habentur, l. 1. §. ſed nec & l. 2. §. tanta. C. de ueteri iure enucle. Secundò vrget. d. §. interdum, ſecundum 1. lecturā. Tertiò regula, quæ habet, quòd ille, qui admittitur per remotionem alicuius obſtaculi, eo iure admitti debet, quo remouetur obſtaculum, l. facta §. ſi in danda. ff. ad Trebellia. glo. in l. cum in ſecundo. ff. de iniuſto rupto. Vnde cùm ſubſtitutus admittitur beneficio reſtitutionis conceſſo à prætore, eo iure, & non ciuili debet admitti. Sapia reſpondet negando, regulā illam eſſe veram. Nam emancipatus exhæredatus inſtituit querelam, quæ eſt de iure ciuili, remoto obſtaculo per bonorum poſſeſſio. gratia litis agnoſcendæ, quæ eſt de iure prætorio, ut notatur in l. 2. C. de inoffic. teſtam. & in l. Papinianus. §. 1. ff. eo. & ad §. ſi in danda, reſpondet quòd ibi prætor remouet obſtaculum, & dat ſpecialē remedium ſuccedendi. Quartò facit d. §. ſed quod Papinianus, in fine, ubi dicitur, quòd ſi minor reſtituatur aduerſus aditionem ſuam, ſecundus, cui competūt actiones utiles non eſt hæres; unde non ſuccedit de iure ciuili. Sed reſpo. Iaſ. quòd ille qui utiliter eſt hæres, non eſt propriè hæres, ſicut nec dominus utiliter; dicitur propriè dominus l. 1. §. 1. ff. ſi ager uec. Et reſpon-
14 det ad d. §. ſi quis adita, Paul. Caſtr. in d. l. ſi filius hæres nu. 14. quòd ibi ex diuerſis partibus iuris ueniunt hæredes; unus ex lege 12. tab. alter ex ſenatuſcōſulto Tertulliano, ſed ut ſupra dixi, hæc ſolutio nihil ualet, Vnde Cuman. in d. l. ex contractu reſpondet, quòd ibi ſenatuſconſultum uocauit filium inter agnatos, ſeu legitimos cum hac clauſula, quòd ſi filius uolet, admittantur legitimi, & ex illa clauſula mouetur I.C. quia uerbum uolet habet per ſeuerantiam, l. ſi quis fuerit Sti-

chum,aut Pamphilum,ff.de uerbo.obli.Et hæc ultima opinio.ut fatentur Aretin. & Iaſo. in puncto iuris uerior uidetur,ſed à prima Bartol. & Modern. recedendum non eſt,quia eſt magis comm.& æquior;Retenta communi principali opinione quòd locus eſt ſubſtitutioni, hæc eſt utilis inueſtigatio. Nam cum poteſt uenire de iure ciuili,admittetur uſque ad 30.annos, l.licèt.C.de iure delib.aliàs autem ſi tantùm de iure prætorio,habet ſolùm annale tempus, aut centum dierum,l.ſi emancipati.C.qui admitti.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio annua, quando in ſtipulatione ſit mentio hæredum, perpetua eſt,& legatum ſimile annuum.*

2 *Hæredis appellatio non ſolum ad proximum hæredem, ſed etiam ad ulteriores refertur.*

3 *Obligatio annua, etiam ſi in ſtipulatione appoſitum eſt tempus,quoad uiuam,perpetua eſt ipſo iure.*

4 *Tempus non eſt modus tollendæ,uel inducendæ obligationis,et quæ ſit ratio huius regulæ.*

5 *Cauſa ſit omnis actus iuriſgentium,vel ciuilis,ex quo oritur obligatio & remota cauſa tollitur obligatio.*

6 *Cauſa finalis quæ dicatur, & latius num.* 8. *& de eadem re. nu.* 12.

7 *Tempus nullius humani actus eſt cauſa, ſed eſt comes quidam.*

8 *Cauſæ quatuor ſunt in omnibus actibus iuriſgentium, et ciuilibus materialis, formalis,efficiens,& finalis,*

9 *Stipulatio annua,cum adiectione temporis,quoad uiuam,licèt mero iure ſit perpetua, poſt mortem ſtipulatoris obſtat exceptio,quod eſt ſecus in ſimili legato,& quæ ſit ratio differentiæ, nu.* 15.

10 *Stipulatio annua ſimpliciter abſque adiectione temporis,quoad uiuam, concepta an ſit perpetua ſine exceptione? quæſt. ardua.*

Stipu-

11 *Stipulationes omnes ſiue dandi, ſiue faciendi, ſiue in eis fiat mentio hæredum, ſiue non in dubio ſunt perpetuæ.*

12 *Annua obligatio extinguitur, quando cauſa ob quam conceſſio facta eſt, finitur.*

13 *Promiſſio annua facta aduocato, uel medico propter officium non tranſit ad eorum hæredes.*

14 *Annua conceſſio ad alimenta facta non eſt perpetua, ſed pro primo anno eſt pura, & proſequentibus conditionalis.*

15 *Ratio noua differentiæ inter legatum annuum, & ſtipulationem.*

16 *Legatum annuum, quando conſtaſſet, quòd non fuit relictum contemplatione alimentorum, eſſet perpetuum.*

17 *Legatum annuum relictum cum præfinitione temporis eſt perpetuum, niſi tempus præfinitum ſit uita legatarij, & quæ ſit ratio.*

18 *Legatum, quãdo à teſtatore diuiditur in annuas præſtationes ratione hæredis grauati, eſt perpetuum.*

19 *Promiſſio annua facta contemplatione promittentis non erit perpetua, ſed pro primo anno pura, & pro ſequentibus conditionalis.*

20 *Annua promiſſio facta pauperi, non eſt perpetua cum commu. contra aliquos*

21 *Legatum annuum relictum reipublicæ, uel dignitati an ſit perpetuum. q. controuerſa.*

22 *Ciuitatis uita an præſumatur eſſe centum annorum, & num. 23. quod non.*

23 *Perpetuò, uerbum habet plures ſignificatus, et ſecundum materiam ſubiectam temperatur.*

24 *Intellectus uerus ad §. item ſi reipublicæ. l. 3. ff. ad leg. fal.*

25 *Vſuræ trientes quæ dicantur, & uſura centeſima.*

26 *Legatum annuum quanti æſtimabitur hodie.*

27 *Fructus certi fundi, ſi reliquantur in ſingulos, annos perinde eſt, ac ſi uſusfructus eſſet relictus, & ſi reipublicæ relinquitur, finitur 100. annis legatum.*

28 *Legatum annuum relictum reipublicæ, deſtructa reſpublica, finitur.*

29 *Legatum annuum relictum fratribus minoribus quando ualeat*

uel alia annua conceſsio.

30 *Alimentorum ſunt capaces illi, qui alias ſunt incapaces, & qualiter intelligatur, nu. 31.*

31 *Fratres minores ſunt incapaces legati alimentorum perpetui.*

32 *Fratres minores ſunt capaces legati annui, quando relictum eſt ad modicum tempus, & non pro alimentis, & eſt modicæ quantitatis.*

33 *Fratribus minoribus poſſunt relinqui alimenta pro certo die, uel menſe, non tamen annuatim.*

34 *Legatum annuum relictum fratribus minoribus pro ſtudio, ac libris emendis ualidum eſt.*

35 *Annuum legatum relictum fratribus minoribus pro diuino cultu, & non pro eorum commodo ualet.*

36 *Fratres minores temporibus, quibus mendicitate non poſſent ſe alere, ſunt capaces alimentorum annuarum conceſsionum.*

37 *Annua præſtatio debetur in principio cuiuslibet anni, quod declara, ut in fine.*

38 *Annua conceſsio in hoc anno debetur in fine anni.*

De obligatione annua, & an ſit perpetua ſine aliqua exceptione, quando nõ eſt ad poſitũ tempus quoad viuam?

Cap. XXXIII.

1 INdubitati iuris eſt annuam obligationẽ, quando in ſtipulatione † eſt facta mentio hæredum, perpetuam, ac ad hæredes in infinitum tranſitoriam eſſe, l. ſancimus. §. fina. in fine. C. de donatio. l. ueteris. C. de contrahen. & committen. ſtipu. & idem omnino eſt in legato annuo, in quo mentio hæredum fit, quòd ſimiliter perpetuò ad hæredes tranſmittitur, l. in

2 annalibus. C. de legat. Nam hæredis appellatio † non ſolum

ſolum ad proximum hæredem, ſed etiam ad ulteriores in infinitum refertur l. hæredis appellatio. 65. ff. de uerbo. obligatio. l. 4. ff. de iure immuni. Nec obeit l. antiquitas. C. de uſufructu. Nam ſpeciale eſt in uſufructu, quòd ſi legatus eſt tibi, & hæredibus tuis, tantùm de primis hæredibus intelligatur: cuius ſpecialitatis ratio in d. l. antiquitas. habetur, & colligitur ex l. 3. & ex l. an uſusfructus. ff. de uſufructu, ne ſcilicet inutilis remaneat proprietas ſēper abſcedēte uſufructu. Quæ ratio in legato annuo non eſt. Præterea obligatio annua,
3 † etiam ſi in ſtipulatione appoſitum ſit tempus, quoad uiuam, mero iure perpetua eſt, l. eum, qui ita 56. §. qui ita. ff. de uerbo. obliga. §. at ſi ita, Inſtitut. de uerbo.
4 obliga. quia † tempus non eſt modus tollendæ, uel inducendæ obligationis, ut ex dictis iuribus colligitur, & expreſſius habetur in l. obligationum ferè. 43. §. placet. ff. de action. & obligat. & in l. ſi certis annis. C. de pactis, & facit l. ſeruitutes. 4. ff. de ſerui. titu. gener. l. nemo poteſt. 58. ff. de legat. 1. & huius regulæ rationem aſſignare uidetur d. §. placet, dum dicit, placet ad tempus obligationem conſtitui non poſſe non magis, quàm legatum. Nam quod alicui deberi cœperit, certis modis deberi deſinit. Itaque uult I.C. ibi quòd non tempore ſed certis modis tollatur obligatio, ſcilicet pacto, & ſatisfactione, de quibus agitur in titulo Inſtitut. quibus mod. tolli. obliga. quæ ratio magis uidetur dicti declaratio, quàm ratio: quòd non ſemel apud I.C. reperitur Vnde ſecunda ratio colligitur ex traditis à Bartol. in l. ſeruitutes. ff. de ſerui. num. 4. aſſerentis obligationem oſſibus adhæreri, aſſimilarique characteri, gloſſ. in l. 3. ff. pro ſocio, & in l. quis ergo caſus. ff. de pecul. & ideo tempore tolli non poſſe. Sed certè hæc ratio non eſt ſuffi-

ſufficiens.ſi quidem ex ea non apparet, quare obligatio characteri aſſimiletur, & eodem morbo laborat alia ratio,quæ colligi poteſt ex traditis à Bald.in l.fina. C.de lega.Vnde Hotoma.in §.omnis 6.enūti.Inſti.de uerbo.obligatio.huius regulæ rationem aliam aſſignat dicens, quòd nullæ qualitates in iure ciuili præfinitionem temporis recipiunt. Itaq; non poteſt quis eſſe hæres,filius,aut ſeruus ad tempus,ne ſit in hominis priuati poteſtate uim legis ad arbitrium conſtituere: & ita nec legatum,nec obligatio ad tempus conſtitui poteſt.Sed aduerte,quòd hæc ratio non concludit: nam in hominis priuati poteſtate eſt tollere obligationem mediante pacto, uel ſatisfactione, & alijs modis, de quibus in titulo,Inſtitu. quibus modis tollitur obligatio.Ideoq; adhuc remanet dubium,quæ ſit ratio, quare mediante præfinitione temporis non poſſit tolli obligatio.Vnde pro fundamētali ratione præmittendū,eſt
5 quòd omnis actus,† ſeu diſpoſitio iuriſgentiū, uel ciuilis,ex quo obligatio oritur,ſit cū cauſa & tollitur ea remota.Nam ſecundum Cardin.in clemen. 2. verſicul. ab olim,de ſepultu.cauſa eſt per quam ſit unumquodquè cauſatum;qua remota tollitur cauſatum; & Bald. in l.1.nu.12.C.de falſa cauſa.tradit, quòd cauſa fina-
6 lis dicitur † in contractibus, de cuius radice emanat obligatio,per l.damus.ff.de condictio.indebi.Hoc ſuppoſito ratio, quare tempus non eſt modus tollendæ,
7 uel inducendæ obligationis eſt, quia tempus † nullius humani actus cauſa eſt, ſed potius comes quidam. Nam actus humani non fiunt,nec tolluntur tempore, ſed temporis concomitantia: ita uoluit Bald. in l.unica,nu.7.C.quando non pete.par.& Chriſtofo.in titu. de uerbo.obliga.in §.at ſi ita, nu.4. & ſenſit idem Bal.

in l. Emilius Largianus, nu. 12. ff. de mino. dum dixit, quòd tempus nõ muneratur inter cauſas, ſed interme dia extremorũ. Sed quia materia hæc annuarũ præſta tionum eſt multum dubia, ut tradit Iaſo. in l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio, poſt plures alios, uſque adeo quòd immodeſtè Baldus ibi dicat quòd in ea uidetur iuriſcõſultos fuiſſe ſtultos & in illo text. Pomponium unam beſtiã, Qua de re occurrunt maximæ difficultates, quia aliquando conceſſiones annuæ ſunt perpetuæ, & aliquando temporales: & diuerſum ius reperitur in conceſſionibus annuis contractum, quam in conceſſionibus annuis ultimarum uoluntatum. Vnde pro intelligentia huius difficiliſſimæ materiæ: cum ſecundùm Philoſophum in primo Ethicorum, quem refert Iaſ. in l. pupillus ſi fari, nu. 1. ff. de acquir. hæred. ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere: præmito illud, quod magiſtraliter docet Humbertus de Bonenco in repetit. Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. num. 11. ſcilicet
8 quòd ſicut in naturalibus † rebus productis in eſſe quatuor ſunt principaliter cauſæ, duæ eſſendi, materialis uidelicet, & formalis, & reliquæ duæ extrinſecus ad eſſe rei uenientes, nempè efficiens, & finalis, ſimiliter, in pactis, contractibus, & alijs actibus noſtris, & diſpoſitionibus humanis iuriſgentium, & ciuilibus ſunt etiam prædictæ quatuor cauſæ. Materialis eſt res, quæ principaliter per partes in contractibus deducitur. Cauſa formalis ſolẽnitas, & forma ipſius actus; Cauſa efficiens eſt duplex mediata, ſeu remota ſunt perſonæ cõtrahentes Cauſa immediata, ſeu propinqua eſt eorum conſenſus: & huius cauſæ efficientis defectus impedit effectum in eſſe produci, dum eſt in fieri, licèt actum perfectum deficere nõ faciat. l. furo 1. ff. de ſpon

ſa.

ſa.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui l.ultim.ff.unde lib.declarat Anton.Rub.in repet.§.morte, nu.139.& Humb.ubi ſupra nu.21.& nu.44. Cauſa finalis eſt.ipſa ratio mouens aliquem ad agendum,& effectus,qui ex actu reſultat,ad quem actus tendit,ſeu ordinatur,qua deficiente etiam actus iam perfectus deficit.l.2.§. fin. ff.de donatio.l.1.§.ſi parendi,& l.ſi pecuniam,in prin. ff.de condict.cau.dat.l.generaliter.C.de epiſco.& cle. declarat latè Humb.ubi ſupra num.111. Et quia aliquando contingit,quòd propter defectum,& in habilitatem alicuius ex iſtis quatuor cauſis actus non producitur in eſſe,uel poſt perfectū deficit, ex hoc prouenit,quòd in his conceſſionibus annuis, ſicuti in cæteris actibus aliquando finitur obligatio: quia ceſſat cauſa conceſſionis.His breuiter præhabitis primò declaratur prædicta concluſio, ſcilicet quòd obligatio an-
9 nua † cum adiectione temporis,quoad uiuam,eſt perpetua intelligatur perpetuam eſſe mero iure : ſed quod poſt mortem ſtipulatoris ex æquitate obſtet exceptio.l.eum,qui ita 56.§.qui ita.ff.de uerbo. obligat. §.& ſi ita,Inſtitut.eod.ubi dicitur, quòd ſi ſtipuler decem aureos annuos, quoad viuam, pure facta ſtipulatio intelligitur,& perpetuatur; quia ad tempus deberi non poteſt; ſed hæres petendo pacti exceptione ſummouebitur.Et ratio eſt:nam mero iure non potuit tolli temporis præfinitione obligatio:quia tempus nō eſt cauſa:nec etiam ceſſatione conſenſus partium quæ eſt cauſa efficiens,quæ actum perfectum deficere non facit,ſed ex æquitate,quia iſte conſenſus partium deficit,ope exceptionis conſtitutum eſt, ut deficiat actus & extinguatur obligatio. Sed in hoc articulo diuerſum ius reperitur in ſimili legato annuo. nam,ſi teſta-

tor

tor legat decem aureos annuos, quoad uiuat legatarius, huiuſmodi legatum nec mero iure ad hæredes legatarij poſt mortem eius tranſmittitur, ut reſoluunt Docto. in d. §. ſtipulatio, ubi Iaſo. num. 17. pro quo eſt text. ibi &, in l. 4. ff. de annuis lega. & in l. ſenatus. §. ulti. ff. de donationibus. Et ratio differentiæ eſt ultra Docto. quia in legato ceſſat ratio finalis mortuo legatario, quæ ſunt alimenta eius, quorum contemplatione legatum cēſetur factū, ut mox latè dicetur. Sed articu
10 lus valde controuerſus eſt, † utrum obligatio annua, quando ſtipulatio ſimpliciter abſque adiectione tēporis, quoad uiuam, concepta eſt, perpetua, ac ad hæredes tranſitoria ſit non ſolùm mero iure, in quo non eſt dubiū, ſed ēt oīno taliter quòd nō obſtet exceptio poſt mortē ſtipulatoris: & obſtare exceptionē licet ipſo iure ſit perpetua, uoluit gl. in l. ſi Stichū 16. §. ſtipulatio, ff. de uer. ob. in uerb. ſtipō, uerſ. itē eſt perpetua, ibi, ſed hæres meus exceptione repellitur: quā ibi ſequuntur Barto. Pau. Caſtr. uterque, nu. 2. & Ioann. de Imo. licèt Paul. fateatur de iuris rigore contrariam ueriorem uideri, ubi Ioann. Corra. nu. 3. licèt cōtraria teneat commu. teſtatur: eam tenet Angel. in §. at ſi ita, in fina. uerb. Inſtitu. de uerbo. oblig. pro qua opin. in primis expendunt Docto. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. ubi teſtator reliquit in ſuo teſtamento Titio decem & ſi perdidiſſet, rurſus id, quod relictum erat, reliquit, dubitatum fuit; an ſi legatarius ſæpius perdidiſſet, ſæpius hæres ei reſarcire debeat, & reſpondet ibi I. C. quòd nō amplius, quàm ſemel, poſtquàm perdidiſſet, præſtandum eſſe, ne hæres in infinitum oneretur. Vnde in noſtro caſu, ne promiſſor in infinitum cogatur ad annuam præſtationem, dicendum uidetur

poſt mortem eſt ſtipulatoris exceptionem obſtare debere. Secundò inducunt l. ſancimus. §. ultimo. C. de donatio. ubi aliquis fecit donationem in qua promittebat annuam præſtationem tantæ ſummæ, quæ legitimæ donationis modum non excedebat; dubitatum fuit apud antiquos, an una donatio cenſeretur, & ita inſinuatio eſſet neceſſaria, an multæ? & Imperator decidit ibi, quòd, ſi fuerit facta huiuſmodi annua donatio ad uitam donatarij, vel donantis, plures donationes cenſeantur: ſin autem in ea fuit mentio hæredũ, quaſi perpetuata indigeat inſinuatione. Cõſiderant etenim illum text. in eo quòd dicit, ſi hæredum ſit mentio cenſetur quaſi perpetuata. Vnde in dubio, quando non fit mentio hæredum, ut in noſtro caſu, non intelligitur perpetuata. Vltimò huic opin. ſuffragatur ratio. nam in ſtipulationibus uerba in dubio contra ſtipulatorem, & ſecundum promiſſorem interpretanda ſunt, l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus & l. quidquid aſtringendæ. 99. in prin. ff. de uerbo. obligatio. pro quo urget regula l. ueteribus. ff. de pactis. quod cõtra eum eſt interpretandum, qui apertius legem dicere potuit. Vnde in noſtro caſu, cum ſimus in dubio, uidetur, quòd ſit interpretandum contra ſtipulatorem, quod obſtet exceptio poſt mortem eius, & nõ ſit omnino perpetua. His tamen non refragantibus à contraria opinio. recedendum non eſt, quæ longè uerior uidetur, & procul dubio frequentior eſt, ſcilicet quòd obligatio annua, quando in ſtipulatione non eſt appoſitum tempus, quoad uiuam, eſt perpetua, & ad hæredes tranſitoria, abſque eo quòd aliqua obſtet exceptio poſt mortem ſtipulatoris. Quam ſententiam ſentire uoluit gloſſ. in l. 4. ff. de annu. lega. ibi item ſecus in ſtipulatione, dum

ſimpli-

ſimpliciter dicit,quod huiuſmodi annua ſtipulatio eſt perpetua,nec morte ſtipulatoris finitur: & ibi Alber. dũ tradit, quòd tranſmittitur ad hæredes, licèt ſecus ſit in legato annuo, & Bartol. dum aſſerit aliud eſſe in contractibus,quàm in legatis: & expreſsè eam tenent poſt Dyn.& Petr.Docto.communiter in l.ſi Stichum. §.ſtipulatio.ff.de uerbo.obligat.ubi Alberi. de Roſ.nu. 3.uerſic.decimo tertio,Bald.Ange.Rapha.Cuma.Ludu.Roma.nu.9.Aretin.Alexan.nu.4.Iaſ.nu.9.Alciat. nu.13.Zaſi.nu.11.qui tres ultimi commun.teſtantur. eam ſequitur Benedic.de Plumbi.in l.ſi ita fuerit,la 2. ff de manum.teſtam.à Iaſo.relato Ioann.Fab. in §.omnis,num.ulti.Inſtitu.de uerb.obligatio.ubi dicit,quòd omnes reprobant gloſſ. dicentem contrarium, & ibi Hotoma.in 6.enunti. Quæ ſententia primò probatur ex deciſione.l.ueteris C.de contrahen.& committen.
11 ſtipul.ubi habetur, quòd ſtipulationes † omnes ſiue in dando,ſiue in faciendo,ſiue in eis fiat mentio hæredũ, ſiue nõ,in dubio cẽſentur reales,& ad hæredes tranſitoriæ.Cum igitur obligatio annua non reperiatur expreſsè excepta,intelligendum erit per prædictam regulam perpetuam eſſe. ſiquidem inhærẽdum ſit regulæ, quando exceptio non bene probatur,glo.in l.omnis definitio.ff.de regu.iu. Secundò hanc partem ſuadet ratio:nam, ut prædiximus, obligatio annua ex ſua natura eſt perpetua l.cũ qui ita 56.§.qui ita. ff. de uerbo.obligatio.§.at ſi ita,Inſtitut.eod. & ſic contra naturam actus non debemus ſubintelligere tempus uitæ, maximè in ſtipulationibus,in quibus à verbis contrahentium non facilè receditur.l.quidquid aſtringendæ, ubi Scriben.adnotant.ff.de uerbo.obligatio. Tertiò his accedit regula l.ſi pactum.ff.de probatio. ubi habetur,

Digitized by Google

quòd in dubio in qualibet obligatione cenſetur quis ſibi,& hæredibus ſuis prouidere. Vltimò hæc opinio conſtat ex l.ſi ſtichum.16.§. ſi ſtipulatio. ff. de uerbo. obligatio.ubi Pomponius I.C.ita eleganter ait. ſtipulatio huiuſmodi in annos ſingulos una eſt, & incerta, & perpetua;non autem finitur, quemadmodum ſimile legatum morte legatarij finiretur. Ex qua clarè apparet non ſubaudiendo literam, ſed intelligendo illā planè,loqui de perpetuitate tam mero iure, quàm et cum effectu ſine eo quòd obſtet exceptio. Nam, ut aduertit Roma.ibi ſi aliter intelligeretur, eius diſpoſitiō eſſet impoſita uerbis, & non effectu. quandoquidem ſolùm operaretur, quòd eſſet opus opponere exceptionem. Nec obſtat, ſi aliquis reſpondeat, quòd non eſt nouum in iure,quòd perpetua obligatio appelletur,quæ tantum mero iure ſubſiſtit, ut apparet ex d. §.at ſi ita,Inſtit.de uerbo.obliga. Cum reſponderi poſſit text. ibi ulterius procedere dicendo, quòd obſtat exceptio. Nec oberit, ſi ponderetur d.§.ſtipulatio, in eo, quod dicit, ſtipulationem annuam incertam eſſe. Nam; ſi eſt perpetua uidebitur eſſe certa. Cui difficultati multipliciter reſpondent Iaſ.nu.14. & Zaſi.ibi. Stipulatio etenim perpetua proculdubio incerta eſt, cum incertam contineat quantitatem: quia infinitum non eſt commenſurabile. Vnde meritò pro ea ſtipulatione nòn competit certi condictio, ſed actio ex ſtipulatu;ut bene reſoluunt Barto. Aretin.& Iaſ.& commu. Scribent.ibi.Retenta igitur hac ultima opini. non obſtat d.§.ſi quis decem. Nam ibi diſpoſitio non intelligitur perpetua, quia facta fuerat per dictionem illam, rurſus, quæ, ut ibi notatur de ſui natura duobus uerificatur. Sed aliter reſpondeo, quòd ibi legatum non

erat

erat conſtitutum ad tempus, ut diceretur quòd de ſui natura deberet eſſe perpetuum, ſed uoluit teſtator, quòd ſi caſu perdidiſſet rem legatam, iterum ea daretur. Et ita ceſſat ratio ſupradicta, quòd debeat eſſe perpetua; quia tempus non eſt modus tollendæ, uel inducendæ obligationis. Nec obſtat d.l. ſancimus. §. ultimo. C. de dona. Nam reſpondet Imola & Iaſ. in d. §. ſtipulatio, quòd licèt diſpoſitio illius tex. pro utraq ue parte trahi poſſit, inducendo illum à contrario ſenſu, uerè pro nulla parte urget. Nam imperator reſpondet, ibi ponendo duos caſus ad noſtrum articulum nõ pertinentes, & quoad nos indubitabiles, primum quando expreſsè facta eſt mentio uitæ, ut ſi adiectum eſſtẽpus, quoad uiuam: quo caſu proculdubio poſt mortem ſtipulatoris obſtat exceptio. §. at ſi ita, inſtitu. de uerb. obligatio. Secundum quando expreſsè eſt facta mentio hæredum, & contrahentes conuenerunt, quòd tranſiret ad hæredes: quo caſu non eſt dubium, quin ſit perpetua. l. ueteris. C. de contrahen. ſtipula. facit l. in annalibus. C. de lega. Sed quando ſtipulatio annua ſimpliciter contracta eſt, hoc eſt abſque adiectione uitæ donatarij, uel donatoris, uel ſine mentione hæredũ, circa quod dubium noſtrum uerſatur, nihil ibi deciditur. Nec obſtat, quòd in ſtipulationibus in dubio eſt interpretandum contra ſtipulatorem, qui apertiùs legẽ dicere potuit. Nam regula illa non procedit, ut fiat interpretatio contra naturam contractus, ut in noſtro caſu, in quo natura ſtipulationis annuæ eſt, quòd per-
12 petuò duret. Secundò declara † prædictam regulam, quòd annua obligatio eſt perpetua, non procedere, quando cauſa finalis, ob quam facta eſt conceſſio, ceſſaret in perſona hæredum. Nam finita cauſa ſtipula-

tionis

Digitized by Google

tionis finiri debet obligatio, ut concludit Iaſ. in d. §. ſtipulatio, nu. 3. arg. l. Seio, in princ. ff. de annu. lega. & l. Titia Seio. 89. §. uſuras. ff. de legat. 2. & facit l. fina. C. de his, qui non poſſunt ad liber. peruen. Quod ego intelligo, quando ceſſat cauſa finalis, hoc eſt ipſa ratio mouens aliquem ad agendum, uel effectus, qui ex actu reſultat, uel ad quem actus ordinatur. Nam, ea ceſſante, etiam actu perfecto, ceſſat effectus, l. 2. §. ultim. ff. de donatio. l. generaliter. C. de epiſcop. & cleri. declarat Humber. in repet. d. ſacramenta puberum, nu. 111. & facit generalis regul. c. cum ceſſante cauſa ceſſat effectus, extra de appellatio. Et quamuis Iaſ. ſentire uelit, quòd hoc caſu tollatur obligatio ope exceptionis, dũ dicit, quòd finitur obligatio. cum effectu proculdubio meo iudicio etiam mero iure tollitur obligatio. Nam iura, quæ diſponunt, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus intelligi debent, etiam ipſo iure. Ex qua declaratione

13 primò deducitur, quòd † ſi ego promiſi alicui Doctori decem annua, ut eſſet aduocatus meus in omnibus meis negotijs, uel ſi medico, ut curaret omnes infirmos domus meæ, quòd huiuſmodi annua obligatiò non tranſibit ad hæredes iſtius aduocati, aut medici ſtipulatoris, ſed quod eo mortuo, & cauſa finita extinguitur obligatio: ut determinat Iaſ. in d. §. ſtipulatio, nu. 3. arg. d. l. Seio, in princ. & d. §. uſuras, & corũ quæ utrobique adnotauit Barto. De quibus ſalarijs latè agit idẽ Bartol. in l. 1. §. Diuus. ff. de uarijs, & extraordi. cognit.

14 Secũdò † ex hac declaratione deducitur regula generalis, quòd conceſſio annua ad alimenta alicui facta non eſt perpetua, ſed morte eius etiam ipſo iure finitur, ſiue ex ultima uoluntate ſiue etiam ex contractu deſcendat. Nam alimenta alendi morte finiuntur l.

cum

cum hi.§.modus.ff.de tranſact. Vnde cum morte eius ceſſet cauſa finalis ceſſare debet conceſſio. Ex qua regula primò inferò † nouam differentiæ rationẽ, quare
25 diuerſum ius reperitur conſtitutum in ſtipulatione annua, & in ſimili legato annuo. Nam, ſi teſtator legat alicui decem aureos annuos, huiuſmodi legatum morte legatarij finitur, & pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus annis conditionale: quia ineſt conditio, ſi uiuat. Stipulatio uerò eſt pura, perpetua, & incerta. l.ſi ſtichum.16.§.ſtipulatio, ubi Scriben. adnotant. ff.de uerbo. obligatio.l.Senatus.§.fina. ff. de donatio. cauſ. mortis.l.4.& l.cum in annos 11.ff.de annuis lega.l.cũ in annos.ff. quãdo dies leg.ced.l.Titio.ff.ad legem Falcid.declarat eleganter d. Couarru. libr. 3. reſolu.cap. 9.num.10.Quod mirum uidetur, cum legatum, ſicut promiſſio conſtitui ad tempus non poſſit; nec in legato tempus ſit modus tollendæ, uel inducendæ obligationis l.obligationum ferè 43.§.placet.ff. de action.& obligatio.l.nemo poteſt 58.ff.de legat.1.Qua de cauſa Scriben.diuerſis in locis ualde laborant in reddenda diuerſitatis ratione inter legata, & ſtipulationes, præcipuè Iaſ.nu.12.in d.§.ſtipulatio, & ibi Alcia.num. 2.latius idem Alci.in lib.1.paradoxo.cap.15.Quarum prima differentiæ ratio eſt, quia legata ſolent fieri propter merita legatarij, l.nec adiecit.ff.pro ſocio, ideoque morte legatarij extinguuntur. Sed certè hæc ratio uera non eſt: nam ſimiliter promiſſio mortis cauſa fit propter merita, ut in d.l.nec adiecit, habetur; & nihilominus perpetua eſt, l.ſenatus.§.fin.de donat. cauſ. mor.Secunda ratio eſt; quia legata regulantur à uoluntate teſtatoris.l.in conditionibus primum locum. ff.de conditio.& demonſtr.l.cum quæſtio.in fine.C.de leg.

ſed

ſed uoluntas teſtatoris eſt, quòd ille, cui legauit in ſingulos annos, non habeat perpetuò, ſed quandiu uiuat. Vnde neceſſariò ſubeſſe debet conditio, donec uiuat. Quæ ratio ceſſat in ſtipulationibus, in quibus id ſolum attenditur, quod uerba ſonãt. l. quidquid aſtringẽdæ, 99. ff. de uerbo. oblig. Sed nec hæc ratio admittenda eſt: Nam etiam contractus, & omnes alij actus regulãtur à uoluntate contrahentium, nec ultra eam extenduntur. l. non omnis ff. ſi cert. pet. conſenſus etenim agentium, ut prædiximus, eſt cauſa efficiens, ſine qua actus ualere non poteſt. l. conſenſu. 2. ff. de acti. & obli. l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis. Et quod in ſtipulationibus magis mens contrahentium, quàm uerba conſiderentur, conſtat ex l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pactis, & ex l. obligationum ſubſtantia. §. ultim. ff. de actio. & oblig. Tertia ratio eſt: quia in ultimis uoluntatibus in dubio fit interpretatio pro hærede contra legãtarium, l. unum. §. ſi rem. ff. de leg. 2. In contractibus uerò in dubio fit interpretatio contra promiſſorem, qui apertius legem dicere potuit, l. ueteribus. ff. de pactis. Sed & hæc etiam ratio reijcienda eſt: nam ſimiliter in ſtipulationibus pro promiſſore contra ſtipulatorem fit in dubio interpretatio, l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri, uerſicu. in ſtipulationibus, & l. quidquid aſtringendæ 99. ff. de uerbo. oblig. Quarta ratio eſt: quia in legato interuenit ſola uoluntas teſtatoris, in ſtipulatione uerò factum ſtipulantis: & plus debet operari factum proprium, quàm alienum, gloſ. in §. ex conditionali, Inſtitut. de uerbo. oblig. Sed certè leuis eſt hæc conſideratio ad operandum, quòd una conceſſio duret perpetuò, & altera morte eius, cui conceditur, extinguatur, maximè quòd hæc ratio & ſuperiores con-

k 2 fun-

funduntur, ſi conſideres, quòd, ſi hæ rationes ueræ eſſent, regulariter legatum finiretur morte legatarij, quod eſt falſum. Nam ad tempus regulariter non conſtituitur, ut conſtat ex d. §. placet, & ex d. l. nemo poteſt: ſed eſt ſpeciale in legato annuo, quod morte legatarij extinguatur. Vnde ego ueram rationem infero ex prædicta regula, quòd ideo legatum annuum finitur morte legatarij; quia cenſetur factum contemplatione alimentorum, l. legatum ubi glo. adnotat. ff. de capi. dimi. l. codicillis, in princ. iunct. gloſſ. ff. de annu. leg. l. cum hi. §. ſi in annos, ubi gloſſ. ff. de tranſactio. Bartol. Bald. Roman. Aretin. Iaſo. nu. 11. & cæteri, in d. §. ſtipulatio d. Couarru. in lib. 3. reſolu. cap. 9. nu. 10. Et hæc eſt ratio quare legatum annuum pro primo anno eſt purũ, pro ſequ. conditionale: nec perpetuò durat, ſed in eo ſubeſt conditio. ſi uiuat. Et ex his colligitur reſponſio ad regulam, quòd tempus non eſt modus tollendæ, uel inducendæ obligationis. Nam legatum annuum non tollitur ſolo tempore, ſed ceſſatione cauſæ finalis.

16 Secundò ex prædicta regula infero, † quòd, ſi conſtaſſet legatum annuum non fuiſſe relictum contemplatione alimentorum, eſſet purũ, & perpetuum, ſicut eſt ſtipulatio. Nã ceſſante ratione, quæ faciebat, quòd legatum annuum non eſſet perpetuum, ſed pro primo anno purum, & pro ſequentibus conditionale, ceſſabit effectus, & erit perpetuum, prout regulariter perpetuum legatum eſt, nec ad tempus conſtituitur, ut in d. § placet, & in d. l. nemo poteſt, habetur. Ex quo

17 primò † ſubinfero, quòd in caſu l. cum hi, §. ſi in annos ff. de tranſactio. legatum non erit perpetuum, retento intellectu gloſ. ibi, quòd legatuum annuum ibi nõ fuerat relictum contemplatione alimentorum. Secun-

dò ſubinfero rõnem, quare ſi legatũ annuũ eſt relictum cũ tẽporis præfinitione, ut ſi teſtator legauit Titio decem ſingulis annis uſq; ad 12. annos, eſt purum, perpetuũ, ac ad hæredes tranſitorium, l. ſi cum præfinitione ff. qñ dies leg. ced. ubi Bar. ad hoc multùm commendat. l. codicillis, in prĩ. vbi Bar. ad not. ff. de an. leg. l. ſicut ĩ annos. ĩ prĩ. uerſ. uſq; ad decenniũ. ff. quibus mo. uſu. amit ta. declarat Iaſ. in d. §. ſtipulatio, nu. 4. l. ſi ſtichum. ff. de uerbo. obliga. Quia non intelligitur relictum contemplatione alimentorum; & ideo ceſſante ratione reuertitur ad ſuam naturam, quòd ſit purum & perpetuum. Quæ iura ego declaro, quòd erit perpetuum mero iure: quia ad tempus conſtitui non poteſt, dum non conſtat, quòd ratio finalis ceſſet, per d. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obli. ſed poſt tempus diffinitum obſtabit exceptio: quia deficit conſenſus, ſicut in annua ſtipulatione habetur, quando in ea adiectum eſt tempus, quoad uiuam, l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de uerbo. obligatio. §. at ſi ita, inſtit. eod. Eſt tamẽ aduertẽdũ, quòd legatum annuũ relictum cum adiectione, quoad uiuas, contemplatione alimentorum cenſetur relictum, ſicut ſi ſimpliciter, & in utroq; caſu morte finitur legatarij, nec ipſo iure eſt perpetuum, ut uoluit gl. in d. §. ſtipulatio, cum qua tranſeunt ibi communiter Scriben. Vnde cauendum eſt à Iaſ. ibi nu. 17. qui illam gloſſ. reprobabat, & uolebat, quòd, quando legatũ annuum ſimpliciter relictum erat, ipſo iure erat perpetuum, ſed poſt mortem legatarij obſtabat hæredibus exceptio: ſed ſi cum adiectione, quoad uiuas, nec mero iure tranſit ad hæredes. Quæ differentia uera non eſt, quia in nullo iſtorum caſu tranſmittitur ad hæredes, nec ipſo iure. Nam in legatis præfinitio tempo-

ris cū uita legatarij non operatur, quod ſit perpetuū, ſed magis ex illa præfinitione conſtat, quòd prætextu
18 alimentorum relictum eſt. Tertiò ſubinfero † rationē quare, ſi teſtator legatum reliquit, & gratia hæredis grauati diuiſit in præſtationes annuas, tale legatum eſt purum, & perpetuum. l. ſi cum præfinitione, uerſicu. in plures, & l. nec ſemel, uerſi. item Celſus, & l. Firmio. §. ulti. & ibi gloſſ. ff. quan. dies lega. ced. gloſſ. in l. 4. ff. de annuis lega. Quam declara, ut præcedentem ſub illationem declaraui. Tertiò principaliter ex prædicta re-
19 gula infero, quòd † ſi conſtat, quòd promiſſio annua eſt facta contemplatione alimentorum, non erit perpetua, nec pura, ſed tantùm pro primo anno, & pro ſequ. conditionalis. Nam in ea ineſt conditio, ſi uiuat, prout in ſimili legato dicitur in d. l. 4. ff. de annuis leg. Quod intelligo, quòd nec ipſo iure tranſit obligatio ad hæredes. quia ceſſat cauſa finalis, quæ facit ceſſare effectum mero iure, ut ſæpe iam demonſtrauimus. Ex quo ſubinfero quod quando annua promiſſio eſſet facta homini pauperi, quia ueriſimiliter creditur, quòd fuit facta contemplatione alimentorum, quòd morte finietur: Per quā rationem ita concludunt cōmuniter Scriben. in d. §. ſtipulatio? ubi Barto. Ang. Roma. num. 7. & uidetur de mente Aretin. ibi & Iaſ. nu. 11. expreſſè hanc opin. firmat, & magis commu. appellat, qui cōfirmat eam rationē: nam talis promiſſio intelligi debet ſecundum naturam pauperis, argu. l. plenum. §. equitij. ff. de uſu & habita. Quamuis in hoc articu. contrarium teneat Benedic. de Plumb. in l. ſi ita fuerit, la 2. ff. de manum. teſtam. Bald. Rapha. Cuman. Alci. nu. 17. in d. §. ſtipulatio, qui affirmant nulla lege reperiri cautum, quòd promiſſio annua facta pauperi cenſeatur

r 2 facta

facta prætextu alimentorum. Sed à prima opinio non eſt recedendum: quia ut Alciatus fatetur, communis eſt. & eſt ſatis ueriſimile, quod huiuſmodi promiſſio facta pauperi fuerit facta contemplatione alimentorum. Crederem tamen, quòd ſi eſſet coniectura aliqua quòd non fuit facta pro alimentis, promiſſio eſſet perpetua, & ad hæredes tranſitoria non minus, quàm ſi eſſet facta diuiti, quia una præſumptiò tollit aliam.l.diuus, ubi gloſſ. & Bartol.& Docto.notant.ff.de in integrum reſtitu.maximè quòd per eam reuertitur promiſſio ad ſuam naturam, ad quam res de facili reuerti ſolet, ut latè declarat Goza.in repet.l.omnes populi, nu.156.ff.de iuſtit.& iur.

21 Sed eſt antiqua dubitatio, an legatum † annuum relictum ciuitati, collegio, reipublicæ, uel dignitati ſit perpetuum, quam mouet gloſſ.in l.ſi uſusfructus municipibus.ff.de uſufruc.legat.Bartol.& Alb.in l.annuam.ff.de annuis lega.idem Barto.in l.annua.§.à Titia.ff.de annuis legat. qui in prædictis locis nihil reſoluunt, & Iaſ.in l.in annalibus.nu.3.C. de legatis, reliquit in ea cogitandum:& non eſſe perpetuum, ſed tantum ad cẽtum annos extendi tenet prædicta glo.in ſecunda opinio.quæ originaliter fuit Hugo.in d.l.ſi uſusfructus, & ibi Bar.Iac.de Rau.And.de Piſis Nic.de Neap.in d.l.annuam, relati ab Alex.in pluribus locis, in quibus ipſe eam opi. firmat, uidelicet in conſi. 60. uol.1.& in l.3.§.itẽ ſi Reipublicæ.ff.ad leg.Falc.&in l.2.nu.2.ff.ſolu.mat.ubi & Vicen.Hercul.col.2.& Lãze.Deci.Anc.& Barb.in c.ſi.nu.12.de teſt.Card.Zab.in cõſ.66. Ana.in conſi.39.Cota in memorialibus, dictione perpetuũ, qui magis commu.appellat poſt Cardin.& Ana.ubi ſupra.Pro qua urget ratio: nam infinitas eſt euitanda,

c.cum

c.cum in multis, de reſcriptis, in 6.l.ſi deicommiſſa.§ ſi quis decem.ff. de legat.3. Secundò quia facienda eſt iterpretatio ĩ legatis, ut hæres minus grauetur, l.apud Iulianum.§.Seio.ff.de lega.1.Tertiò his accedit, quòd legatum annuum,& legatum uſusfructus æquiparantur in iure, l.in ſingulos.8.ff.de annuis lega.& legatum uſusfructus relictum reipublicæ centum annuis extinguitur, l.ſi uſusfructus municipibus, ff. de uſufruct.lega.l.an uſusfructus.ff.de uſufructu.† ubi Albe.& Bald.
22 illum adnotant adhoc, quòd uita ciuitatis præſumitur eſſe 100.anno.ſicut uita hominis longeui.l.fina. C. de ſacroſanct.eccleſ.Quam concluſionem ampliãt prædicti Doct. excepto Barba.locum ſibi uendicare, etiã ſi tale legatum annuum relictum eſſet ciuitati perpetuò: quo etiam caſu centum annis finiri debet: quia uſusfructus perpetuò legatus ciuitati centum annis finitur, ut in dictis iuribus habetur.Nam uerbum† perpetuò
23 habet plures ſignificatus, ut apparet ex traditis à glo.in l.1.ff.pro ſocio,& ſecundum materiam ſubiectam temperatur,& aliquando durat uſque ad cẽtum annos, iuxta gloſſ.in l.2.§. hoc interdictum perpetuũ. ff.ne quid in loco publi. & tamen natura legati annui eſt, quòd morte finiatur, l.4.& l.cum in annos.ff. de annu.legat.& uita reipublicæ, uel ciuitatis, ut prædiximus, præſumitur eſſe centum annorum. His tamen non refragantibus contraria ſententia uerior,& tenenda mihi uidetur; nempè quòd legatum annuum relictum ciuitati, uel collegio debeatur in infinitum, ſiue perpetuò, ſiue ſimpliciter relinquatur.Quam originaliter tenuit Rogerius doctor antiquus quem refert,& ſequitur gloſſ.in l.annuam.ff.de annuis lega.& ibi Rapha.Cuma.idem Cuman.& Albe. & ante eos Dyn.&

Rain.

Raine.de Forl.in l.ſi uſusfructus municipibus ff.de uſu fructu lega.relati à Socin.& gloſſ. ibi,& idem Dynus in l.in ſingulos.ff.eod.& eſt de mente Ange. Cuman. Imo.ubi Barto.Socin.num.6. & firmat in l.3.§.item ſi reipublicæ.ff. ad legem falcid. & expreſſè eam tenet Ripa in l.2.ff.ſolut.matrim.num.3.& eſt de mẽte Iaſo. ibi nu.1.& uidetur inclinare in eam Abb. in c. ulti. ad finem, extra de teſtam.qui tradit eam tenere Petr. & Guil.& eam amplectitur d.Couarru.in libr.3.reſolut. cap.9.nu.10.ubi referendo Albe.in d.l.an uſusfructus, in fin.uerbis tradit, quòd hæc opinio communiter ſeruatur in praxi,& quando in perpetuum relictum eſt legatum annuum reipublicæ,uel ciuitati deberi in æternum.ultra prædictos Docto.tenent Claud.in l.2.ff.ſolut.matrim.ubi dicit ferè omnes Moderni eam ſequi. & Tho.Parpa. num.7.& Ioan.Crot.num.2.Iaſo.in l. uideamus.§.deferre,nu.9.ff.de in litem iura. Barbat.in conſi.20.lib.4.Quæ uera ſententia optimè conſtat ex l.annuam,& ex l.annua,in fine,& ex l.quidam.ff.de annuis legat.in quibus reſponſum eſt annuum legatum reipublicæ relictum perpetuum eſſe. Vnde ſiue adijciatur in perpetuum,ſiue non,ſemper erit perpetuũ. Nec oberit reſponſio aliquorum,quòd intelligi debet quòd loquatur de perpetuitate centum annorum.Nã hæc interpretatio aliena eſt à mente,& uerbis illorum iurium;cum uerbum,perpetuum, regulariter nullam temporis præfinitionem admittat, l.eam debere. ff. de ſeruitu.urba.prædio.Nec ualebit dicere, quòd interpretari debet ſecundum naturam rei, quæ eſt, quòd morte legatarij legatum annuũ extinguatur, per d.l. 4.ff.de annuis lega.& ciuitas præſumitur quòd centum annis morietur. Nam reſpondeo negando natu-

ram

ram legati annui relicti ciuitati eſſe quòd centum annis finiatur. Nam ciuitas nunquam moritur. l. proponebatur. ff. de iud. Nec eſt ueriſimile, quòd centum annis debeat extingui, cum à communiter accidētibus plus ſolet durare: nec intētio I.C. in d. l. an uſusfructus, fuit ſignificare cōtrarium; ſed tantùm uoluit tollere inconueniēs, ne proprietas remaneat inutilis maximè quia ſi conſideramus naturam legati, eſt, quòd perpetuò duret, l. obligationum ferè 43. §. placet. ff. de actio. & oblig. l. nemo poteſt. 58. ff. de legat. 1. & ſi ſecus eſt in legato annuo, quòd priuato relictum eſt, ex eo prouenit, quòd in eo cauſa finalis ceſſat, quæ eſt, alimenta legatarij, cum pro alimentis cēſeatur relictum, ut paulo ante demonſtrauimus. Quæ ratio in legato annuo ciuitati relicto nunquam ceſſat, dum ciuitas durat. Secundò huic opinio. ſuffragatur text. in l. in annalibus. C. de legat. ubi ſi legatum annuum relictum eſt alicui, & in eo ſit mentio hæredum, non reſtringitur ad primos hæredes, ſed in æternum debetur, maximè iuncta l. antiquitas. C. de uſufructu, ubi ſi legatur uſusfructus, alicui & hæredibus ſuis, reſtringitur hoc legatum ad primos hæredes. Cuius rationē differentiæ reddunt Bald. Salyc. Paul. & Iaſo. in d. l. in annalibus, quæ colligitur ex d. l. antiquitas, ſcilicet ne proprietas remaneat inutilis ſemper abſcedēte uſufructu. Quæ ratio ceſſat in legato annuo. Tertiò induci poteſt text. in d. l. ſi uſusfructus municipibus, ff. de uſufructu lega. à ceſſante ratione. Vltimò hæc ſententia † probatur ex tex.
24 expreſſo rectè intellecto i l. 3. §. uē ſi reipublicæ. ff. ad legem Falci. ubi ſi reipublicæ legatum annuum relictū eſt, in imponenda ratione legis falcidiæ tanta ſumma æſtimatur legata, quanta ſufficiat ſorti, ſi prædicti annui

nui redditus eſſent uſuræ trientes. Quem tex. ita benè intellexit ibi Rapha. Cuman. & Bartho. Socin. num. 6. & doctiſſimus d. Anto. Auguſt. huius noſtri collegij Hiſpanorum quondam collega ad præſens meritiſſimus epiſcopus Illerdenſis in lib. 2. emēdationum, c. 10. Ex quo apparet, † legatū annuum Reipublicæ relictū nō finitur tempore, ſed perpetuò durat. Et quia ad intelligentiam illius text. oportet intelligere, quæ dicantur
25 uſuræ trientes, † uidendus eſt Socin. ubi ſupra. & d. Couarru. in lib. 3. reſolu. c. 9. nu. 10. in fin. uerbis. plures alios citans inter quos eſt d. Anton. Auguſt. qui melius cæteris hanc difficultatem explicat. Ex quorum commentarijs colligitur centeſimam uſurā olim quidem fuiſſe, quādo duodecim aurei poſt annum ob centenos dabatur, propterea quod ex centum ſingulis menſibus unus præſtabatur: & hæc erat olim legitima ſed magna uſura: & propterea in l. 2. C. de uſuris, in Theodoſiano. C. fuit prohibita. Erāt autem aliæ uſuræ minores. Nam ſicut hæreditas in duodecim uncias diuiditur ab uncia uſque ad aſſem, ut habemus in §. hæreditas, Inſti. de hære. inſtitu. ſimiliter & centeſima uſura in 12. partes diuidebatur. Et hinc eſt, ꝙ aliquibus locis habetur mentio vſurarum ſemiſſium, quincuncium, trientum, &c. Erant autem trientes uſuræ, cum è ſorte centum annorum quatuor aurei dabantur, & dicebantur trientes, quia ſunt tertia pars uſurarum centeſimarum. Itaque cū teſtator legat quatuor aureos annuos, legaſſe uidetur centum aureos, quæ eſt ſors importans poſt annum quatuor aureos uſurarum trientum. Et hæc vſuræ in ratione legis Falcidiæ conſiderabantur, quia erant de leuioribus ideoque quia pupillis à tutoribus ſoluebantur, pupillares uſuræ appellabantur

iuxta

iuxta l.tutor,qui repertorium.§.quæ ſint autem pupillares uſuræ. ff. de adminiſtr. tuto. Sed dubitat Cum.
26 in d.§.item ſi Reipublicæ,cum † hodie uſuræ ſint prohibitæ,ut conſtat ex Authen.ad hæc.C.de uſu.& ex toto titulo extra de uſuris, quanti æſtimabitur legatum annuum ad imponendam rationem quartæ Falcidiæ, & reſpondet, quòd quanti poteſt lucrari honeſtè,uel percipere ex re immobili,facit.c.per ueſtras de donatio.inter uir.& uxo. quē ſequitur Alexan. ſed Petrus de Bexu.dicit, quòd cum difficultate fieri poteſt huiuſmodi æſtimatio. Vnde uult, quòd diſpoſitio d.§.item ſi Reipublicæ, hodie locum habeat in detrahenda quarta Falcidia;quia hæres non dicitur propter hoc uſuras facere. Nam licèt uſuræ hodie ſint prohibitæ,non tamen eſt prohibitum uti computatione uſurarum ad imponēdam rationem legis Falcidiæ: & hāc opinio. tenet Soci. in d.§.item ſi Reipublicæ,num.13. ubi aſſerit ſe putare illius tex. diſpoſitionem deberi hodie ad unguem obſeruari:Nā ueriſimile eſt,quòd I.C. ibi æſtimauit ſortem per uſuras trientes:Quia communiter quatuor pro centenario ex fructibus aliorum bonorum in quolibet anno,deductis expenſis, percipi ſolent.Itaque annuus redditus iuſto pretio olim & hodie æſtimari debet ad rationem unius pro uigintiquinquè. Cui opini.libenter accedo quoad rationem legis Falcidiæ,ſed quoad alia uaria iura reperiuntur.Nā aliquando iuſtum pretium cenſetur annui reditus uiginti pro uno,aliquando 35.ut tradit d.Couarru. ubi ſupra nu.5.quem omnino in hoc articulo uide. Redeundo igitur ad propoſitū in d.§. item Reipublicæ,legatū annuum Reipublicæ relictum perpetuum abſque ulla temporis præfinitione ad imponendam Falcidiam cō

ſ ſidera-

ſideratur, quã uis ſecus ſit in legato uſusfructus Reipublicæ relicto, in quo 30. annorum ſit computatio. l. hæreditatum. 68. in fine prin. ff. ad legem Falci. Et ab hac ſententia in iudicando & conſulendo non recederem quia uerior, & non minus frequentior mihi uidetur; & ut teſtantur Doct. in praxi cõmuniter ſeruatur. Quod intelligo indiſtinctè ſiue uerbum, perpetuò, in relicto annuo ciuitati, uel Reipublicæ adijciatur, ſiue nõ: quia ſine tali adiectione de ſui natura tale legatum perpetuum eſt, iuxta d. l. annuam, & l. annua, in fine & l. cum quidam. ff. de annuis lega. Qua uera ſententia retenta non obſtat primò, quòd infinitas eſt euitanda. Nam regula illa non procedit in caſibus, in quibus de natura rei, de qua agitur eſt, quòd duret actus in infinitum ut in noſtro caſu. Nec obſtat, quòd pro hærede eſt facienda interpretatio in legatis. Nam illud eſt uerum in dubio, ſed in noſtro caſu ſumus in claris, in quibus non eſt locus coniecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obliga. Non obſtat, quòd legatum annuum æquiparatur legato uſusfructus; quod non eſt perpetuum infinitũ. Nam hæc æquiparatio habet locũ, quando in utroque militat eadem ratio, ſed in noſtro caſu ratio illa reddita in l. ſi uſusfructus municipibus, quòd proprietas erit inutilis, ſemper abſcedente uſufructu non militat in legato annuo. Et ideo in noſtro caſu diuerſum ius reperitur in legato uſusfructus, & in legato annuo, vt cõſtat ex d. §. item ſi Reipublicæ, iunct. d. l. hæreditatum, & ex l. in annalibus. C. de legat. iuncta l. antiquitas. C. de uſufructu. ſicuti in alijs pluribus differunt, ut apparet ex d. l. in ſingulis. ff. de annuis leg. Concludo igitur, quòd legatũ annuum relictum Reipublicæ, ciuitati, collegio, uel dignitati, etiam ſi ſimpliciter

(hoc

(hoc eſt abſque adiectione imperpetuum) relinquatur, durat in infinitū. Sed hæc cōcl. patitur aliquas declarationes, quas adducit Ioān. Crot. in repetit. l. 2. ff. ſolu. matri. nu. 3. & ibi Alci. nu. 10. Et prima eſt nō ha-
27 bere locū, quando fructus certi fundi † in ſingulos annos Reipublicæ, uel uniuerſitati eſſent relicti: quo caſu perinde eſt, ac ſi uſusfructus fundi legatus eſſet, l. cum ita legatū, in fine. ff. de uſufruct. lega. Secūda eſt, quòd
28 † legatum annuum relictum ciuitati erit perpetuum, dū ciuitas, uel reſpublica durat: Nam ea deſtructa tale legatum finitur, gloſſ. in l. annua §. Attitia. ff. de annuis lega. Ripa in d. l. 2. nu. 4. Pro qua ē tex. in l. pater. §. Tuſculanus. ff. de legat. 3. ſed pro complemento hu-
29 ius materiæ ulterius inquirendum † eſt, utrum legatū annuum relictum fratribus minoribus, vel alia annua conceſſio validum ſit? & non ualere tenet Ange. in l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio. ff. de uerb. obligatio. quem ibi ſequitur Roma. nu. & Iaco. de Are. relatus à Baldo in l. ſeruo alieno. ff. de lega. 1. Quæ opinio conſtare prædictis Docto. uidetur ex ratione. Nam, ut prædiximus, legatum annuum cenſetur ad alimenta relictum. l. legatum, ubi gloſſ. & Docto. ff. de capi. dimi. notant Barto. & cæteri in d. §. ſtipulatio, & fratres mendicantes, etiam minores ſunt capaces alimentorum, Bar. & Cardin. eius addit. & cæteri Docto. in d. l. legatum, idem Barto. in l. ſeruos. ff. de alimen. & ciba. lega. ubi etiam eius additionator. & reliqui, & in l. ſi in metallū. ff. quæ
30 pro non ſcript. habe. Nam † etiam illi, qui aliàs capere non poſſunt, ſunt capaces alimentorum, ut conſtat ex d. l. ſi in metallum, & ex d. l. ſeruos ad cuſtodiam, ubi gloſſ. adnotat. Cuius ratio colligitur ex text. iuncta ſua gloſſ. in d. l. legatum. Quia legatum alimentorum in

 facto

facto potius quàm in iure conſiſtit:ſiquidem in eo nõ
conſideratur, an poſſit capere ex iuris diſpoſitione, ſed
an poſſit comedere, uel uiuere; & cum tale legatum
contineat naturalem præſtationem, iure ciuili infrin-
gi non poteſt: quandoquidem ratio ciuilis naturalia
corrũpere nequeat l. eas obligationes. ff. de capi. dim.
Secundò facit, nam annui redditus computantur inter
bona immobilia. l. iubemus nulli. C. de ſacroſanc. eccl.
Authen. de non alien. §. hæc ergo, & §. nos igitur, col- 28
la. 2. ſed ſi legata ſit res immobilis fratribus minoribus,
licèt rem legatam non poſſint retinere, ualet tamen le
gatum, vt illam uendant, & in neceſſitatem eorum cõ
uertatur c. exiit, qui ſeminat, §. ad hæc, de uerbo. ſigni-
fi. in 6. Barto. in trac. mino. diſt. 3. c. 1. nu. 16. Vnde idẽ
dicendum videtur in legato annuo, quod valeat, ſal-
tem vt vendatur, & in prædictorum fratrum uſum cõ
uertatur. Sed his non obſtantibus, contraria opi. & ue
rior & receptior eſt, nempè regulariter non ualere le
gatum annuum fratribus minoribus relictum. Quam
tenet Barto. in tract. minoricarum. diſt. 6. c. 1. num. 33.
idem Barto. in l. legatum. ff. de capi. dimi. & ibi Cardi.
addi. Bald. in l. ſeruo alieno, in princi. ff. de leg. 1. idem
Bald. in l. priuilegia, in fine & in Auth. ingreſſi. C. de ſa
croſanct. eccleſ. Ioann. de Imola, & Alexan. in d. §. ſti-
pulatio. Cardin. & Anch. in clemen. exiui, de uerbo. ſi-
gnificatio. Philipp. Dec. in c. in præſentia, de probati.
nu. 272 uerſicu. tertia concluſio. Federic. in conſil. 12.
incipiente, fratres prædicatores Fulg. in conſ. 104. An
char. in conſ. 199. Abb. Panor. in conſil. 62. lib. 2. Car-
din. ad Barto. in l. ſeruos. ff. de aliment. & ciba. lega. ubi
adijcit, quòd hæres in tuta conſcientia poterit retine-
re huiuſmodi legatum. Quæ uera ſententia manife-

ſtè

ſtè conſtat ex clemen.exiui,de paradiſo.§. cumquè an nui redditus,de uerbo.ſignificatio.inquit etenim text. ille,cumquè annui redditus inter immobilia cenſeantur à iure,ac huiuſmodi redditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet,nulla dubitatio eſt,quòd prædictis fratribus redditus quoſcunquè(cum his non reperiatur eſſe conceſsũ recipere,uel habere, conditione conſiderata ipſorum) non licet.Ex quo tex.apparet fratres minores incapaces eſſe reddituum annuorum. Quia eorum profeſſioni repugnant. Vnde promiſſio, uel relictũ ipſorum eis factũ non debet ualere ipſo iure;quia eſt à lege uetitũ.l.non dubium.C.de legi.& cũ ſint incapaces huius præſtationis annuæ, tale relictum pro non ſcripto habetur.l.in metallum.ff. de his, quæ pro non ſcrip.habe.Vnde,ut paulo ante diximus, hæres in tuta conſcientia poterit illud retinere.Secundò huic ſententiæ ſuffragatur ; nam legatum annum reli-
31 ctum † uniuerſitati eſt perpetuum.l.annuã, & l.annua. ff.de annuis lega.ut latè ſupra diſcuſſum eſt; & legatũ annuum cenſetur pro alimentis relictum.l.legatum.ff. de capi.dimi.& tamen fratres minores non ſunt capaces legati alimentorum perpetuò, quia repugnat eorum profeſſioni,ut omnes ferè Docto. fatentur maximè Bald.in d.Authen.ingreſſi Imola.in d.l. ſeruo alieno.& Deci.in d.c.in præſentia,nu.272. Et ex his colligitur reſponſio ad primum fundamentum, quòd legatum annuum cenſetur ad alimenta relictum, quorum fratres minores ſunt capaces.Nã uerum non eſt,quòd ſint capaces relicti perpetui alimentorum, imo magis eis prohibitum eſt recipere annuos redditus pro alimẽtis,quàm pro alijs neceſſitatibus, ut tenet & concludit Philipp.Deci.ubi ſupra dicens, quòd fratres minores,

&

& etiã alij mendicantes fructus annuos acquirere nõ poſſunt, etiam modicæ quantitatis pro uictu, ſeu alimẽtis, licèt pro alia neceſſitate, ſi eſt modicæ quantitatis, poſſint. Quod declara ex infra ducẽdis. Nec obſtat dicere, quòd ſunt capaces alimentorum, qui alias ſunt incapaces Nam reſponderi poterit, quòd hoc fallit in fratribus minoribus: quia habere alimenta eſt contra eorum profeſſionem, & in his, quæ profeſſioni eorum repugnãt, pro mortuis habentur. Vel aliter, quòd alimenta non debentur eis, qui officio, uel artificio ali ſe poſſunt, l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de lib. agnoſ. & fratres poſſunt mendicitate ſe ali. Per quem tex. puto, quòd pater tenetur filium fratrẽ minorem alere, ſi non poſſet mendicitate ſe iuuare aliquo tempore. Non obſtat, quòd annui redditus computantur inter bona immobilia, & poterunt uendi, & in uſum fratrũ conuerti. Nam reſpondet Barto. in d. tract. num. 33. q; annui redditus, nõ prohibentur ratione rei, ſed ratione modi, qui repugnat mendicitati. Retenta igitur hac ſententia, quòd legatum annuum relictum fratribus minoribus ipſo iure ſit nullũ, eã declarãt Doct. primò

32 † procedere, quãdo perpetuò, uel ad magnum tempus relictum eſt, ſecus uerò ſi ad modicum: quo caſu ualidum erit, ita tenet Federi. in d. conſi. 12. Bald. in d. Authen. ingreſſi Abb. in conſ. 63. lib. 2. Cardi. & Ancha. in d. clemen. exiui Alexan. in d. l. ſtipulatio, nu. fi. Quæ limitatio communiter recepta, & uera uidetur; quamuis Bar. in d. tract. nu. 35. eam non admittat. Cuius opinio locum habere poterit, quando legatum annuum ad modicum tempus eſſet magnæ quantitatis, qua releuaretur eorum mendicitas. Quo caſu eorum profeſſioni repugnaret, ita non ualeret, ut tenet Abbas in d. conſ.

conſ. Pro quo facit doctrina Barto. in d. tracta. in prin. aſſerentis, quòd licèt legatum pecuniæ fratribus minoribus relictum ualeat, ſi per alios in neceſſitatem corũ conuertatur. c. exiit qui ſeminat, de uerbo. ſignificati. §. cæterum, tamen hoc uerum non eſt, quando quantitas eſſet adeo exceſſiua, quòd poſſet præſumi fuiſſe in fraudem relicta, ut in d. clemen. exiui. §. cupientes, habetur. Secundò opinio Barto. procedit, quando legatum annuum fratribus relictum eſſet pro uictu, ſeu alimentis. Quo caſu non ualent, ut tenet Deci. in d. c. in præſentia, nu. 272. poſt Fulgoſ. in d. conſ. 104. Vnde prima opinio reſtringi debet, quòd procedat, quando legatum annuum fratribus relictum eſſet modicæ quantitatis, & ad modicum tempus, & non pro alimentis, uel uictu, ſed pro alijs neceſſitatibus. Alimenta autem
33 pro † certo menſe, uel die non annuatim conceſſa bene poſſe eis reliqui uoluerunt Bald. & Imola in l. ſeruo alieno. ff. de leg. 1. Et ex ſupradictis infertur, quòd
34 ualeret † legatum annuum relictum fratribus minoribus pro ſtudio, & libris emendis, ut benè concludunt Feder. & Abb. in dictis conſilijs, & uoluit ſentire gloſſ. in clemen. dudum, de ſepulturis, in uerbo, indirectè. Quia huiuſmodi legatum non repugnat eorum profeſſioni, quandoquidem per id non tollatur mendicitas. Ea etenim, quæ ad ſtudium tendunt non releuant mendicitatem, nec appellatione alimentorum continentur, ut bene colligitur ex l. legatis. ff. de aliment. & ciba. leg. ubi tex. inquit: legatis alimentis debentur ea, ſine quibus corpus ali non poteſt, ut cibaria ueſtitus, & habitatio, cætera uerò, quæ ad diſciplinam pertinẽt legato non continentur. Quem text. notat Bartol. ibi ad hoc, quòd hæres non tenetur præſtare legatario, cui

cui relicta ſunt alimenta,ſumptus ſtudij:& facit l.uerbo uictus 44.ff.de uerbo.ſignificatio. Secundo decla-
35 ratur non habere locum, quando legatum † annuum fratribus minoribus relictum eſſet non pro eorum cõmodo principaliter, ſed pro diuino culto, ut pro hoſtijs,uel pro uino ſacrificij,aut pro luminarijs Fede.& Abb.in dictis conſilijs.Bald in d.Authen.ingreſſi. Ioã. à Lign.in d.clement.exiui,ultim. q.ab Abb.relato,ubi adiecit Abbas,quòd licèt fratres minores non poſſint hæredes inſtitui, poteſt tamen ipſa eccleſia inſtitui.
36 Tertiò ego limito non procedere, † quando legatum annum alimẽtorum relictum eſſet fratribus minoribus habitantibus in monte in diebus hyemis, in quibus propter magnitudinem niuium, uel tempeſtatum nõ poſſent ad populos admendicandum deſcendere, utputa in hac ciuitate Bononiæ eſt monaſterium montis Calbarij in monte,& iuxta eũ eſt monaſterium Sancti Michaelis.Nam ſi fundator illius monaſterij Sancti Michaelis relinquiſſet tale legatum, uel alius teſtator relinqueret aliquam poſſeſſionem prædicto mónaſterio cum tali onere,credo quòd huiuſmodi legatum ualeret. Quia iſta eſt præſtatio naturalis,ad quam puto, quòd prohibitio regulæ non ſe extendat:quoniam mẽdicitate iuuari adſe alendos non ualent per fundamenta pro contraria opinio.adducta, quæ in hoc caſu locũ ſibi uendicabunt. Quibus accedit d. l. ſi quis à liberis. §.ſed ſi filius:ff.de lib.agnoſcen. Omnes tamen ſupradictas limitationes declara per Conc.Triden.ſeſſi.25. cap.2.ubi prohibetur regularibus tam uiris quam mulieribus habere bona mobilia, uel immobilia cuiuscũque qualitatis fuerint, etiam quo uis modo eis acquiſita,tanquam prò propria,aut etiã nomine conuentus

tus tenere.& ſuperioribus ad uſum, uel uſumfructum uel adminiſtrationem aut commendam eis concedere. Vltimò examinare oportet, quãdo præſtatio annua exigi poſſit, in quo articulo uera, & communis reſolutio eſt, quòd annua præſtatio debetur † in principio cu
37 iuslibet anni. Quia ſaltem pro primo anno pura eſt, l. i. C. quando dies leg. ced. l. in ſingulos annos. ff. de ann. lega. Quæ iura licèt loquantur in legato annuo, tamẽ idem debemus dicere in ſtipulatione annua, quandoquidẽ in ea militat eadẽ rõ, ꝙ firmat gl. in §. at ſi ita, in uerb. purè, inſt. de de uer. obl. & gl. fi. in §. qui hoc anno inſt. de inu. ſtip. quas gl. ſequutus eſt Bar. in l. qui in hoc anno. ff. de uerb. obl. & ibi Alex. nu. 3. qui comm. appellat. Quarũ ſnĩa hodie cõprobata eſt Regia l. 15. ti. 11. par. 5. ubi Montal. declarat. Quæ pinio uera, & tenenda eſt, reprobata 1. opi. glo. in l. 1. C. quando dies legat. ced. quæ conſtituebat differentiam inter legatum annuum, & ſtipulatio. Quæ opinio placebat Cuma. in d. l. qui hoc anno; contra quam facit l. eum, qui ita. ff. de uerbo. obligatio. Quam concluſionem amplia locum habere, ſiue in conceſſione annua dicatur promitto, aut lego decem aureos annuos, aut promitto, aut lego decem aureos ſingulis annis, Bartol. in d. l. qui hoc anno. ubi Alexand. & Zaſi. nu. 4. dicant commu. reprobata gloſ. 1. in d. §. at ſi ita, quæ diſcrimen inter hæc cõſtituebat. Cuius opini. confunditur per l. nec ſemel. §. nouiſſimè. ff. quando dies legat. cedat. Limita tamen
38 † hanc concluſionem non procedere, quando quis promitteret, aut legaret alicui decem in hoc anno, uel menſe. Nam huiuſmodi præſtatio debetur in fine anni, uel menſis, & non in principio. l. qui hoc anno. 42. ff. de uerbo. obli. §. qui hoc anno, Inſtit. de inutil. ſtipulat.

Digitized by Google

tus tenere.& ſuperioribus ad uſum, uel uſumfructum uel adminiſtrationem aut commendam eis concedere. Vltimò examinare oportet, quãdo præſtatio annua exigi poſſit, in quo articulo uera, & communis reſolutio eſt, quòd annua præſtatio debetur † in principio cu
37 iuslibet anni. Quia ſaltem pro primo anno pura eſt, l. 1. C. quando dies leg. ced. l. in ſingulos annos. ff. de ann. lega. Quæ iura licèt loquantur in legato annuo, tamẽ idem debemus dicere in ſtipulatione annua, quandoquidẽ in ea militat eadẽ rõ, q̃ firmat gl. in §. at ſi ita, in uerb. purè, inſt. de de uer. obl. & gl. fi. in §. qui hoc anno inſt. de inu. ſtip. quas gl. ſequutus eſt Bar. in l. qui in hoc anno. ff. de uerb. obl. & ibi Alex. nu. 3. qui comm. appellat. Quarũ ſnĩa hodie cõprobata eſt Regia l. 15. ti. 11. par. 5. ubi Montal. declarat. Quæ pinio uera, & tenenda eſt, reprobata 1. opi. glo. in l. 1. C. quando dies lega. ced. quæ conſtituebat differentiam inter legatum annuum, & ſtipulatio. Quæ opinio placebat Cuma. in d. l. qui hoc anno; contra quam facit l. eum, qui ita. ff. de uerbo. obligatio. Quam concluſionem amplia locum habere, ſiue in conceſſione annua dicatur promitto, aut lego decem aureos annuos, aut promitto, aut lego decem aureos ſingulis annis, Bartol. in d. l. qui hoc anno. ubi Alexand. & Zaſi. nu. 4. dicant commu. reprobata gloſ. 1. in d. §. at ſi ita, quæ diſcrimen inter hæc cõſtituebat. Cuius opini. confunditur per l. nec ſemel. §. nouiſſimè. ff. quando dies legat. cedat. Limita tamen
38 † hanc concluſionem non procedere, quando quis promitteret, aut legaret alicui decem in hoc anno, uel menſe. Nam huiuſmodi præſtatio debetur in fine anni, uel menſis, & non in principio. l. qui hoc anno. 42. ff. de uerbo. obli. §. qui hoc anno, Inſtit. de inutil. ſtipulat.

t l. ſi

l.ſi in ſingulos.ff.de cond.& dem.declarat gl.Bar.& cæteri in d.l.qui hoc anno.ubi reddunt rõnem differẽtiæ inter conceſſionẽ annuam, uel ſingulis annis,& cõceſſionẽ ĩ hoc anno.Nẽpè quia in cõceſſione in hoc anno unica cõſiſtit ſolutio, & tẽpus potius uidetur appoſitũ ad differendã ſolutionẽ , quàm ad faciendã incontinẽti.Secundò limita,& declara concluſionem,quòd conceſſio annua in prĩcipio anni debetur, & peti põt,procedere in præſtatione primi anni. Nã pro eo anno ſtatim naſcitur obligatio,& actio,quia eſt pura,ut uoluit glo.in d.§.at ſi ita,quæ in ſtipulatione loquitur & Bar. in l.ita ſtipulatus,la magna,nu.44.uer ſi.3.eſt uidendũ ff.de uerbo.obligatio.qui loquitur tam in ſtipulatione, quàm in legato annuo,ſed ſecus in præſtationibus annorum ſequentium , in quibus diuerſum ius ſtatutum eſt in contractibus,quàm in legatis.Nam in contractibus ſtatim nata eſt obligatio, & actio pro toto tempore.l.ſi ſtichum 16.§.ſtipulatio ff.de uerbo.obligat.l. ſenatus.§.fina.ff.de donatio.ſed non pot eſt ſtatim agere quoad effectum exactionis , ſed condemnationis , ut reſoluit Bart.ubi ſupra per ea,quæ notantur in l. 1. C. de fideicommiſſis: ſed in legatis annuis proſequentibus annuis non eſt nata obligatio , nec actio , quia eſt conditionalis l.4.ff. de annuis lega.l.in annos,& l.cum in annos.ff.quando dies leg.ce. Sed an pro his agi poſſit,ut ſequatur ſententia,declarant Barto.& Docto.in d.l.ita ſtipulatus. Et aduerte quod eſt alia differentia inter ſtipulationem annuam,& legatum annuum. Nã curſus diei appoſiti in ſtipulatione annua conſtituit debitorem in mora, Nam cum annua ſtipulatio ſit una, lapſus cuiuslibet anni interpellat,& conſtituit debitorem in culpa abſque interpellatione hominis,l.2.C.de

iure emph.c.potuit extra de locato.ſecus tñ eſt in legatis, ſeu ultimis unluntatibus. Nam cum in his conceſſio annua pro primo anno ſit pura, proſequentibus cõditionalis, euentus conditionis non poteſt conſtituere in mora.l.quoties in diem.ff.de uerbo.obligatio.ne eodem tempore naſcatur obligatio, & mora, & concludit Barto.in d.l.ita ſtipulatus, nu. 45.& Iaſo. in d.§. ſtipulatio nu.1.uerſ.tertia utilitas.

SVMMARIVM.

1 *Promiſit, verbum an importet ſtipulationem, ſi eſt ſcriptura vedatum?*
2 *Solemnitas intrinſeca ſemper in ſtipulationibus præſumitur, & eſt illa, ſine qua actus ſtare non poteſt.*
3 *Probatio debet eſſe concludem, & ſi eſt dubia, non releuat, ſed interpretatur contra producentem.*
4 *Probatio interpretatur in partẽ benigniorem, & in caſum minus reſtringentem.*
5 *Verbum promiſit, prolatum à teſtibus, non importat ſtipulationem, & nu.47.*
6 *Verbum, cauit, ſignificat promiſsionem per ſtipulationem, & melius nu.49.*
7 *Inſtrumenti appellatio quid contineat?*
8 *Intellectus ad l.cum oſtendimus.§.fi. de fideiuſ.tut.*
9 *Verbum, promiſit, quando eſt in ſcriptura appoſitum, admittit probatione, ſtipulationem non fuiſſe contractam: quia eſt præſumpta ſtipulatio.*
10 *Probatio in contrarium admittitur contra præſumptionem iuris.*
11 *Promiſit, verbum, quando profertur in ſcriptura, an inducat ſictam ſtipulationem?*
12 *Verba, perinde, intelligitur, & creditur denotant fictionem.*
13 *Præſumptio eſt ſupra caſu incerto, & uerisimili, fictio ſuper certo contra veritatem.*

14 *Intellectus ad §. quod ferè l. iuriſgentium. ff. de pactis, & num. 43.*

15 *Lex diſponens ſuper his, quæ iuris ſunt, & à poteſtate legis dependunt, verè facere dicitur, & quomodo intelligatur.*

16 *Fictio etiam ſuper his, quæ ſunt iuris, in multis caſibus debilior eſt ueritate.*

17 *Actio utilis datur pro ficta ſtipulatione; & directa & utilis actio differunt.*

18 *Fingitur aliquando ſuper incerto, & quomodo.*

19 *Præſumptio iuris, & de iure eſt, quando lex præſumit, & figenspedes ſuper præſumptione, aliquid diſponit, tantum operatur, quantum ueritas, & potius fictio, quàm præſumptio appellatur, quamuis ab ea in multis differat.*

20 *Probatio in contrarium admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure per confeſſionem partis in materia, in qua ſtatur confeſſioni.*

21 *Qnando lex fingit factum, & ſuper eo diſponit, effectus cauſatus ex fictione eſt uerus, & non fictus.*

22 *Intellectus ad §. poſthumi, Inſtit. de hæredi. quæ ab inte. defe.*

23 *Poſthumus, dum eſt in utero, eſt uerè & non fictè ſuus, ſed reuocabiliter, & quoad quædam: poſtquam eſt natus irreuocabiliter, & quoad omnia.*

24 *Verbum, ſum es, denotat ueritatem, & non fictionem.*

25 *Stipulatio eſt actus iuris, qui eſt in poteſtate legis.*

26 *Lex nunquam finget in his, quæ ſunt meri iuris, ſed operatur.*

37 *Stipulationis de ſubſtantia eſt, quòd præcedat interrogatio et hodie.*

28 *Intellectus ad l. omnes. C. de contrah. ſtip.*

29 *Fingit lex ſuper his, quæ ſunt meri iuris ut euitetur repugnantia iuris.*

30 *Stipulatio uera contrahitur ex uerbo, promiſit, in ſcriptura appoſito, ſed admittitur probatio, quòd non fuit contracta, & quomodo hoc intelligi debeat.*

31 *Stipulatio uera quomodo differt à ficta, & præſumpta.*

32 *Fictionis effectus ſunt ueri, & non ficti, ſed aliquando improprij, aliquando proprij dicuntur.*

33 *Fictè & impropriè non ſemper conuertuntur, nec idem omni-*

no important.

34 Fictionis effectus non ſunt tantæ efficaciæ, quantæ effectus cauſati ex ueritate, quia ſunt ius ſingulare.

35 Promiſit, uerbo in ſcriptura prolato contrahitur uera ſtipulatio. Vide quatuor ampliationes, & alias quatuor limitationes.

36 Scriptura præſumitur uerum continere, ſed admittitur probatio in contrarium.

37 Probatio in contrarium admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure per indirectum.

38 Verbum, promiſit, quando eſt appoſitum in ſcriptura, an præſumatur, quòd res geſta eſt inter præſentes in dubio?

39 Præſentia eſt ſolemnitas intrinſeca ſine qua ſtipulatio ualere non poteſt, ſolemnitas intrinſeca in iure præſumitur.

40 Conditio appoſita à lege debet formaliter adimpleri, quia de ſui natura importat cauſam finalem.

41 Præſentia præſumitur partium, quando uerbum, promiſit, reperitur in ſcriptura, quæ de ſui natura fit inter præſentes, aliàs ſecus.

42 Promiſſionis non eſt ſolemnitas intrinſeca præſentia, fideiuſſionis ſic.

43 Stipulatio non contrahitur, quando partes non habuerunt animum ſtipulandi.

44 Conſenſu deficiente actus nullus ualere poteſt.

45 Intellectus nouus autoris ad l. 1. C. de dotis promiſ.

46 Stipulandi animus in dubio præſumitur, & uelle quis facere actum efficacem, licèt admittatur probatio in contrarium.

47 Verbum, promiſit, prolatum à teſtibus, non importat ſtipulationem.

48 Verbum, ſpondit, importat idem, quod uerbum, promiſit, ad cauſandam ſtipulationem.

49 Verbum, cauit, idem importat, quòd uerbum promiſit, ut ex eo poſito in ſcriptura contrahatur ſtipulatio, differt tamen ab eo, quòd cauit ſignificat promiſſionem per ſtipulationem.

50 Verbum, conuenit, non importat idem, quòd uerbum promiſit, ad cauſandam ſtipulationem.

51 Rationes differentiæ inter uerbũ, conuenit, & uerbũ, promiſit.

Conuenit

52 *Conuenit, uerbum, apud acta iudicij inducit ſtipulationem.*
53 *Verbum, placuit, non importat idem, quòd uerbum, promiſit.*
54 *De iure regio quis obligatur efficaciter quibuſcunque uerbis, uel quo quo modo conſtiterit, quòd voluit ſe obligare.*
55 *Stipulatio hodie de iure regio in nullo actu eſt neceſſaria.*

Verbum, promiſit, in ſcriptura appoſitum an importet ſtipulationem? Cap. XXXIIII.

EGregia, & ualde dubia quæſtio eſt, utrũ
1 uerbum, † promiſit, in ſcriptis redactũ
importet ſtipulationem? In quo articulo uarij varia ſenſere, ſed eius pars affirmatiua receptiſsima eſt, quam tenet gl. in §. ſi ſcriptum, & ibi Fab. Ange. Chriſto. & Mynſinge. Hotoma. Inſtitut. de inuti. ſtipula. glo. in l. 1. in uerbo, nõ fit. C. de uſu. ubi Pa. Ca. nu. 3. & cæteri. gl. ĩ l. 1. ĩ pri. ff. de pactis. in uerbo, duorum, Doct. in l. ſciendũ. ff. de uerbo. obligatio. ubi Barto. nu. 2. & 18. Albe. uerſi. ſed cum ſupra, Aretin. nu. 3. Zaſi. nu. 3. Docto. in l. Titia §. pen. ff. eod. ubi Barto. Paul. Imo. Aretin. Docto. in l. lecta. ff. ſi certum peta. ubi Barto. nu. 11. Corne. num. 8. Aretin. nu. 5. & 14. Bartho. Socin. nu. 3. Alci. num. 18. Franc. Curt. & Paulus de monte Pico uterque nu. 9. Additi. Bart. nu. 6. Moder. in repet. Rub. de uerbo. obligatio. ubi Bald. Nouel. nu. 2. Paul. Caſtr. in conſ. 81. nu. 4. Qui uolunt uerbum, promiſit, in ſcriptura redactum indiſtinctè ſiue publica, ſiue priuata uim ſtipulationis habere. Et hæc eſt commu. opinio. quam ita ferè omnes prædicti Moderni appellant. Quæ receptiſsima opinio conſtare Docto. uidetur ex §. ſi ſcriptum, Inſtitut. de inuti. ſtipu. ubi cautum eſt, ſi ſcriptum in inſtru- 2
mento

mento fuit, promiſiſſe aliquem, perinde habetur, ac ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit. Secundò probatur ex l. 1. C. de contrahen. & committen. ſtipu. ubi licèt epiſtolæ additum non ſit ſtipulatum eſſe ei, cui cauebatur, tamen ſi inter præſentes geſta res eſt, credendum eſſe ait, præcedentem ſtipulationem, uocem ſpondentis ſubſecutam eſſe. Tertiò induci ſolet l. Titia. §. pen. ff. de uerbo. obligatio. ubi ſi aliquis literis ſuis præſtaturum Titio pecunias cauit, ſi inter præſentes actum ſit, intelligendum eſt ex parte Titij uerba ſtipulationis præceſſiſſe. Quartò urgere uidentur l. ſciendum. ff. de uerbo. obligatio. §. fina. Inſtitut. de fideiuſſo. ubi habetur, quòd ſi ſcriptum reperiatur, aliquem fideiuſsiſſe, intelliguntur omnia ſolemniter acta, & conſequenter ſtipulationem interceſsiſſe. Nam ut Docto.
2 ibi concludunt, ſolemnitas † intrinſeca (ſcilicet illa, ſine qua actus ſtare non poteſt) ſemper in ſtipulationibus præſumitur. Verum prædictis non refragantibus, hæc commu. opinio. non caret difficultate, & contrariam eleganter defendere conatur Fortu. Gar. noſtri collegij quondam meritiſsimus collega, in l. 1. nu. 24. ff. de pactis. pluribus iuribus & rationibus. Quorum leuibus omiſsis, in primis hac utitur ratione. Probatio
3 † debet eſſe concludens, l. non hoc. C. unde legi. & uerbum, promiſit, non concludit ſtipulationem, cum non ſolùm ad ſtipulationem, ſed etiam ad pactum nudum, & ad pollicitationem referri poſsit, l. ſciendum. §. dictum. ff. de ædili. edic. notant gloſſ. & Docto. in l. 1. in princip. ff. de pactis. Dubia etenim probatio non releuat, ſed debet interpretari contra producentem. c. in præſentia, de probatio. ubi Scribent. notant. Secundò
4 facit ratio; nam probatio † debet interpretari in caſum

ſum minus reſtringentem, & in partem benigniorem, ut in d.c.in præſentia. Vnde in noſtro caſu interpretari debet per pollicitationem, quæ minus operatur, iuxta l.pactum.ff.de pollicit. Tertiò his accedit.l. ſciendũ. §.dictum.ff.de ædili.ædicto, qui text.ſentit, quòd promiſſio tunc refertur ad ſtipulationem, quando probatur ad promiſſionem interrogationẽ præceſſiſſe. Quartò adducitur l.1.C.de uſuris† ubi ſi per teſtes probatur
5 aliquem promiſiſſe uſuras, non aliter ualet ſtipulatio, quàm ſi probatur interrogationem præceſſiſſe. Vnde idem uidetur dicendum, quando reperitur promiſiſſe aliquem per ſcripturam, cum nulla concludens ratio differentiæ inter ea à Doct.reddatur. Quintò conſideratur.l.iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pactis, ubi dubitatur, an ſit ſtipulatio illud, quod in inſtrumentis pactorum inſerit ſolet: rogauit Titius ſpondit Mæuius. Vnde ſi uerbum, promiſit, ipſo iure interpretaretur per ſtipulationem, ſuperflua eſſet talis præſcriptio uerborum, & inaniter ibi I.C. dubitaret, an eſſet ſtipulatio, quem text. maximè ponderat Fortu.in eo, quod uult in inſtrumentis naturam, & propriam ſignificationem uerborum ad ſtipulationis interpretationem obſeruari. Sextò pro hac parte conſideratur l.1.C.de do.promiſſ. ubi uerbum, promiſit, in inſtrumẽto adſcriptum referunt gloſ. & comm. Docto. ad pactum nudum, & non ad ſtipulationem. Septimò expenditur.l.lecta, ff.ſi cert.pet. ubi uerbum, conuenit, in ſcriptura appoſitum ſignificat nudam conuentionem, & tamen eſt commune ad nudam, & uerbis ſcriptam.l.1.§. adeò. ff. de pactis. His, & alijs leuibus fundamentis, quæ breuitatis cauſa omiſi, contra communem inſurgit Fort. citatus, elegãter defendens uerbum, promiſit, in ſcriptura appoſi-

apppoſitum ſtipulationem non denotare, quod etiam voluit Lancel. in repetit. rubr. ff. de uerbo. obligatio. nu. 13. Verum hæc opin. quamuis diſputatiuè defendi poſſet, tenenda non eſt, & meo iudicio apertè confunditur, per d. §. ſi ſcriptum, Inſtitu. de inu. ſtipul. Nec ſatisfacit reſponſio Fort. aſſerentis intelligi debere, promiſiſſe, ibi per ſtipulationem, quæ uerba ſunt tex. illi ſecundum eum adijcienda: cum iura intelligenda ſint planè abſque ſubauditione, prout litera iacet; maximè quòd hæc intelligentia eſt contra mentem illius tex. & eius diſpoſitionem omnino deſtruit, quæ eſt ut ex ſolo uerbo, promiſit, in ſcriptura redacto, abſque eo quòd præcedat interrogatio, inducatur ſtipulatio. Præterea obſtant d. l. 1. C. de contrahen. ſtipula. & d. l. Titia. §. penul. ff. de uerbo. obliga. Nec ualet dicere, quòd
6 in illis iuribus adeſt uerbum, cauit, quòd † importat promiſſionem per ſtipulationem. Nam ibi uerbum illud, cauit, appoſitum fuit à legum conditoribus: non tamen ibi conſtat, fuiſſe inſertum in ſcriptura, & verbum, cauit, ibi ſumitur pro verbo, promiſit, vt bene commu. Scriben. in d. §. penult. volunt, teſte Aret. & Iaſ. ibi, quod ſuadent verba illa, ſi res geſta eſt inter pñtes. Nã ſi verbũ, cauit, eſſet in ſcriptura, & ſignificaret promiſit per ſtipulationẽ, iã ſupponeret actum eſſe inter præſentes; cum ſine præſentia ſtipulatio non contrahatur, l. 1. ff. de uerbo. obligatio. Et iſtam opinio. meritò improbant Iuniores, præcipuè Mari. Socin. Iun. in Rub. ff. de uerbo. obliga. nu. 47. qui reſpondet ad omnia Fortu. fundamenta; cuius ſolutiones, & aliæ ultra eos ex infra dicendis in intellectibus illorum iurium apparebunt. Tertia opinio eſt præcedentes opin. componens, ſcilicet quòd uerbum, promiſit, importat ſti-

pulationem, quando in ſcriptura publica reperitur ſcriptum, & ita intelligitur d.§.ſi ſcriptum. Secus uerò quando in ſcriptura priuata, aut à teſtibus profertur. Quo caſu locum habent iura pro ſecunda opinio. adducta. Quam opinio. tenere uidetur Ang. in l. lecta. ff. ſi certum peta. & ibi Iaſ. nu. 5. idem Iaſo. in d.§. pen. nu. 6. ſentit Mari. Socin. Iun. in d. Rub. nu. 58. Pro qua opinio. expendi poteſt tex. in d.§. ſi ſcriptum in quantum dicit, ſi ſcriptum in inſtrumento. Nam ſi Imperator uellet idem eſſe, ſi in qualibet ſcriptura reperiretur, id exprimere ſciret, & eſt credendum, quòd loqueretur generaliter, ſi in ſcriptura reperiretur, & non ſi in inſtrumento. Vnde uerìſimiliter dicendũ eſt, quòd non fuerunt uerba illa in inſtrumento appoſita ſine iuris miſterio; quia uerba legis cum miſterio ſunt intelligenda, ut in ſimili tradit Ange. in l. cum oportet. §. ſin autem. C. de bonis quæ lib. Nec admittenda eſt extenſio de inſtrumento publico ad ſcripturam priuatam, cum non ſit bona conſequentia; importat ſtipulationem uerbum, promiſit, appoſitum in inſtrumento publicò (quod fit cum magna ſolemnitate) ergo & in ſcriptura priuata; in qua longe minor eſt ratio, maximè cum diſpoſitio d.§. ſi ſcriptum, ſit ius ſingulare, ut paulo mox dicetur. Vnde trahi non debet ad conſequentiam, iuxta l. quod uerò cõtra. ff. de legi. & pro hac opi. adduco text. in l. cum oſtendimus. §. fina. ff. de fideiuſſo. ubi tutor fideiuſſores à tutoribus nominati ſi præſẽtes fuerint, & non contradixerint, & nomina ſua referri in acta publica paſſi ſint, perinde tenentur, ac ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita eſſet: ponderando uerba illa, in acta publica. Sed his non obſtantibus hanc opinio. & concordiam meritò improbant Moder. maximè

Phi-

Philihp. Deci. in d. l. lecta, nu. 9. Fortu. in d. l. 1. ff. de pactis, per d. §. pen. & per d. l. 1. C. de contrahen. ſtipula. quæ proculdubio loquuntur in ſcriptura priuata. Nec oberit conſideratio text. in d. §. ſi ſcriptum, cum text. ille ſimpliciter loquatur de inſtrumento: quod uerbū
7 referri poterit ex propria ſignificatione ad publicam, & priuatā ſcripturam, ut teſtatur Deci. in d. l. lecta, & in Rub. extra de fide inſtrumen. poſt Bart. in l. prima. C. de iuramen. calum. Pro quo facit l. prima. ff. de fide inſtrumentorū. & l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de uerbo. ſignific. Nec obſtat d. §. fina. l. oſtendimus.
8 † Nam ei occurri poterit cum Baldo ibi, & Alexan. & additi. Barto. in l. 1. ff. de uerbo. obliga. quòd tex. ille loquitur in caſu ſpeciali tribus concurrentibus, de quibus in text. illo ſcilicet color iudicij, fauor pupilli, & quod ſcriptum ſit in ſcriptura publica: quorum altero ceſſante, ſecundum eos ſolemnitas non fingitur. Et eſt aduertendum, quòd in caſu illius text. non ſolùm præcedens interrogatio, ſed etiam promiſſio fingitur. Retenta igitur communi opinio. quòd uerbum, promiſit, in ſcriptura publica, aut priuata adſcriptum importet ſtipulationem: eam declarant Scribe. admitti pro-
9 bationem in contrarium; † nempè non fuiſſe contractam ſtipulationem, gloſſ. in d. §. ſi ſcriptum, ubi Ange. Hotoma. Mynſinge. nu. 6. Docto. in l. ſciendum. ff. de uerbo. obligatio. ubi Barto. nu. 9. Bald. Cuman. nume. 6. Ioann. de Imol. in uerſi. in eadem glo. §. quod fere, & idem tenent Hiero. Butri. nu. 5. & Cagno. nu. 92. in l. lecta. ff. ſi certum petat. Brune. de forma in arti. de probati. & præſumpti. Quæ declaratio proculdubio communis eſt, & conſtare Docto. uidetur ex l. iuriſgē

u 2 tium.

tium.§.quod ferè.ff.de pactis, ibi ideoque ex ſtipulatu naſcitur actio, niſi ſpecialiter contrarium probetur, quod non animo ſtipulantium hoc factum eſt, ſed tan tum paſcicentium. Præterea iſtam declarationem ſua det ratio; nam quòd uerbum, promiſit, in ſcriptura ad iectum importet ſtipulationem, ſecundum eos Doct. prouenit ex præſumptione iuris; quia ius præſumit, quòd præceſſerat interrogatio, ut in d.§.ſi ſcriptum, & in d.§.pen.& in d.l.1.& ita quòd fuit contracta ſtipula
10 tio. Et contra † præſumptionem iuris admittitur probatio in contrarium, gloſſ.& Docto. in l.fi.ff. quod me tus cauſa.c.is, qui fidem, ubi Abb.de ſponſa. Verum in hac declaratione nõ minor difficultas uerſatur, quàm
11 in principali concluſione, quæ confunditur per d.§.ſi ſcriptum, Inſtitut. de inutil. ſtipulat. ubi eſt uerbum,
12 † perinde, quod denotat fictionem. l. iure ciuili. ff. de condictio. & demonſtr.l.ſacrilegij capite, ubi Bar.ff.ad leg.Iuli.pecu.l.ſed ex ſi lege.§.perinde, ubi Ang.ff.de peti.hæredi.l.lecta, ubi Aretin.ff.ſi certum peta. Iaſ.in l.ſi is, qui pro emptore, nu.5.& ibi Iaſ.nu.93.ff.de uſucapio. Secundò d.declarationi aduerſatur d.l.Titia.§.penul.ff.de uerbo.obligatio. ubi adeſt uerbum, intelligitur, quòd ſimiliter fictionem ſignificat, Iaſo.ubi ſupra.Barto.in l.ſciendum.ff.de uerbo.obligatio.l.unica, in princip.C.de rei uxo.actio. Tertiò contra eam urget d.l.1.C.de contrahen.ſtipul.ubi adeſt uerbum, credendum, quòd etiam fictionem importat, l.retro.ff.de captiuis, & poſtlimin.reuer.Barto.& Iaſo.in d.l.ſi is, qui pro emptore. Per quæ fundamenta tenet fictionem & non præſumptionem eſſe Iaco.de Are.quē refert, & defendit Alberi.in l.ſciendum, uerſic.ul. ſed cum ſupra.ff.de uerbo.obligatio.& Plautius, qui eos

nos

non uidit, in repeti. Rub.ff.de uerbo.obligatio. libr. 5. cap. 4. Et cum ſit fictio, & non præſumptio ſecundum eos non admittitur probatio in contrarium per notata gloſſ. & Docto. in l. non eſt ueriſimile. ff. quod metus
13 cauſa. Nam † præſumptio eſt ſuper caſu incerto, & ueriſimili; fictio uerò ſuper certo contra ueritatẽ, ut tradunt Scriben. in d. l. ſciẽdum. Abb. & cæteri in c. is, qui fidem, de ſponſa. Et hæc opinio confirmatur per terminos, quibus utuntur Scribẽ. nam diſputant, quòd uerbum, promiſit, in ſcriptura appoſitum importat ſtipulationẽ, uel quòd habet uim ſtipulationis, uel quòd per id intelligitur ſtipulatio; quæ uerba denotant fictionem, ut ſupra probatum eſt. Nec obſtat text. in d.
14 §. quod ferè; † nam ibi interpoſita fuit ſtipulatio ſolẽnis per illa uerba: rogauit Titius, ſpondit Mæuius; & ſolùm admittitur probatio, quòd partes non habuerunt animum ſtipulandi, ſed paciſcendi, uel fortè iocandi, ſine quo ſtipulatio contrahi non ualet, ut in l. obligationum ſubſtantia. §. fina. ff. de actio. & oblig. ita intelligunt illum text. Iaco. de Aren. Alber. ubi ſupra Ioan. Crot. in repetit. l. ſciendum nu. 53. ff. de verbo. obliga. Mari. Socin. Iun. in rub. eod. titu. nu. 57. Quæ intelligẽtia ad illum text. uera eſt, ut infra latius dicetur. Sed nihilominus opinio hæc admittenda non eſt. Et primò
15 facit contra eam; nam † lex diſponens ſuper his, quæ iuris ſunt, & à poteſtate legis dependent, uerè facere dicitur, ut concludunt Doct. communiter in l. ſi is, qui pro emptore, ubi Barto. nu. 30. & Iaſ. nu. 223. Alc. nu. 95. ff. de uſucapi. Anto. de Butr. in conſi. 20. quod incipit, æquitas, pro quo adducit, l. eo iure, ibi pignori eſſe creduntur, & l. prædijs ibi, tacitè pignori eſſe intelligũtur, ff. quib. mod. pig. taci. cõtraha. & melius facit text.

in ſtipulatione loquente, in l. unica, in princ. C. de rei uxo. actio. & ſtipulatio eſt iuris, & actus, qui pendet à poteſtate legis, ut apparet ex l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Sed hæc difficultas tolli poteſt. Nam licèt fictio idem operetur in caſu ficto, quod ueritas in caſu uero, iuxta l. bona, in fine. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. quamuis. §. ſi mulier. ff. ad Velleia. & in effectu ſit ueritas, hoc tamen eſt per fictionem. Quod eſt con-
16 ſiderabile in iure: cũ fictio † etiam ſuper his, quæ ſunt iuris, ueritate in multis caſibus debilior eſt: quos enumerat Alcia. in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 72. & 93. ff. de uſucapi. & indiuiduo probatur in l. his uerbis. ff. de
17 adoption. † ubi pro ficta ſtipulatione datur utilis actio ex ſtipulatu, & non directa & tamen inter actionem utilem, & directam datur differentia, ut docet Barto. in l. 2. ff. de action. & obliga. Secundò quòd non ſit fictio, uidetur probari ex eo, nam, ut ſupradictum eſt, fingitur in caſu certo contra ueritatem. Sed quando uerbum, promiſit, reperitur in ſcriptura, non eſt omnino certum, quòd non præceſſit interrogatio; imò eſt ueriſimile, quòd præceſſit, ergo eſt præſumptio, & non fictio; cùm fiat ſuper incerto & ueriſimili. Sed ego re-
18 ſpondeo, quòd, † quando lex diſponit aliquid in caſu dubio, & uult, quòd ſiue factum fuerit, ſiue non intelligatur actum, hæc appellatur fictio. Nam ſaltem in caſu non uero eſt cõtra ueritatem, hoc probo per l. unicam, in princ. C. de rei uxo. actio, ubi diſponitur, quod omnes dotes exigi debeant per actionem ex ſtipulatu, ſiue ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiue non. Nam intelligitur ſtipulationem re ipſa eſſe ſubſecutam, & tamen fictio eſt, ut ibi gloſſ. & Doctõ. notant: ſimiliter in l. ſi duo. ff. de acquiren. hæredit. & ita poterit intelligi d. §. ſi

ſi ſcriptum,& d.§. pen.& d.l.1.C.de contrahen. ſtipul. Tertiò hæc opinio omnino confunditur, quòd d.§. ſi ſcriptum,& d.§.pen.& d.l.1. non agunt de fictione ſtipulationis,ſed fingunt interrogationem præceſſiſſe ad effectum,ut ſtipulatio contrahatur, & effectus cauſatus à fictione,ut paulo mox latius dicetur eſt uerus: & quòd hoc caſu non fingitur ſtipulatio, probatur in d.l.1.& in d.§.pen.ubi dicitur,quòd quando uerbũ,promiſit, eſt appoſitum in ſcriptura,quòd ut ex ſtipulatu agatur,oportet,quòd res geſta ſit inter præſentes. Si enim fingeretur ſtipulatio,non eſſet neceſſaria illa ſolẽnitas,quòd promiſsũ eſſet inter præſentes,ut appareret ex d.l.unica.§.1.C.de rei uxo. action. & ex l. his uerbis.ff.de adoptio.ubi non admittitur probatio in contrarium, quòd ſtipulatio non fuit contracta quia partes non fuerunt præſentes tempore promiſſionis, prout in noſtro caſu admittitur, ut bene probatur in dictis iuribus,& Docto.omnes concludunt in d.§.pen. ut infra latius dicemus. Tertia opinio eſt mediam uiã inter ſuperiores tenens, quòd non ſit fictio, nec præſumptio iuris ſimplex,ſed præſumptio iuris,& de iure.

19 Nam quando † lex aliquid præſumit, & firmans pedes ſuper præſumptione,aliquid diſponit, eſt præſumptio iuris,& de iure.l.fi.C.arbi.tute.l.antiquæ.§.1.C. ad uellei.c.is qui fidem,de ſponſali.In noſtro caſu ſecundum hanc opinio.lex præſumit, quando reperitur uerbũ,promiſit,in ſcriptura,quòd præceſſit interrogatio,& diſponit,quòd ita intelligatur: hanc opinio. tenet Ioann.Crot.in repetit.l.ſciendum, num.53. ff.de uerbo,obligat.& hæc præſumptio iuris, & de iure potius dicitur fictio,quàm præſumptio, ut tradit Rapha. Cuman.in l.ſi duo.ff.de acquir.hære. & tantum operatur,

ſatur, quantum ueritas in foro iudiciali, Abb. in d.c. is qui fidem, nu. 5. ſed non omnino eſt fictio. Nam, ut docet Auguſti. Bero. in c. at ſi clerici, nu. 110. de iudi. in multis differt à fictione, ſcilicet natiuitate, ſubſtantia, & genere. eſt etenim præſumptio iuris, & de iure liquidiſſima probatio, l. tutor, ubi gloſſ. C. de pericu. tuto. l. licèt Imprator. ff. de leg. 1. Fictio uerò nõ dicitur probatio, nec eius ſpecies, ſed diſpoſitio, ac prouiſio, l. non eſt uerisſimile, ubi notatur. ff. quod metus cauſa. Et licèt contra Bero. inſtari poſſet, præſumptionem iuris, & de iure etiam diſpoſitionem eſſè, ut ex prædictis iuribus probatur, ubi Docto. tradunt; tamen negari non poteſt, quia ſit diſpoſitio fundata ſuper præſumptione. Et hac de cauſa in multis differt à fictione, maximè in eo quod contra fictionem non admittitur probatio
20 incontrarium indiſtinctè. Contra † præſumptionem uerò iuris, & de iure, licèt non admittatur probatio incõtrarium per teſtes, uel inſtrumenta, ut probatur in d. l. fina. & in d. §. 1. & in d.c. is qui fidem, ubi Abbas, & Docto. de ſponſa. benè tamen admittitur probatio incontrarium, per confeſſionem partium, ſaltem in materia, in qua ſtatur confeſſioni, glo. Barto. & Doct. commu. in Authen. ſed cum neceſſe. C. de donati. inter ui. & uxo. Abb. & Docto. in d.c. is, qui fidem, & in c. quanto, ubi Felin. num. 5. de præſcriptio. Alexand. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudi. Alcia. in tractat. præſumptio. 2. parte, nu. 11. d. Couar. in Epito. par. 1. §. 1. nu. 3. ubi plures Doct. ad hoc citat, & cõmu. teſtatur. & ẽ gl. in l. in cõtractibus in uerbo, nullo mõ. C. de nõ nume. pecu. Vnde redeundo ad rem, Crotus concludit non poſſe probari per teſtes, ſolemnitatem ſtipulationis non interueniſſe, quando uerbum, promiſit, in

ſcriptu-

ſcriptura reperitur, ſed probationem in contrarium admitti per confeſſionem partis, ſi forte confeſſus fuit interrogationibus, reſpondendo, ſtipulationem nō interueniſſe. Verum nec hæc opinio tenenda eſt, & contra eam faciunt ea, quæ ſupra adducta ſunt, ad probandum nō eſſe fictionem, nec præſumptionem iuris; quæ concludere etiam uidentur non eſſe præſumptionem iuris, & de iure, quæ de prædictis quodammodo compoſita uideur. Præterea, quòd Crotus affirmat, nō poſſe probari per teſtes ſolemnitatem ſtipulationionis nō interueniſſe, uerum non eſt, & contrarium manifeſtè apparet ex d.l.1.C.de contrahē. ſtipul. & ex l. Titia. §. pen.ff.de uerbo. obligat. ubi omnes Doct. notant, quòd ſi probetur non fuiſſe actum inter præſentes, ſtipulationē non eſſe contractā. Rurſus ꝙ tradit, admitti probationē in contrariū per confeſſionē partis, indiſtinctè 12
nō procedit. Qñquidem admitti nō debeat probatio, ꝙ interrogatio nō præceſſit, quia hæc ſolēnitas fingitur à lege, nō ex præſumptione aliqua, ſed ex mera, & propria fictione, ut conſtat ex d.l.1. & ex d.§. pen. & expreſſius ex d.§. ſi ſcriptum, Inſtit. de inuti. ſtip. inductis, prout ſupra. Ego uerò in hac difficultate, tam concluſionis, quàm etiam declarationis, in quarta ſum opin. exiſtimans improprié loqui Scribentes, dum diſputant, an uerbum, promiſit, in ſcriptura repertum importet, aut denotet, aut ſignificet ſtipulationem, uel vim habeat ſtipulationis. Nam ſi rectè conſideretur d.§. ſi ſcriptum, & d. §. pen. & d.l.1.C. de contrahend. ſtipu. nec ex mente, nec ex uerbis illorum iurium colligi poteſt, quòd legum conditores ſtipulationem fictam, aut præſumptam ex uerbo, promiſit, in ſcriptis redacto conſtituere uoluerunt, ſed clarè diſponere ex eo, in ſcriptū-

ra appoſito, ueram contrahi ſtipulationem quia fingunt illa iura interrogationem præceſſiſſe. Vnde non loquuntur de ſtipulatione ficta, aut ullo modo præſumpta, ſed de uera cauſata tamen ex fictione præce-
21 dentis interrogationis. Nam quando † lex fingit factū & ſuper eo diſponit, effectus cauſatus ex fictione eſt uerus, & non fictus, Iaſo. in l. Gallus. §. ſi eius, num. 27. ff. de libe. & poſthu. & in l. ab em ptione, nu. 8. ubi Bartol. Bald. & Fulgoſ. ff. de pactis, Doct. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucap. ubi Barto. nu. 70. Sebaſti. Maffæ. nu. 113. Iaſo. nu. 395. qui dicit magis commu. Alexand. in l. quod meo. ff. de acqui. poſſeſſio. Bero. in Rub. de proba. extra, nu. 21. Pro quo citant. l. certè. §. 2. ff. de præca.
22 ibi, ego precario propriè habere dicor. † & urget meo uideri tex. in §. poſthumi, Inſtitut. de hæredi. quæ abinteſta. deferun. qui rectè intellectus uult, quòd poſthu-
23 mus, † dum eſt in utero, ſit uerè ſuus, licèt non ſit in poteſtate patris tempore mortis, ex eo quia in his, quæ ſibi utilia ſunt, fingitur natus, iuxta l. qui in utero, & l. fina. ff. de ſtatu. hom. Barto. & Aret. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucap. Et conſequenter eſſe in poteſtate adnotat gloſſ. in d. §. poſthumi, cum qua tranſeunt commu. Scribent. ibi, & expreſsè idem tenet Chriſto. ibi, nu. 2. uer. ſicu. item nota quòd non ſolum iam nati. Quam interpretationem ſatis ſuadet uerbum, ſunt, ibi
24 appoſitum, † quòd denotat ueritatem, & non fictionē, Barto. in l. maritus. §. legis. ff. de adulte. Ioan. Crot. in repetit. d. l. ſi is, qui pro emptore, nu. 81. facit l. 1. ff. quod quiſque iuris. Vnde cauendum eſt à Philipp. Deci. in l. qui ſe patris. C. unde libe. & à Cuma. in l. lege Cornelia. ff. de teſta. qui ſentire uoluerunt fictè poſthumum dici ſuum. Nam contrarium eſt de mente Docto. com

mu-

mu.& expreſsè tenet Iaſo.in l.Gallus.§.ſi eius.ff. de libe.& poſthum. Et magis errant aliqui Docto. Mode. non mediocris autoritatis uolentes poſthumum non dici ſuum,dum eſt in utero, ſed poſtquam eſt natus. Quam opinio.tenet Curti.Iun.in l.poſthumo nato.C. de bono.poſſeſſio.contratabu.& ibi Humb.2.part.nu. 4.& Rimi.idem Rimi.in l.qui ſe patris.C.unde lib. ubi & Gozad.latè Anto.Gom.in l.13.Tau.& Doctiſſimus Arius Pine.in 2.part.Rubr.C.de bonis mater.nu.37. ſenſit Fortu.Garſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, nu. 49.& ibi Ema. Coſta in 3. part. nu. 64. qui conſiderant poſthumum dici poſt humationem patris natum, & quòd,dum eſt in utero,potius appellatur uēter,& ꝙ iura agentia de poſthumo ſuo, loquuntur de iam nato,ut conſtat in d.l.poſthumo nato. Sed ſalua pace tantorum uirorum,opinio hæc non mihi uidetur uera, & meo iudicio apertè confunditur per d.uerſic.poſthumi quoque, Inſtitut. de hæredi. quæ abinteſtato deſc. per illa uerba,ſui hæredes ſunt. Nec obſtat eorum reſponſio, quòd ſuppleri debeat,poſtquam ſunt nati. Nam iura debent intelligi planè, & ſine ſubauditione:& hæc explicatio deſtruit diſpoſitionem illius text. Nam ſi text.uellet,quòd,poſtquam eſt natus,illius tex. diſpoſitio locum haberet,diceret, efficiuntur ſui, ut in §.interdum, eiuſdem titu.inuenitur, non ſui hæredes ſunt,de præſenti loquendo,maximè quòd eſt manifeſtum,quòd poſthumus, dum eſt in utero, appellatur poſthumus,& habet iura ſuitatis,ut §.penul.Inſtitu.de tute.l.tutela.§.nemo.ff.de regu.iu.l.2.uerſ.planè poſthumis.ff.de uulga.l.poſthumi,in princ.ff.de inoffic.teſtam.§.poſthumi,Inſtitu.de exhæ.lib.l.1.§.toties. ff.de uentre in poſſeſſio.mitte. Veritas eſt, quòd dum eſt in

utero poſthumus, non eſt totaliter, & irreuocabiliter ſuus; ſed reuocabiliter, & tantùm quoad ſuam utilitatem; & fortè hoc uoluerunt dicere prædicti patres. Ad propoſitum igitur redeundo cõcludo, ex uerbo, promiſit, in ſcriptura redacto ueram contrahi ſtipulationem: quia fingitur, interrogationem præceſſiſſe, ſi actũ eſt inter præſentes, ut ſtipulatio cõcipiatur. Sed quia ſuſpicor, lectorem contra legem fortè indignationem habere, quare in hoc caſu fictionem præcedentis interrogationis ad cauſandam ſtipulationem induxit;
25 † cùm ſtipulatio ſit actus iuris, qui eſt in poteſtate legis, iuxta l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. & ita poterat abſque ulla fictione præcedentis interrogationis conſtituere, ut ex ſolo uerbo, promiſit, in ſcriptura appoſito contraheretur ſtipulatio, ut fecit l. unica, in prin. C. de rei uxo. actio. & in l. his uerbis. ff. de adoptio. præcipuè cum in iure cautum reperiatur, circuitum eſſe euitandum, l. dominus teſtamento. ff. de condictio. indebit. cum admonere uolo, legem in his, in
26 quibus † diſponere poteſt ſecundum ueritatem, nunquam confugere ad remedium extraordinarium fictionis, l. quia ratio. ff. de conditio. inſtit. l. hæres à debitore. §. fin. ff. de fideiuſ. Lex etenim non fingit, niſi ex cauſa, & æquitate, Docto. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucap. ubi Barto. nu. 30. Iaſo. nu. 223. Alci. nu. 58. Et hinc eſt, quòd in his, quæ ſunt meri iuris, non fingit lex, ſed operatur, l. 2. C. ad Maced. Sed licèt hoc procedat regulariter, aliquando opus eſt legis diſpoſitione in his, quæ meri iuris ſunt, fictionem inducere ratione contrarietatis, ſeu repugnantiæ iuris euitandæ: ita concludunt Docto. ſupradicti. Vnde in noſtro ca-
27 ſu cùm de ſubſtantia † ſtipulationis ſit, quòd præcedat

interrogatio,& ſequatur rñſio,l.1.§.uerbis,& l.obliga
mur.§.uerbis.ff.de actioni.& obligatio.tex.in princip.
Inſtitut.de uerbo.obligatio. quod etiam hodie de iure
nouiſſimo locum habet. Nam ſolemnitas uerborum,
28 quæ ſublata eſt à Leone imperatore.in l. omnes. † C.
de contrahen.ſtipula.non eſt hæc , quòd præcedat in-
terrogatio;ſed illa,de qua agitur in §.1.Inſtitu. de uer
bo.obligatio.ut communiter,& ferè omnes Doct.con
cludunt in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerbo.obliga.
& in Rub.eod.titu.ubi Mari.Socin.Iun.num. 186. Et
quia æquum uiſum fuit legiſlatori,quòd ex ſolo uer-
bo,promiſit , in ſcriptura appoſito ; quæ fieri ſolet cũ
maiori deliberatione,conciperetur ſtipulatio, abſque
eo quòd præcederet interrogatio,hoc non poterat fa
29 cere † ſine iuris repugnantia. Vnde,ut iuris contrarie-
tas euitaretur,neceſſarium fuit fingere,interrogationẽ
præceſſiſſe . Et hæc mihi uidetur uera ratio decidendi
d.§.ſi ſcriptum,Inſtitut. de inuti. ſtipula. Qui text. ita
intellectus eſt melior de iure pro prædicta communi
opinio.ſcilicet quòd etiam hodie de iure nouiſſimo ſit
de ſubſtantia ſtipulationis, quòd præcedat interroga
tio , aliàs autem Imperator minimè illam fingeret in
30 text.illo præceſſiſſe.Stat † igitur concluſio,quòd ex uer
bo,promiſit , in ſcriptura appoſito contrahitur uera
ſtipulatio,ſed admittitur,probatio in cõtrarium, quòd
non fuit contracta ſtipulatio, intelligendo quando nõ
fuit contracta ſtipulatio,quia partes non fuerunt præ-
ſentes,uel quia noluerunt contrahere ſtipulationem ,
non uerò quia non præceſſit interrogatio,quam fingit
31 lex præceſſiſſe. † Et hæc ſtipulatio differt à ficta ſtipu-
latione, quia eſt uera. Item quia in ficta ſtipulatione
non admittitur probatio, quòd partes non fuerunt
præ-

Digitized by Google

præſentes,l. his uerbis.ff.de adoptio.l.niſi. §. item. ff.ſi plus quam per leg.Falcid.in hac uerò ſic,l.1. C.de cõ trahen.ſtipu.l.Titia.§.pen.ff.de uerbo.obligatio. Præterea in ficta non datur actio directa, ſed utilis,ut in d. l.his uerbis , habetur. diſtat à ſtipulatione præſumpta ſimpliciter præſumptione iuris,quia eſt uera,& nõ admittitur in ea probatio,quòd non præceſſit interrogatio: differt à ſtipulatione præſumpta præſumptione iuris,& de iure:quia eſt uera,nec admittitur probatio per confeſſionem partis,quòd non præceſſit interrogatio:concordat cum omnibus his. quia admittitur probatio,quòd non fuit contracta ſtipulatio ex mente cõ trahentium.Eſt tamen aduertendum,quòd licèt effe-
32 ctus cauſatus † ex fictione ſit uerus, & non fictus, aliquando dicitur improprius,l.lege Cornelia. ff. de teſtam.ubi Bald.Ange.Cuman.Pau.& communiter Docto.adnotant,quamuis hoc non ſit ſemper, ut apparet ex l.certè.§.1.ibi,ego præcariò propriè habere dicor. ff.de præcar.notat Iaſo.in l.Gallus.§.ſi eius,num.27.ff. de libe.& poſthum.& licèt utile eſſet inquirere,quando effectus cauſatus ex fictione dicatur improprius,& quando proprius,pro ſtatutis,quorum uerba propriè ſunt intelligenda,iuxta l.1.§.hæc uerba.ff.de neg. geſt. in noſtra materia loquente : quia uerò nõ pertinet ad præſentẽ Speculationem, omiſſam faci),ſolùm admo
33 neo,quòd uerbum † fictè, & uerbum impropriè non omnino idem important.Quandoquidem manifeſtiſſimum ſit improprietatem nõ ſemper ex fictione prouenire,qu òd Bero. aduertit in Rub. extra de probati. & eſt nota.dignum, quia Scrib.ina duer tenter loquendo,multoties hæc duo confundunt. Sciendum eſt tamen,quòd effectus cauſatus ex fictione,licèt ſit uerus,

non

34 non tamen eſt tantæ efficatiæ, quantæ ille, † qui abſq; fictione habetur. Quia effectus prouenięs ex fictione eſt ius ſingulare, nec trahitur in conſequentiam, Dec. in Rub. C. qui teſtam. facere poſſ. nu. 12. Alcia. in d. l. ſi is, qui pro emptore, nu. 75. l. quòd uerò contra. ff. de leg. Ad rem igitur redeundo, hæc eſt mea ſentẽtia, quæ licèt in cauſa, non tamen in effectu differt à communi. Sed ut clarius ueritas appareat, hanc difficultatẽ declaro una concluſione, & pluribus declarationibus extenſiuis, & reſtrictiuis. Concluſio igitur ſit: Ex
35 uerbo, promiſit, in ſcriptura † prolato contrahitur uera ſtipulatio. §. ſi ſcriptum, Inſtitu. de inuti. ſtipu. l. 1. C. de contrahen. ſtipul. l. Titia. §. pen. ff. de uerbo obligat. Et hæc concluſio in effectu ualiditatis eius concordat cum opinionibus Doctorum, qui uolunt præſumptã, aut fictam ſtipulationem eſſe ad effectum, ut ualeat. Quæ concluſio ampliatur primò locum ſibi uendicare, non ſolùm quando uerbum, promiſit, eſt appoſitũ in inſtrumento publico, ſed etiam quando in ſcriptura priuata, ita tenent ferè omnes Docto. in principio huius capitis adducti. Et hæc eſt communis, & tenenda opinio, licèt, ut ſupra diximus, Ange. Iaſo. & Maria. Socin. Iun. uoluerunt ſentire contrarium. Quæ recepta ſentẽtia probatur in d. l. 1. & in d. §. pen. quæ proculdubio in ſcriptura priuata loquuntur. Secundò ampliatur nõ ſolũ procedere in materia fauorabili, ſed ẽt promiſſione odioſa, ut uſurarum, Docto. in l. lecta. ff. ſi cert. petat. glo. Barto. & communiter Docto. in l. 1. C. de uſuris. Vbi Paul. Caſtr. eam dicit ſecuriorem: & ab hac ſententia recedendum non eſt, quamuis Bal. in d. l. 1. C. de uſu. & Paul. in l. lecta, nu. 7. ff. ſi certum peta. per illa iura uoluerunt contrarium. Quorum opinio

uera

præſentes, l. his uerbis. ff. de adoptio. l. niſi. §. item. ff. ſi plus quam per leg. Falcid. in hac uerò ſic, l. 1. C. de cō trahen. ſtipu. l. Titia. §. pen. ff. de uerbo. obligatio. Præterea in ficta non datur actio directa, ſed utilis, ut in d. l. his uerbis, habetur. diſtat à ſtipulatione præſumpta ſimpliciter præſumptione iuris, quia eſt uera, & nō admittitur in ea probatio, quòd non præceſſit interrogatio: differt à ſtipulatione præſumpta præſumptione iuris, & de iure: quia eſt uera, nec admittitur probatio per confeſſionem partis, quòd non præceſſit interrogatio: concordat cum omnibus his. quia admittitur probatio, quòd non fuit contracta ſtipulatio ex mente cō trahentium. Eſt tamen aduertendum, quòd licèt effe-
32 ctus cauſatus † ex fictione ſit uerus, & non fictus, aliquando dicitur improprius, l. lege Cornelia. ff. de teſtam. ubi Bald. Ange. Cuman. Pau. & communiter Doctο. adnotant, quamuis hoc non ſit ſemper, ut apparet ex l. certè. §. 1. ibi, ego præcariò propriè habere dicor. ff. de præcar. notat Iaſo. in l. Gallus. §. ſi eius, num. 27. ff. de libe. & poſthum. & licèt utile eſſet inquirere, quando effectus cauſatus ex fictione dicatur improprius, & quando proprius, pro ſtatutis, quorum uerba propriè ſunt intelligenda, iuxta l. 1. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. in noſtra materia loquente: quia uerò nō pertinet ad præſentē Speculationem, omiſſam faci〈o〉, ſolùm admo
33 neo, quòd uerbum † fictè, & uerbum impropriè non omnino idem important. Quandoquidem manifeſtiſſimum ſit improprietatem nō ſemper ex fictione prouenire, quòd Bero. aduertit in Rub. extra de probati. & eſt nota dignum, quia Scrib. inaduertenter loquendo, multoties hæc duo confundunt. Sciendum eſt tamen, quòd effectus cauſatus ex fictione, licèt ſit uerus,

non

34 non tamen eſt tantæ efficatiæ, quantæ ille, † qui abſq; fictione habetur. Quia effectus proueniens ex fictione eſt ius ſingulare, nec trahitur in conſequentiam, Dec. in Rub. C. qui teſtam. facere poſſ. nu. 12. Alcia. in d. l. ſi is, qui pro emptore, nu. 75. l. quòd uerò contra. ff. de legi. Ad rem igitur redeundo, hæc eſt mea ſententia, quæ licèt in cauſa, non tamen in effectu differt à communi. Sed ut clarius ueritas appareat, hanc difficultatẽ declaro una concluſione, & pluribus declarationibus extenſiuis, & reſtrictiuis. Concluſio igitur ſit: Ex
35 uerbo, promiſit, in ſcriptura † prolato contrahitur uera ſtipulatio. §. ſi ſcriptum, Inſtitu. de inuti. ſtipu. l. 1. C. de contrahen. ſtipul. l. Titia. §. pen. ff. de uerbo. obligat. Et hæc concluſio in effectu ualiditatis eius concordat cum opinionibus Doctorum, qui uolunt præſumptã, aut fictam ſtipulationem eſſe ad effectum, ut ualeat. Quæ concluſio ampliatur primò locum ſibi uendicare, non ſolùm quando uerbum, promiſit, eſt appoſitũ in inſtrumento publico, ſed etiam quando in ſcriptura priuata, ita tenent ferè omnes Docto. in principio huius capitis adducti. Et hæc eſt communis, & tenenda opinio, licèt, ut ſupra diximus, Ange. Iaſo. & Maria. Socin. Iun. uoluerunt ſentire contrarium. Quæ recepta ſentẽtia probatur in d. l. 1. & in d. §. pen. quæ proculdubio in ſcriptura priuata loquuntur. Secundò ampliatur nõ ſolũ procedere in materia fauorabili, ſed ẽt promiſſione odioſa, ut uſurarum, Docto. in l. lecta. ff. ſi cert. petat. glo. Barto. & communiter Docto. in l. 1. C. de uſuris. Vbi Paul. Caſtr. eam dicit ſecuriorem: & ab hac ſententia recedendum non eſt, quamuis Bal. in d. l. 1. C. de uſu. & Paul. in l. lecta, nu. 7. ff. ſi certum peta. per illa iura uoluerunt contrarium. Quorum opinio

uera

uera non eſt, nec obſtat d.l.1. quia ibi non contrahitur ſtipulatio ex uerbo, promiſit. Quia non erat in ſcriptura appoſitum, ut communiter bene illum text. intelligũt Scriben. Et minus obeſt d.l. lecta, quia ibi nõ erat uerbum, promiſit, ſed uerbum, conuenit, in quo ſecundum magis commu. opinio. diuerſum ius ſtatutum eſt, ut latius in fine dicemus. Tertia ampliatio eſt locũ habere, non ſolùm quando uerbum, promiſit, eſt in ſcriptura appoſitum à perito, ſed etiam ſi ab idiota, Hug. & Barto. in l.1. C. de uſuris Alcia. in d.l. lecta, nu. 20. & ibi Addi. Barto. nu. 6. Bald. Ioann. Fab. Chriſto. & Mynſinge. nu. fi. in d. §. ſi ſcriptum, Paul. Caſtr. in conſ. 81. nu. 4. part. 1. Et hæc opinio uerior uidetur: & magis à Modern. recepta, quamuis contrariam tenet Bald. & Corne. nu. 8. in l. lecta ff. ſi cer. petat. & uidetur de mente gloſſ. in l.1. C. de uſuris, & eiuſdem Bald. & Ange. in l.1. C. de contrahen. ſtipu. & gloſſ. in d. §. ſi ſcriptum, dum aſſerunt rationem differentiæ eſſe, quare uerbũ, promiſit, quando in ſcriptura profertur, importat ſtipulationem, & quando à teſtibus nõ: ſcilicet quia ſcriptura fit à perito, hoc eſt à notario. Quam rationem tenent prædicti Docto. & Iaco. Butric. Uldr. Ioann. & Alberi. qui eam teſtatur communem in d.l. 1. C. de uſuris. Sed certè hæc opinio, & ratio uera non eſt, & confunditur per d.l. 1. C. de contrahen. ſtipula. quæ loquitur in epiſtola, & per l. Titia. §. pen. ff. de uerbo. obligatio. quæ de ſcriptura priuata agit: maximè quòd hæc opinio nimis reſtringit prædicta iura, & multoties euenit, quod notarius eſt imperitus, & teſtes periti. Vnde hãc ultimã opinio. admitti non debere cenſeo; & magis reijcienda eſt opinio eorum, dum putant, uerbum, promiſit, prolatum à teſtibus peritis importare ſtipulationem

tionem abſque ulla ſcriptura: quæ opinio nullibi probatur, & confunditur per d. l. 1. C. de uſuris. Quartò ampliatur, non ſolùm quando eſt dubium, an præceſſerit interrogatio, ſed etiam, qñ eſt certum non præceſſiſſe. Nam cùm per d. §. ſi ſcriptum, cum alijs fingitur interrogationem præceſſiſſe, non eſt admittenda probatio in contrarium per ea, quæ ſupra dicta ſunt, quòd contra fictionem non admittitur probatio in contrarium. Et hoc caſu poteſt locum habere opinio. Iacob. de Are. quem defendit Albe. in l. ſciendum, uerſic. ſed cum ſupra. ff. de uerbo. obligatio. Nec neceſſariò aduerſari uidetur communi opinio. quæ uult, quòd admittitur probatio in contrarium, ſtipulationem non fuiſſe contractam, quæ uerificari poteſt, quando non fuit contracta ſtipulatio, ex eo quòd partes nõ habuerunt animum ſtipulandi, uel quia negotium non fuit geſtum inter præſentes, non uerò ex defectu præcedentiæ interrogationis, ſine qua, quando uerbũ, promiſit, eſt in ſcriptura, rectè contrahitur: quia à lege fingitur, ut in d. §. ſi ſcriptum, & in d §. pen. & in d. l. 1. Et ſi aliquis inſtet, quòd licèt hæc ampliatio non contradicat neceſſariò uerbis Docto. tenẽtium commu. opinio. aduerſatur tamen eorum menti, & fundamentis: cum aſſerunt, præſumi à iure interrogationem præceſſiſſe, & ſecundum hoc admittitur probatio in contrarium. Reſpondeo, quòd etiam ſi Scriben. hoc expreſsè affirmarent, eorum opinio per ſupradicta iura in iudicando, & conſulendo, tanquam euidenter falſa conuinci poſſet. Primò limitatur concluſio hæc, quòd ex uerbo, promiſit, in ſcriptura appoſito contrahitur uera ſtipulatio, procedere, quando ſcriptura uerum continet, quòd pars promiſit: ſecus tamen ſi nihil promi-

Digitized by Google

ſit,quòd in dubio non præſumitur,ſed ſcripturam uerum continere,l.ſciendum.30.ff.de uerbo.obligatio.§.fina.Inſti.de fideiuſſo.Albe.& Bald.in l.Titia.§.pen.ff. de uerbo.obli.Et quòd ſcriptura uerum contineat,eſt
36 præſumptio iuris: † ideoque admittitur probatio in contrarium,ſe non promiſiſſe,Barto.Bald.Rapha. Cuman.in d.l.ſciendum,ubi & Alberi.uerſicu.ſed cum ſupra,ubi aſſerit,quòd quando quis negat,ſe promiſiſſe, aut interceſſiſſe,licèt ſit in ſcriptura appoſitum,admittitur probatio in cõtrarium. Quibus accedit,quòd tradit Alexand.in l.à Diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iudi. Felin.in c.quanto,de præſcriptio.Alcia.in tracta.præ-
37 ſumpti.2.part.nu.11.aſſerentium, † quòd contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per indirectum. Nam, cum lex requirat aliquas qualitates in actu, in quo inducit talem præſumptionem,ſemper admittuntur probationes, quòd quis non ſit in tali actu, uel quòd non concurrit aliqua ex prædictis qnalitatibus,ut teſtatur Alcia.ubi ſupra poſt Barto.in l.1.ff.quod ui,aut clam.Et hæc limitatio confirmatur per ea,quæ paulo mox in tertia limitatione dicẽtur: Et in ea poterit uerificari ſupra dicta commu.opinio.quod admittitur probatio, ſtipulationem non fuiſſe contractam.Secunda limitatio eſt, locum habere,quando negotium geſtum eſt inter præſentes,ſecus tamen ſi inter abſentes uerbum,promiſit, appoſitum ſit in ſcriptura. Nam tunc ex eo non concipitur ſtipulatio.l.1.C.de contrahen.ſtipu.ibi, ſi res inter præſentes geſta eſt,l.Titia.§.pen.ff.de uerbo. oblig. ibi,ſi inter præſentes actum eſt, & utrobique Docto. commu.& ſimiliter hoc caſu uerificari poterit comm. opinio.quòd probatio admittatur,quod non fuit contracta

tracta ſtipulatio, ex eo quòd partes non fuerunt præ-
38 ſentes,quando actum eſt.Sed an in dubio,† quãdo uer
bum,promiſit reperitur in ſcriptura,cenſeatur rem ge
ſtam eſſe inter præſentes, quæſtionis eſt? Et in dubio
præſumi præſentiam contrahentium affirmant Scrib.
commu.in d.§.pen.ubi Barto. Ange.Cuman. Ioan.de
Imol.Iaſo.num.3.qui commu.& magis commu.appel
lat, idem tenet gloſſ. in d. l. 1. cum quà tranſit Barto.
Bald.Ange.Paul.ibi.idem tenent Imola in conſ.8.Boe
ri.deci.353.colum.in fine, quos refert Plautius, infra
citandus.Quam partem probant Docto. prædicti hac
inter cæteras præcipua ratione:quia ſtipulantium præ
39 ſentia † eſt ſolemnitas intrinſeca, ſine qua ſtipulatio
ualere non poteſt.l.1.ff.de uerbo.obligatio. & ſolem-
nitas intrinſeca in iure præſumitur, l.ſciendum. ff. de
uerbo.obligatio.§.fina. Inſtitu.de fideiuſſo.& commu.
Docto.in prædictis locis. Et hanc partem corroborãt
per d.§.fina. qui ſimpliciter, loquitur,& adducunt gl.
in l.1.§.ſed ſi quis. ff.de lati.libe.tollen.Qui reſpondẽt
ad l.optimam.C.de contrahen.ſtipulat. quæ huic de-
terminationi aduerſari uidetur,quòd in caſu illius tex.
non requirebatur præſentia pro forma, idcirco non
præſumitur,per l. 2.C.de ſtatuis, & imagi. Ex quo in-
fert Ange.quem cæteri ſupradicti poſteriores ſequun
tur,quòd,ſi unus mercator ſcripſiſſe debitorem Titij
in centum aureis ex certa iuſta cauſa, quæ ſibi reſti-
tuere promiſit, præſumitur promiſiſſe per ſtipulatio-
nem,& conſequenter quòd facta fuerit promiſſio præ
ſenti,& ſtipulanti, itaque ex tali ſcriptura poteſt agi.
Verum licèt hæc opinio.commu.ſit, non omnino ſe-
cura uidetur,& de ea dubitat Fulgoſ.in d.l.1.C. de cõ
trahen.ſtipu.Paul.Ioann.de Imo.& Areti.in d.§.penu.

 ubi

ubi Iaſ.num.5.& 8.in fine,affirmat non præſumi præſentiam,quando uerbum, promiſit, reperitur in ſcriptura,& Plauti.in repetit.rub.nu.6.ff. de uerb.obliga. libr.5.cap.7.nu. 3.pro qua in primis expendunt d. l.1. & d.§.pen.ubi ſcriptum reperitur,quòd uerbum ,cauit,aut promiſit,in ſcriptura appoſitum inducit ſtipulat onem conditionaliter, ſi res geſta eſſi ntet præſen-
40 tesi& conditio † appoſita per legem debet formaliter adimpleri,quia nunquam dicitur continere leuem ſolemnitatem,Bald.in Authen.matri, & auiæ 1.colū. in fin. C.quando muli.tute.offi.fungi poteſt per l.prætor,in princ.ff.de collatio. bono. Nam conditio de ſui natura importat cauſam finalem,l.2.§.fina. ff.de donatio.Et cum præſentia conſiſtat in facto,non eſt præſumenda,niſi probetur: quia facta nō præſumuntur, l. ſi emancipati.C.de collatio.Vnde qui aſſerit,præſentes fuiſſe partes,probare debet,l.ab ea parte.ff.de probatio.Secundò hæc opinio.maximè probatur in l. optimam.C.de contrahen.ſtipulat.& in §.item uerborum. Inſtitu.de inutil.ſtipula. ubi habetur, quòd antiquitus dubitatum fuerat,utrùm ſcriptura,in qua cautum eſt, partes fuiſſe præſentes,probet eorum præſentiam, & ibi Imperator propter utilitatem contrahentium ſanxit,quòd probetur præſētia,ex quo apparet,quòd præſentia nō præſumcātur ſecundùm iuris regulas; aliàs etenim hoc nō ſtatuiſſet propter cōtrahentiū utilitatē. Nam ſi qñ de præſentia partium in ſcriptura expreſſa mentio habetur,de ſui natura non probatur, nec præſumitur præſentia; multominus præſumi debet, quando de præſentia in ſcriptura mentio non eſt. Sed in hac difficultate eſt tertia opinio ſuperiores in effectu componens,ſcilicet quòd quando uerbum,cauit, uel

promi-

Digitized by Google

promiſit, reperitur in ſcriptura, quæ de ſui natura cõ-
41 muniter fieri ſolet inter præſentes, ut apodiſſa † uel
ſchedula, præſumitur præſentia: & ita procedat prima
opini. Si autem profertur in ſcriptura, quæ de ſui natura fieri ſolet inter abſentes, ut eſt epiſtola, non præſumitur præſentia: & ita procedit ultima opinio. Hanc concordiam tenent Ioann. de Imo. & Aret. in d. §. pen. & ante eos Salic. in d. l. 1. C. de contrahen. ſtipula. qui declarant procedere, quando dixit, promitto, per uerba præſentis temporis. Nam, licèt regulariter præſentia præſumatur, cum ſit de forma, hoc caſu ex natura actus inſurgit alia præſumptio fortior, & uera præſumptio tollit aliam, c. inter. de electio. c. tranſmiſſæ: qui filij ſint legi. Secus uerò ſi proferat promiſſionem per uerba præteriti temporis, ut puta, centũ, quæ tibi promiſi. Quo caſu etiam ſi in epiſtola proferatur, præſumitur præſentia. Ego uerò in hac difficultate exiſtimo, quòd durum eſſet recedere à prima communi opini. quòd, quando uerbum, promiſit, reperitur in ſcriptura, præſumatur actum fuiſſe inter præſentes, maximè cùm uideatur opinio æquior. Quandoquidem leges poſteriores ſolemnitates ſtipulationis minuere ſolẽt, ut apparet ex l. omnes, & ex l. optimam. C. de contrahen. ſtipul. & præcipuè ex Regia l. de qua in fine agemus. Sed ex tertia opinione admitti debere declarationem puto, quòd non habeat locum, quando adſcriptum eſſet in epiſtola, uel eſſet alia præſumptio, quòd res geſta eſſe inter abſentes. Quæ declaratio fortè nõ eſt minus recepta; cum non ſolum tenentibus tertiam opinio. ſed etiam tenentibus ſecundam placeat. Nam qui indiſtinctè negant præſumi præſentiam, à fortiori nolunt præſumendam eſſe, quando præſumptio alia eſſet

eſſet in contrarium. Fateor tamen, quòd ſi, omiſſis autoritatibus Scribentium, iura ponderantur, longè uctiorem uideri ſecundam opinio. Pauli, & Iaſon. quod indiſtinctè præſentia non præſumatur per d.l.1.& dd. optimam. C. de contrahen. ſtipula. & per d.§.pen. Nec obſtat ratio, quòd ſolemnitas intrinſeca præſumitur. Nam reſponderi poterit cum Aretin. in d.§.penul. ubi poſt Barto. bene concludit, præſentiam non eſſe ſolem-
42 nitatem intrinſecam † promiſſionis: cum uerbũ, promitto, ex ſua propria ſignificatione non ſolùm referatur ad ſtipulationem, ſed etiam ad pactum nudum, uel pollicitationem, l. ſciendum. §. dictum. ff. de edili. edict. Vnde promiſſio ſtare poterit abſque ſtipulatione in uim pacti nudi, uel pollicitationis. Nec oberit l. ſciendum. ff. de uerbo. obliga. & §. fina. Inſtitut. de fideiuſſo. Nam iura illa loquuntur in fideiuſſione, de cuius ſubſtantia eſt præſentia partium: cum ſtare non poſſit ſine ſtipulatione, l. 1. §. ſatis acceptio. ff. de uerbo. obligatio. l. blanditus. C. de fideiuſſo. & licèt ibi non ſatis probetur, & dubitet Ange. de Aretio in d. §. fina. an fideiuſſio uerbis tantùm contrahatur, ita communiter tenetur, & bene probatur ex ſituatione titu. Inſtitu. de fideiuſſ. qui poſitus eſt à Iuſtiniano inter contractus, qui uerbis contrahũtur: de quibus promiſerat agere in §. fina. Inſtitu. de obligatio. Vnde, cum in fideiuſſione requiratur ſtipulatio, & in ſtipulatione præſentia partium, iuxta l. 1. ff. de uerbo. obligatio. præſentia erit ſolemnitas neceſſaria fideiuſſionis. Et quia Docto. non bene perceperunt hanc differentiam inter fideiuſſionem, & promiſſionem, facilè decepti ſunt, & ſumpto argum. de fideiuſſione ad promiſſionem rationem reddiderũt quòd uerbum, promiſſit, importat ſtipulationem, quã-

do

11 uerum eſt, quòd filius retinet propriam, & paternam originem, quòd nec eas origines poteſt mutare, † nec illis expreſsè nec tacitè renunciare, l. filios, & l. origine propria nemini poſſe uoluntate ſua eximi. C. de municip. & origin. libr. 10. l. priuilegio. C. de incolis l. aſſumptio. ff. ad municip. & utrobiquè gloſſ. Bart. & Docto. Boc. in d. q. 13. nu. 5. Et rationem differẽtiæ, quare ciuilitas hæc ex origine proueniens non poteſt mutari, nec ei renuntiari, licèt ſecus ſit in alijs, aſſignant gloſſ. & Platea in d. l. origine, ſcilicet quia naturalia non poſſunt pacto, uel renunciatione tolli, l. ius autem agnationis. ff. de pactis l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur. & facit tex. in §. ſed naturalia, Inſtitu. de iure natu. gen.
12 & ciui. ubi dicitur, quòd licèt iura ciuilia mutentur, naturalia tamen mutari nequeunt. Ex quo † primo infero, quòd in locis originis propriæ, & paternæ ſubijt quis munera patrimonialia, l. forma. §. ſi uero quis. ff. de cenſi. l. reſcripto. §. fin. & l. ultim. §. patrimoniorum ff. de mune. & honor. l. ultima. §. item reſcriptum. ff. ad municipa. l. 1. C. de muli. & quo loco mu. ſub. libr. 10. notat Barto. in l. aſſumptio. §. filius. ff. ad muni. Boeri. in d. q. 13. nu. 44. Quòd uerum intellige, quando in illò loco habent poſſeſſionem, ut in prædictis iuribus habetur. Secundò infero, quòd in utraque origine propria ſcilicet & paterna compellitur quis ad munera perſonalia, l. 1. & l. ultim. C. de mune. & origi. lib. 10. l. libertus. §. præſcriptio. ff. ad munic. Barto. & Boeri. num. 13. ubi ſupra. Tertiò infero, quòd ſubit honores, & habet priui-

priuilegia in prædictis originibus, l.penulti.ff.de ſena. Barto.& Boeri.ubi ſupra quod declarat Pau.Caſt.in l. huiuſmodi.§.legatum,in fina.uerbis.ff.de legat.1.procedere,quando in illo loco ſubit munera , taciteque ſe ad munera deſcribi; quod etiam uoluit Boeri. ubi ſupra nu.45.ubi adijcit Pau.quod non eſt neceſſe,quod impetret ciuilitatem, quamuis ſi ibi originem non haberet,eſſet ſecus. Quartò infero, quòd quis ſequitur prædictas origines quoad iudicia: Nam ibi conueniri poteſt,gloſſ.Barto.Albe.in d.§.filius Paul.Caſtr.in Authen.ſi uerò contingerit,in fine.C.de iudi. Platea in d. l.filius.Boeri.in d.q.13.nu.23.quod declarant prædicti Docto.poſſe in illis locis coueniri,uerum eſſe quando ibi inuenitur,argum. l. relegatorum. §.dubitatum. ff.de intedict.& relegat.& l.hæres abſens,in 1.reſpon. ff.de iudi.Quam declarationem ſequitur Camillus Viſitarinus,in repetit.rubr.ff.ſolut.matrim.nu.52.Limita tamen prædicta per Barto.& Plateam in l.origine.
13 C.de munic. † & origi.non procedere, quãdo aliqua ciuis unius ciuitatis nubit ciui alterius ciuitatis. Nam ea deſinit eſſe ciuis,quoad ea,quæ ſeduceretur à ſeruitio uiri,& quoad munera perſonalia,honores,& iudicia,& efficitur ciuis ciuitatis uiri,cùm efficiatur una caro cum eo;pro quo eſt text.in l.fina.§.idem reſcripſerunt mulierem.ff.ad municip.l.unica.C.de mul.& quo loco lib.10. Quoad alia uerò, per quæ non auocatur a ſeruitio uiri retinet originem propriæ ciuitatis,& gaudet eius priuilegijs,ut reſoluunt Bartol.& Platea citati,ubi tradit Platea,quòd occidens eam ita punitur, ſicut occidens alium ciuem originarium;& quod ſtatutum prohibens forenſem emere , non comprehendit illam. Vbi ſecundò limitat,prædicta non procedere in

eo,

Digitized by Google

23 †quòd appellatione ciuium continentur ciues comita tenſes;quod uoluit etiam Alexand.in rubr.ff.ſolut.matrimo.nu.13.& ibi Ioann.Annibal in repeti.num.281. qui nu.297.enumerat plures caſus,in quibus continẽtur, & in quibus non continentur comitatenſes.Hinc
24 etiam eſt,quòd ſtatuta ciuitatis † ſeruari debent in terris comitatus,ſeu iuriſdictionis,ut docet Pau. Caſtr.in l.omnes populi,nu.7.ff.de iuſtit. & iure,poſt gloſſ. in l. ex ea.ff.de poſtulan. quod declarat Paul. uerum eſſe, quando in comitatu non ſunt propria ſtatuta.Econtra tamen appellatione comitatenſium non ueniunt re-
25 gulariter ciues non † comitatenſes,ut tradunt Alexan. & Annibal citati.Pro quo facit l.1.C.ne ruſt.lib.11.Eſt tamen aduertendum,quòd licèt tam illi,qui ſunt de ci
26 uitate,quam etiam illi,qui ſunt de uilla, uico, uel caſtro,aut comitatu ciuitati ſubiecto,dicantur ciues, ut ſupra dictum eſt, tamen de iure communi ciues comitatenſes differunt à ciuibus non comitatenſibus, quia maiora munera ſubeunt, quàm ciues non comitatenſes,ac habent perſonas obnoxiatas quodam nexu, ſeu
27 munere.Filius † autem ciuium comitatenſium ſiue in comitatu,ſiue in ciuitate naſcatur,erit ciuis comitatenſis, & ſimiliter econtra filius ciuium non comitatenſium,ſiue in ciuitate ſiue in comitatu naſcatur,erit ciuis non comitatenſis,ut reſoluit Barto.in l.1.num.3.ff. ad munic. Et an ſequatur conditionem patris, aut matris,ut dicatur ciuis comitatenſis,uel non,uide eũdem Barto.in l. ultima.§.item reſcripſerunt mulierem ff.ad
28 munic.Aduerte † tamen,quòd,ſi ciues non comitatenſes habitant in territorio,ſeu iuriſdictione,uel comitatu,non gaudent priuilegijs ciuium non comitatenſiũ, ſi per maiorem partẽ anni non ſtant in ciuitate, ut tra

dunt

dunt Albe.& Barto. per tex. ibi in l. cum delanionis, §. Sabinus. ff. de fun. inſtr. inſtr. leg. ubi ſi legatus eſt fundus, & quæ ibi ſunt, in fundo eſſe uidentur quæ in eo maiore parte anni ſunt. Idem tenet Boeri. q. 272. dicens, quòd nobiles habitantes extra uillam, uel ciuitatem, etiam ſi habitent in eius territorio, non poſſunt eſſe conſules, decuriones uel iurati in ciuitate, nec in territorio, per l. 1. C. ne ruſti. lib. 11. & per Authen. de defenſo. ciuita. in fine prin. uel ſicu. interim; quia iſti iudicantur ruſtici. Salyc. pau. Iaſ. in l. ulti. C. de teſtam. niſi per maiorem partem anni in ciuitate habitauerint, argum. d. §. Sabinus. Quem ſummè notat Barto. ibi ad
29 hoc, quòd ſi ſtatuto caueatur, quod ille, †qui habitauerit in aliqua ciuitate per decem annos, habeat immunitatem, quòd ſufficit ſtare quolibet anno maiorem anni partem. Idem tenet Roma. in ſingu. 669. & Ioann. Crotus in repetit. l. 1. nu. 119. ff. ſolut. matrim. Ex quo
30 †tex. ego infero, quòd, ſi aliquo ſtatuto caueatur, quòd nullus officialis eligi poſſit in proximum annũ ad idẽ, uel aliud officium, eligi non prohiberi illum, qui per minorem partem anni præteriti fuerit officialis. Cum ſtare non dicatur in officio, qui per maiorem partem anni non ſtat, argu. d. §. Sabinus. Et ex eo fortè originem habet, quòd in noſtris ſtatutis depoſitum habemus, non poſſe diligi in conſiliarium, qui per maiorem anni præteriti partem fuerit conſiliarius. Nam ſtatuta
31 †recipiunt declarationem, ac paſſiuam interpretationem à iure communi l. 2. C. de noxa. action. facit l. ſcimus. §. in computatione, ubi Iaſ. nu. 12. C. de iure delibe. idem Iaſo. in l. cætera. §. ſed & ſi quis, nu. 8. ff. de legat. 1. Barthol. Socin. in conſ. 84. nu. 6. & in conſ. 150. nu. 38. part. 1. Pau. Pari. in conſ. 95. num. 3. par. 1. ubi tra

dit procedere,etiam ſi ſtatuta prohibeantur interpretari,& in eis cautum ſit,quòd ad literam intelligantur, ut in fine dicetur. Quod primò limitarem non procedere,quando ratio prohibitionis militaret,& ét in minoris partis anni officiali. Secundò limita non procedere, quando contrarium in ſtatutis diſpoſitum eſt in
32 eodem caſu,uel in ſimili.Quia uerba unius ſtatuti† potius debẽt declarari per aliud ſtatutum, quàm per ius commune: quia in habentibus ſimbulum facilior eſt tranſitus,ita tenet Dec.in conſ.65.nu.5.& in cõſ.302. nu.10.& in conſ.310.nu.3.Ancha.in conſ.93. Pari in conſ.97.nu.16.part.3.Aduerte tamen,quòd,ſi in eodem ſtatuto unus officialis indiſtinctè prohibetur eligi.alius cum diſtinctione,ne ſi maiorẽ,uel certam anni partem fuerit officialis,indiſtinctè cenſetur prohibitus ille,in quo diſtinctio facta non eſt. Nam diſtinctio con
33 ceſſa in uno facit,quòd in alio cenſeatur negata,†per regulam.l.maritus.C.de procur. ubi licèt maritus poſſit agere pro uxore ſine mandato,dummodo caueat de rato, ſi tamen ab ea habet mandatum in una cauſa, in alijs cenſetur prohibitus.Nã quod in uno caſu conceditur,ĩ alio negatur.Pro qua regula expẽdo optimũ tex.in l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſth. ubi ſi poſthumus fuit hæres inſtitutus,ſi ĩ vita teſtatoris naſcatur,& &poſt mortẽ naſcit̃,uel contra,ſi poſt mortẽ naſcatur, & ĩ uita naſcitur,in caſu nõ expreſſo nõ uг̃ inſtitutus: quia per expreſſionem unius caſus, alius non expreſſus cenſetur excluſus.Quæ regula locum habet in ſtatutis,ut tradit Socin.in conſ.6.num.25.part.1. quibus ſuffragatur reg. c. nonne. de præſumptio. ubi qui ex duobus illatis alterum negat,reliquum affirmare præſumitur. Et hæc faciunt ad ſtat uta 1.& 4. diſtinctionis.

nis.4.noſtri collegij,ibi præter Rectorem ipſum & eos, qui fuerint maiorem anni partem conſiliarij,& economum,& ibi præter rectorem, & conſiliarios ſuperioris anni,qui maiore parte anni conſulendi munere functi fuerint,nam ſolùm in conſiliarijs uoluerunt,quòd maior pars anni conſideraretur.
34 Incola autem dicitur † ille, qui in alienam prouinciam domicilium contulit, Azo.in ſumma.C.de municip. & origin. libr.decimo. quaſi ualde colens prouinciam, in quam ſe contulit. gloſſ.in l.ciues,in uerbo,allectio.C.de incolis.libr.decimo.
35 Incolam † facit domicilium, ut conſtat ex d.l.ciues,ubi Barto.nume.99.tradit; quòd quis efficitur incola illius loci, in quo maiorem partem fortunarum ſuarum, aut ſedem ſuam habet, & ſecundum eum in
36 dubio præſumitur † quis incola illius loci, in quo aliquid habet,dum non probatur alibi plura habere.
37 Incolatui autem † poteſt renuntiari, l.incola, la ſecunda.ff.ad municip.notat gloſſ.in l.origine. C. de munici-
38 p.& origin.libr.decimo. Quando autem ſtatuta † ligent ciuem,& quando incolam domiciliarium,declarat Bartholom.Socin.in conſ.79.num.19.uolu.quarto,qui in ſtatu.129.nume.ſexto. part.prima declarat, quando ſtatutum loquens de ciue,locum habeat in ciue ſecundum quid. Sed ſuppoſito quòd ultra originem paternam poteſt quis habere aliam ex propria natiuitate, quòd eſt ſine dubio, quando natus
39 eſt in loco, in quo † pater habebat domicilium, l. filios. ubi gloſſ. Bartol. & omnes. C. de municip. & origin.libro decimo, ut ſecurè ſupra concluſum eſt, ſuccedit egregia dubitatio, quando caſualiter mater filium peperit in alio loco extra domicilium, tran-

Digitized by Google

tranſeundo per illum, uel quia ibi moram ad tempus faciebat, utrum dicatur ciuis originarius illius loci, in quo caſualiter natus eſt? Et partem negatiuam, ſcilicet non dici ciuem originarium illius loci, tenent Petrus, Cyn. Bald. Paul. Caſt. in lectura Bononien. quam non habemus, Nicola. de Neapo. Flori, Iaco. de Arim. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de legat. 1. ubi etiam Ange. citari ſolet, qui hoc non dicit, ſed tradit, quòd, ſi mulier in perigrinatione peperit, pater non ſubijt ibi munera, & ibi Alber. dicit, quòd non eſt incola illius loci; ſed non dicit, an ſit ciuis originarius, quod eſt longè diuerſum, ut apparet ex l. ciues. C. de incolis, libr. 10. eandem opinio. tenet Abb. Panor. in c. Rodulphus, num. 9. extra de reſcriptio. & ibi Barba. num. 97. Philip. Fran. in c. 1. §. nec etiam, de foro competen. Iacob. de Sancto Gemi. & Lance. Dec. in l. hæres abſens, §. ſi quis tu telam. ff. de iudi. ubi Lanze. Deci. commu. eſſe teſtatur Arimi. ubi ſupra Ioann. de Platea, in filios. C. de muni. & origin. lib. 10. ferè omnes relati à Iaſo. & à Hier. Cagno. infra citandi eam amplectitur Iaſo. in conſ. 117. uolum. 3. relato à Nicolao Boerio, in deciſ. q. 13. num. 52. ubi hanc commu. appellat, licèt nihil reſoluat. Et primò mouentur Docto. ex l. huiuſmodi. 86. §. legatum ff. de legat. 1. ubi teſtator in teſtamento ita cauit, fundũ Cornelianum, & mancipia, quæ in eo fundo, dum moriar, mea erunt, hæres meus Titio dato; euenit, quòd ancilla, quæ in fundo eſſe conſueuerat, mortis tempore, cum in fuga eſſet, alio loco extra fundum peperit: fuit quæſitum, an ipſa, uel eius partus legato cedat et reſpondet I. C. quòd ancilla perinde habetur, ac ſi eo fundo fuiſſet, moriente patre; & conſequenter partũ matrem ſequi debere. Ex quo text. colligunt Scriben.

quòd

Digitized by Google

quòd ille,qui eſt in fuga,uidetur eſſe in loco,à quo receſſit. Secundò hanc partem ſuadet ratio;nam ille,qui habet animum transferendi ſe ad alium locum,nõ fingitur eſſe in loco,ubi eſt,ſed in loco deſtinationis.l.ex facto 35.§.rerum.ff.de hæred.inſtitu.l.hæres abſens.ff. de iudic.l.Seiæ.§.prædia.ff.de fundo inſtru.l. Cæſar.ff. de publica.& uectiga.l.debitor.ff.de pigno. per quæ iura uolunt prædicti Docto.hanc opinio. tenentes limitari debere l.1.ff.ad municip.l.ciues.C.de incolis libr. 10.l.municeps.ff.de uerbo.ſignificatio.& alia iura diſponentia ex natiuitate originem acquiri, quòd non procedant,quando caſualiter ibi naſcitur. Tertiò his accedit ratio;nam appellatione eorum, quæ ſunt,uel erunt,continentur ea,quæ non ſunt, ſi tamen eſſe conſueuerunt,& alibi caſualiter ſunt, non ut ibi perpetuò ſint,ſed ad tempus.l.quæſitum.§.fina.& l.ſi ita.ff.de legat.3.l.cum delanionis,§.Sabinus.ff.de fundo inſtru.l. Labeo.ff.de ſtatu libe.notat Paul.Caſt.in d.§.legatum. Quartò his ſuffragatur l.filios, ibi & ſi ibi nati ſint. C. de municip.& origina.lib.decimo.ubi uidetur probari, quòd ad hoc, ut natiuitas faciat originarium, requiritur, quod naſcatur ubi pater natus eſt, uel ſaltem ubi habet domicilium. Ex quibus inferunt Paul. Caſtr. & Imola in d. §.legatum,poſt Dyn.
40 ab his relatum, † quòd ſi propter Guerram animalia unius parochiæ fugiant ad aliam,& ibi pariant, quòd decima illorum eſt ſoluenda parochiæ ex qua fugerunt.Quos ſequitur Boeri.in deciſ.q.13. num. 54.Se-
41 cundò inferunt,quòd,ſi ſtatuto † caueatur, quòd nullus poſsit eſſe de collegio Doctorum Iuriſtarum, aut medicorum,niſi ſit originarius ciuis, quòd ſi mater caſualiter alibi eſt,& ibi pariat,filius fingitur natus in ciuita-

uitate ubi parentes habitabant: Vt tradit Feli.in c. Rodulphus,nu.27.extra de reſcrip. Boer.in d.q.13.nume. 52.Pro quo urget l.nihil.ff.de capti.& poſtlimi.reuer. Contrariam opinio.nempè quod natus in aliquo,quo quo modo,ibi naſcatur,ſit ciuis originarius illius loco in quo naſcitur ex ſuæ propriæ pſonæ natiuitate,tenēt Rapha.Cuman.dicens, ita conſuluiſſe Paul.Caſtr.qui aſſerit commu.& in praxi ſeruari in lectura paduana, quam habemus,Ioan.de Imola, qui ueriorem eſſe tradit,Alexan.de Imola,Iaſ.num.14.qui commu.eſſe teſtatur.omnes in l.huiuſmodi.§.legatum.ff. de legat. 1. poſt Chriſto.de Caſt.ibi quem ipſi citant.idem Cuma. in l.cætera.§.ſed & ſi quis ad opus.ff.eod.titu.de legat. 1.Cardin.& poſt eum Feli.num.27.in d.c.Rodulphus. & ueriorem ſibi uideri tradit Hiero. Cagno.in Rubr. de origi.iu.num.35.& in hanc opinio.reſidet Io.Crot. in repe.l.ſi is,qui pro emptore,num.104.ff.de uſuca.& in eam inclinare uidetur additionator Bart.in l.1.ff.ad municip.add.2.Pro qua opinio.facit l.origine propria C.de municip.& origin.lib.10.l.ciues.C.de incolis eo. lib.l.1.& l.aſſumptio,in princip.ff.ad municipa.Auth. quibus mod.natu.effi.ſui.§. ſi quis igitur, 2.collatio.7. & alia iura aſſerentia,natiuitatem in aliquo loco facere ortum originarium ciuem illius loci, in quo oritur. Nam cum indiſtinctè loquantur,indiſtinctè debent intelligi,ſiue ibi caſualiter,ſiue non caſualiter naſcatur, per regu.l.licitatio.ff.de publi.in rem actio.Et hac opinio.retenta,reſpondent Docto.non obſtare d.§.legatum,quia in caſu illius text.habetur pro nato in loco,à quo aufugit, ne lederetur mens teſtatoris ex caſu extrinſeco præter propoſitum contingens, ſed in noſtro articulo propter caſum contingentem non leditur

tur mens legis diſponẽtis, natiuitatem originarium fa cere, imò uidetur ex eius mente, cum potuit optime legiſlator conſiderare, poſſe aliquem in alio loco caſualiter naſci. Et cum iſte caſus ſit admodum contingibilis, & indiſtinctè diſpoſuit ratione natiuitatis, natum in aliquo loco eius loci ciuem originarium effici, conſtat indiſtinctè debere intelligi. Nec obſtat ſecundum fundamẽtum, quòd deſtinatio hominis operatur, ut quod

42 factum eſt in uno loco† fingatur factum in loco deſtinationis. Nam illud eſt uerum in his, quæ dependent à uoluntate noſtra, ut in caſu prædictorum iurium, in his etenim hominis deſtinatio attenditur: ſed quoad diſpoſitionem legis deſtinatio hominis non eſt in conſideratione, l. cætera. §. fina. ubi Cuman. notat. ff. de legat. 1. l. ſi nondum. C. de furtis; notat Iaſo. in d. §. legatum, num. 14. Non obſtat tertium fundamentum, nam eodem modo tolli poteſt reſpondendo, quòd procedit in diſpoſitione hominis, non autem in diſpoſitione

43 legis, de qua in noſtra quæſtione agimus. Sed† obſtare uidetur quartum fundamentum, d. l. filios. C. de muni. & origin. libr. 10. ubi etiam ſi quis natus eſt in ciuitate materna, niſi erat domicilium in illa ciuitate; non compellitur ibi ad honores, ſeu munera. Cui reſpondit gl. ibi in uerbo, non maternam, quòd retinet illam originem non ut maternam, ſed ut propriam, per l. origine, eo. ti. Cũ qua rñſione trãſit Bar. ibi. Verũ rñſio hæc mihi non oĩno ſatisfacit, nã mẽs illius tex. videtur, ꝙ nec poſſit cõpelli, ĩ caſu illius tex. ad honores, ſeu munera, in loco, ĩ quo natus eſt, qñ filius domiciliũ ibi nõ retinebat, ẽt ſi naſcatur in materna ciuitate: Vnde uidetur, quòd nec ex ſua perſona ibi filius habeat originem, nã aliàs etiam poſt diſceſſum ad munera compelleretur,

dd &

& honores ſubiret, & priuilegijs gauderet, & ſtatutis, ac conſuetudinibus ligaretur, & reſoluit Boeri. in d. q. 13. num. 44. & 45. Quid dicendum? Certè quæſt. hæc non minus dubia, quam controuerſa eſt, ſed magis mihi placet hæc ultima pars. Conſiderabam tamen, an poſſint hæ duæ communes opinio. componi ex Pauli Caſtren. doctrina in d. §. legatum? quòd ille, qui caſualiter natus eſt in loco, ubi parentes non habent domicilium, nec pater originem, poſſit compelli ad munera & honores, ſi ipſe, qui ortus eſt, uelit ibi ſoluere munera, faciatq; ſe deſcribi ad munera. Et ita procedat hæc ultima opinio. Alias autem quòd non compellatur ad munera, honores in loco, in quo caſualiter natus eſt. Et ita intelligatur d. l. filios. Sed huic concordiæ. aduerſari uidetur, l. origine propria neminem poſſe uoluntate ſua eximi. C. de municip. & origi. libr. 10. Nam uidetur uoluntate ſua mutare domicilium Sed tenendo hanc concordiam, poſſet reſponderi, quòd lex origine propria, cum ſimilibus loquuntur, quando quis eſt natus in loco, ubi parentes habebant domicilium. Et ſecundum hoc iſte articulus concluditur, quòd quando quis naſcitur in loco, ubi pater habet originem, aut parentes domicilium, etiam poſt deceſſum compellitur in illo loco ad munera, ſeu honores; quãdo uerò in alio loco caſualiter, non aliter ſubijt honores, nec gaudet priuilegijs illius loci, nec in eo compellitur ad munera, niſi faciat ſe ibi deſcribi ad munera: quando uerò ibi non eſt natus, etiam ſi faciat ſe deſcribi ad munera, niſi acquirat ciuilitatem ex priuilegio, uel alio modo, non gaudet immunitatibus ciuium originariorum; ita Paul. ubi ſupra, & facit l. ultima. C. de municip. & origin. libr. 10. Sed licèt prædicta diſtinctio, & concor-
dia

44 dia forte locum habere poſſit in odioſis,† in fauorabilibus tamen, in quibus nullius præiudicium uerſatur, quoquo modo etiam caſualiter in aliquo loco naſcatur, ciuis originarius illius loci dicitur, ex quo ortus eſt per ea, quæ tradit Iaſon. in d. §. legatum, nume. 19. dicens, quòd, ſi ſtatuto alicuius collegij caueatur, quòd nõ admittatur ad id, niſi ciuis originarius alicuius loci uel prouinciæ, quod dicetur originarius illius loci, in quo pater natus eſt, & etiam illius loci, in quo ipſe quoquo modo, etiam caſualiter natus eſt. Nam, ut ipſe teſtatur poſt Bald. ab eo relatum, ſtatuta † loquẽtia
45 de non admittendis ad collegium, niſi ſint ciues originarij, uel niſi habeant certas alias qualitates, ſunt benignè, & non rigidè interpretanda. Nam cum neminem lædant, benignior uia eſt ſequenda, arg. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluui. arcen. per quam rationem tradit Iaſ. in d. §. legatum, quòd licèt dictum unius ſit dictum nullius, iuxta l. iuriſiurandi. C. de teſti. tamen aliquem
46 † eſſe ordinatum, aut presbiterum, aut Doctorem, uel eccleſiam cõſecratam unico tantùm teſte probari poteſt: quia per huiuſmodi probationem nemo læditur. Nec oberit, ſi dicatur, quòd in caſu propoſito ſemper uertitur in alterius præiudicium, propter talem interpretationem benignã. Nã, ſi habilitatur quis ad collegium, & admittitur, fit præiudicium ei, qui in illo loco poterat recipi. Quia reſponderi poterit, credẽdum eſſe Bald. & Iaſo. fuiſſe memores huius præiudicij; ſed non eſſe conſiderabile putauerunt, cum perſonæ certæ præiudicium non fiat. Vnde, ſi alius haberet præſentationem, uel eſſet appoſitus ad eandem præbendam, fortè diceretur uerti in præiudicium conſiderabile alterius. Sed adhuc puto, quòd in his caſibus

dd 2 etiam

et ſtatuta ſunt interpretāda in dubio, ut habilitetur ad collegium. Nam ſtatuta requirentia huiuſmodi qualitates, ſunt diſpoſitionis exorbitantes quodammodo; cum ingenuorum hominum regulariter ſit una conditio, ut notatur in §. fin. Inſtitu. de iure perſo. & conſequenter reſtringendæ per ea, quæ notantur in l. ſi uero. § de uiro. ff. ſolut. matrim. quod eſt multum notandum pro hoc noſtro inſigni collegio Hiſpanorum, & pro alijs collegijs Hiſpaniæ, in quibus ex forma ſtatutorum in admittendis ſcholaribus plures requiruntur qualitates: quæ ſtatuta benignè, & non rigidè ſunt interpretanda per ſupradicta. Ex quibus puto, quòd originem habeat, quòd in noſtris ſtatutis in genere cautum eſt, quòd in admittendis ſcholaribus non fiat amara ſtatutorum interpretatio. Prædicta uero intellige procedere in caſu dubio: Nam in caſu certo non eſt agendum de interpretatione; quia in claris non eſt locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita ff. de uerb. obligatio. Vnde admittere aliquem ad collegium, cui deficeret aliqua † ex præſcriptis qualitas, eſſet iniuſtum, &
47 iniquum; quandoquidem fundator collegij, qui illud ſuis expenſis inſtituit, ac dotauit, potuit optime ſub cōditione, qua uoluit largiri; quia in re propria quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. manda. et abutendo, l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæredi. Vnde licitum eſt unicuique diſponere de ſuis rebus ſub conditione, quòd non perueniant ad aliquas perſonas, l. codicillis 91. §. matre. ff. de lega. 2. etiam ſi prædictæ perſonæ ſint conſanguinei, uel affines. l. ſi ita quis. 135. §. ſi ea lege. ff. de uerbo. obligatio. Ex quibus
48 conſtat, quòd ſtatuta † collegiorum, in quibus diſponitur, quòd ad collegium non admittatur, niſi qui habuerit

rit tales qualitates, ſunt iuſta, & honeſta, tum per rationem ſupra dictam, quia fundator potuit bona ſua donare ſub conditione, qua uoluit, tum etiam quia huiuſmodi diſpoſitiones habent bonum, & honeſtum finem. & collegiales electores, cum non ſint domini, ſed adminiſtratores bonorum collegij, & executores, ſeu diſtributores præbendarum eius, non transferunt dominium earum in receptos inhabiles per ea, quæ tradit Iaſ. in d. §. ea lege. num. 20. & 29. Et recepti in collegio, qui non habẽt omnes illas qualitates in ſtatuto expreſſas, non ſolùm in foro iudiciali tenebũtur collegio, ſed etiam in foro conſcientiæ, & etiam electores, qui illos eligunt, peccant mortaliter, & ipſi electores & etiam electus tenentur ad reſtitutionem eorum bonorum, quæ talis admiſſus ad collegium, percepit à collegio, etiam ante ſententiã. Quia illa bona acceperũt contra uoluntatem ueri domini collegij inſtitutoris, qui hac conditione donauit bona ſua. Per quam rationem ita determinauit Frater Ioann. Gallus, dum in hoc anno doctè legeret Salmanticæ de reſtitutione. Pro quo adducit doctrinam Domin. de Soto de iuſt. & & iure, lib. 1. q. 6. artic. 6. in reſpon. ad 4. argument. ubi
49 tradit, † quòd fundator collegi poteſt ſub conditione, qua uoluerit, bona ſua donare ſtatuere, & apponere pœnas, & conditiones, quòd qui illa receperint, teneãtur reſtituere ipſo iure, & in conſciẽtia. Sed prædictus frater Gallus mouit dubium, quid erit dicendũ, quan-
50 do † fundator collegij ſtatuit, quòd uxoratus, aut qui ex tali genere natus eſt, in collegio non recipiatur, an ſi admiſſus ad collegium habeat huiuſmodi defectum occultũ, teneatur reſtituere collegio bona ab eo percepta. Pro parte affirmatiua faciunt ſupradicta, quòd cõ

tra uoluntatem ueri domini aſſumpſit, & doctrina Domi. de Soto ſupra cita. Pro negatiua uerò quod nemo tenetur ſe ipſum prodere, & condemnare, cap. ſi quis aliquando, §. non tibi dico, de pœniten. diſt. 1. Sanctus Thomas 2. 2. q. 69. articu. 2. Couarru. in reg. peccatū, de regu. iu. in 6. in 1. parte, num. 6. uerſicu. tertiò adultera. Quas opiniones ipſe diſtinguendo ita componit. Aut ille, qui admiſſus eſt ad collegium, probauit fraudem, & dolo malo, ſe non habere talem defectum, & obligandus eſt reſtitutioni, quia per iniuriam & fraudem occūpat bona aliena. Aut electores collegij fecerunt ſufficientem perquiſitionem, & non inuenerunt defectum; & tunc ex interpretatione boni, & æqui ſumitur, non eſſe obligandum ad reſtitutionem. Nam ſecundum eum contrarium aſſerere eſſet duriſſimum, & in hoc caſu declarat non procedere doctrinam Domin. de Soto, quòd ante ſententiam in foro conſcientiæ teneatur reſtituere. Quæ declaratio benignitatem contineret, ſi uera eſſet: Sed ſecura mihi non uidetur, nam rationes ſuperius adductæ pariter militant in defectu occulto, & in notorio; ſi quidem in utroque caſu contra uoluntatem ueri domini bona aliena, refragante iure diuino, & humano, occupat. Nec eſt ſufficiens ratio ad excuſandum aliquem detinentem rem alienam, quòd illa ad manus eius caſu, & non dolo malo, & fraude peruenerit: cum res aliena cū mala fide, quoquo modo perueniat, abſque peccato retineri non poſſit, text. ubi Docto. in c. ultimo, extra de præſcriptio. notant Scriben. in regu. peccatum, de regu. iur. in 6. Maximè quòd licèt huiuſmodi collegialis non fecit fraudem legi, commiſit tamen in legem, prætendendo collegium, uel patiendo ſe admitti ad id cō

tra diſpoſitionem ſtatutorum,ac uoluntatem ueri domini: & committere in legem,& facere fraudem legi æquiparantur.l.non dubium,ubi Doct.præcipuè Bar.
51 in ſummario.C.de legi.Nec oberit † dicere,quòd nullus tenetur ſe ipſum prodere. Nam ſimiliter nec hæc ratio ſufficit ad excuſandum aliquem à reſtitutione,niſi in caſu ſpeciali,nempè quàndo maius malum ſequeretur reſtituenti,quàm commodum ipſi, cui reſtitutio facienda eſt.Quia tunc ex præſumpta domini uoluntate eam retinet, qui hoc caſu iuxta rectæ rationis iudicium debet uelle,quod cum maiori damno res ſibi non reſtituatur. Aliàs autem non eſt in conſideratione quod ſe prodet,quominus teneatur reſtituere domino rem,quàm abſque eius uoluntate expreſſa,uel præſumpta retinet,prout bene concludit d.Couarru.in regu.peccatum 2.part.nu.2.uerſicu.ſecundò,& num.6. uerſicu.decimo,maximè; quòd ego non uideo, quomodo propter omiſſionem prætenſionis collegij, neceſſariò quis ſe prodat, & ſi iam eſt admiſſus ad col-
52 legium † poterit ſecretò congruo tempore reſtituere. Nam,licèt qui rem alienam detinet regulariter, ſtatim teneatur eam domino reſtituere; cum in omnibus obligationibus,in quibus dies non apponitur,præſenti die debeatur,l.in omnibus.ff. de regu.iu.l.eum,qui calendis.§. quoties.ff.de uerbo.obligatio.§.omnis, Inſtit. de uerbo. obligatio.tamen aliquando poterit differre reſtitutionem,ut congruo loco,& tempore fiat, & interea ſufficit,quòd deliberato animo ſecum cõſtituat, quòd reſtitutionem faciet,ut eleganter reſoluit d.Couarru.ubi ſupra, numero primo, qui doctiſſimè hanc reſtitutionis materiam ibi proſequitur. Nec durum mihi uidetur obligare percipientem rem alienam

contra

contra uoluntatem ueri domini, ad reſtituendum, imò contrarium uidetur iniquum, cum admiſſus ad collegium contra uoluntatem fundatoris non debeat locupletari cum detrimento alterius, iuxta regu. locupletari, de regu. iur. in 6. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indebi. Sed ulterius dubi-
53 tat prædictus Frater Gallus, ſi fundator † collegij cõſtituit, quòd ad eius collegium non admittatur qui habuerit in redditibus annuis certam aureorum ſummã an admitti ad id poſſit habens prædictam ſummã, qui ut habilem ad collegium ſe faceret bona ſua in amicũ renunciauit, à quo ſcit ſe recepturum, quando uoluerit. In quo articulo ipſe rectè determinat, quòd recipi in collegio non ualeat. Quoniam hæc umbra paupertatis ex renunciatione cauſata tantò iniquior eſt, quanto magis in fraudem legis fit: Quandoquidem certum ſit, in fraudem legis facere, qui, ſaluis uerbis legis, ſententiam eius circumuenit, l. contra legem 28. ff. de legi. l. non dubium. C. eod. inquit etenim lex illa, non dubiũ eſt in legem committere, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem. Vnde cum mens, & uoluntas ſtatuti, ſeu fundatoris collegij fuit, quòd præbendæ collegij diſtribuerẽtur inter pauperes, hæc ſimulata paupertas nihil iuuari debet, maximè cũ proueniat ex fraude, quæ nemini prodeſſe debet, l. fraus. ff. de legi. Et ita concludit, hos pauperes perſonatos teneri ſtatim collegio exire, & ad reſtitutionem bonorum, quæ conſumunt in collegio, & alteri oppoſitori, quem per fraudem impediunt honorem collegij conſequi, reſtituere præbẽdam, & damna, quæ ſecuta ſunt ex repulſa. Et etiam electores, qui cauſa iniuſta huiuſmodi detrimenti fuerunt. Quod ſine dubio uerum eſt

quando

Digitized by Google

quando renuntiauit animo recuperandi, quod in dubio præſumendum eſt, quando in amicum renuntiauit, à quo ſtatim poterat recipere. Sed multoties dubitaui, quid erit dicendum, quando candidatus, ſeu oppoſitor collegij, ut ad collegium ualeret admitti, renũtiauit, uel donauit aliquos annuos redditus abſque aliqua ſpe recuperandi non amico, aut ſi uendidit bona, uel penſionem irrecuperabiliter ceſſit, quibus redditibus, aut bonis retentis excedebant ſtatutariam ſummam eius introitum impedientẽ, & ſine his eſſet habilis ad collegiũ, an talis paupertas procurata, & ex induſtria acquiſita ſit ſufficiens ut recipi in collegio ualeat? qui articulus eſt difficilis, & à nemine (quem ego viderim) tactus, & tota difficultas in eo conſiſtit meo iudicio, an huiuſmodi candidatus conſultò alienans ex mente ſtatutorum, ſeu fundatoris prohibeatur ad collegiũ admitti, & conſequenter an talis alienatio cẽſeatur in fraudem legis ſeu ſtatutorũ facta? Et quòd mens ſtatutorum ſit, quòd non admittatur, in fraudemq́; eorum prædicta alienatio facta intelligatur, ſuadet conſideratio. Nam in admittendis ſcholaribus ad collegiũ potiſſimum ratio habetur paupertatis, quia ferè ſemper fundatores collegiorum ea inſtituunt, ac dotant acquiſitis ex redditibus eccleſiæ, & intentio eorum eſt dare pro anima, ac facere opus pium, & quod ſcholaribus datur non eſt ſimpliciter pium, ſed ita demum, ſi detur ſcholaribus pauperibus, ut notant Scribent in l. 1. ff. ſolut. matrimo. ubi Iaſo. nume. 52. præcipuè quòd multoties huiuſmodi collegia habent beneficia annexa, quorum bona ſunt pauperum, iuxta gloſſ. & quod ibi notant Docto. in c. quia nos, extra de teſtamen. ſed diuitibus pauperibus conſulto factis dantur, nõ eſſet opus

Digitized by Google

pium nec intelligitur pro anima diſtributum nec mẽs ſtatuti, ſeu fundatoris ſeruaretur, quæ magis, quàm eorum uerba conſiderantur, iuxta l. contra legem. 28. ff. de legi. & l. non dubium. C. eod. Secundo huic opin. ſuffragatur regula, qui dolo facit, quo minus haberet, uel poſſideret, pro habente, uel poſſidẽte habetur. l. qui dolo. 174. & l. parem. 194. ff. de reg. iu. Quæ ratio corroboratur ex diſpoſitione ſtatuti. 18. diſtinct. 3. noſtri collegij, quo cautũ habemus, quòd ſi admiſſus ad collegium in redditibus annuis ad ſummam ducatorum aureorum 300. auctus fuerit, obtenta poſſeſſione, uel ſi per eum ſteterit, quominus obtinuerit exire collegiũ teneatur. Ex quo colligitur, quòd in propria ſpecie paria ſunt habere in redditibus annuis ſummam in ſtatuto expreſſum, uel ſtare per eum, quominus habeat. Ex quo ſtatuto maxime ampliatur hæc opinio, quòd non ſolùm procedit, quando minuit patrimonium, ſed etiã quando id, quod potuit acquirere, hac de cauſa repudiauit. Quod eſt plus, ut conſtat ex l. quæ autem. ff. de his, quæ in fraud. credito. ubi licèt alienata in fraudem creditorum reuocantur per creditores, tamen repudiatio hæreditatis facta in fraudem creditoris, ualida eſt, quia ad illud edictum non pertinet, quòd debitor noluit acquirere, ſed quod minuit patrimonium. Nec oberit, ſi dicatur, quòd illud ſtatutum loquitur poſt admiſſionem, & noſtra diſputatio eſt ante admiſſionem. Nam reſponderi poterit, quòd ſi per eum ſtat, quominus habeat ſummam in ſtatuto expreſſam, tenetur collegiũ exire, à fortiori dicendum eſt, quòd locum ſibi uendicauit in nondum recepto, cum multa impediant ordinando, quæ non impediunt ordinato, & turpius eijciatur, quàm non admittatur hoſpes l. patre furioſo.

rioſo.ff.de his,qui ſunt ſui uel alie.iu.c.quem ad modũ, de iureiuran.Socin.Iuni.in conſi.35.num.14.uolum. 1.& hinc eſt quòd cõmuniter in collegijs Hiſpaniæ,li cèt certi annui redditus impediant admiſſionem ad collegium ex forma ſtatutorum, ſi tñ poſt receptionem in collegio ſuperueniunt,non compellitur collegialis collegiũ exire quacunque ſumma etiam maxima reddituum actus fuerit, & ſimiliter in noſtro collegio, niſi longe maiori ſumma uectigalium augeatur,ſumma impediente admiſſionem non compellitur collegium dimittere in eo iam receptus. Et hinc etiã eſt, quòd licèt ille, qui morbo contagioſo laborat, prohibeatur admitti ad collegium per ſtatutum.13.diſtinc.2.ſi tamen poſt admiſſionem ſuperueniat non cõpellitur collegiũ exire, ut colligitur ex ſtatu.4. diſt.3. ubi cautum eſt, quòd habens morbum contagioſum non habet electionem cubiculi, nec dicit quòd exeat collegium. Nam licèt habilitas cauſæ efficientis impediat,effectum in eſſe produci,dum eſt in fieri, l.furor. ff.de ſponſali.tamen, effectum iam perfectum non facit deficere,ut reſoluit Humbertus de Bonenco,in Authen.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus uendi. num. 21.per d.l.patre furioſo,& eſt bonus text.in l.ultim.ff. unde libe.& in d.l.furor. Anton.Rube. in repe.§.morte,num.139.qui tradit,quòd licèt regulariter ceſſante cauſa efficienti ceſſet effectus, tamen hoc non eſſe uerum,poſtquam actus eſt iam conſummatus. Sed tu aduerte,quòd prædicti Docto.loquuntur in defectu cauſæ efficientis,quæ cauſa efficiens eſt habilitas perſonarum contrahentium,aut eorum conſenſus,ut explicat Humber.ubi ſupra de qua loquũtur,l. patre furioſo,& l.furor,& l.ultim.citatæ. & in defectu cauſæ finalis eſt

ſecus, quia ceſſante cauſa finali, etiam poſt actum con ſummatũ ceſſat effectus contractus, uel diſpoſitionis, l. 2. §. fina. ff. de donatio. l. 1. §. ſed ſi parendi, & l. ſi pecuniam, in princ. ff. de condictio. cau. da. l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. ubi Docto. Humbert. ubi ſupra num. 111. qui declarat cauſam finalem in cõtractibus, & diſpoſitionibus dici ipſam rationem principaliter mouentem ad ſic contrahendum, uel diſponendũ, aut effectum, qui ex tali contractu, uel diſpoſitione infertur, ſeu inſurgit, & ad quem actus tendit, & ordinatur. Vnde caueas, nam fortè in collegio, in quo non eſſet expreſſum, quòd ſumma reddituum impedientium ad miſſionem ad collegium, non ſit collegiali impedimento, quominus in collegio permanere poſſit, quãdo poſt receptionem ſuperuenerit compelletur exire collegiũ; quia in eo ceſſat cauſa finalis, & effectus diſpoſitionis, quæ fuit facere opus pium, ac ſubuenire indigẽtibus ſcholaribus. unde ceſsãte cauſa finali, ceſſare debet effectus per ſupra dicta iura, & per regulam generalem. c. cum ceſſante, de appellat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Quod corroboratur per ea, quæ conſuluit Angel. in conſ. 124. dicens, quòd ſi teſtator mulieri pauperi reliquit centum pro dote, quòd defectus matrimonij facit ceſſare legatum. Quia uerisſimile eſt, quòd teſtator uolens animæ ſuæ conſulere pietatis intuitu, prædictam dotem legauit. Vnde eam nubere, tendit ad animam teſtatoris. Et quia illa eſt cauſa finalis relicti. l. quintus Mutius. §. ad auctoritatem. ff. de annuis leg. ea ceſſante, ceſſare debet diſpoſitio. Sed aduerte, quòd Ang. loquitur, quando defectus ſuperuenit ante actus conſummationem. Vnde in prædictis [illegible] qua-

qualitatibus,quæ requiruntur ad hoc, ut quis admitti ad collegium poſſit,ſi poſt admiſſionem deficiant, cogita an conſiderandum ſit,ceſſet ne cauſa finalis,quando in ſtatutis non reperitur promiſſum. Fateor tamen, quòd hæc regula,turpius eijcitur, non habet locum in 52
noſtro caſu.Nam iam per receptionem in collegio cõ
53 ſequutus eſt honorem,& ille , qui propter diuitias ſuperuenientes eijcitur de collegio ; nullam patitur infamiam.Tertiò pro hac opinione multum urget tex. ſingularis in l.ſi libertus minorem.ff.de iure patr. ubi ſupposito quòd ſi libertus habet in bonis minus cẽtum aureis,ſecurè teſtatur ,etiam patrono præterito, ſi habet centum aureos,aut plures,deficientibus liberis, aut parentibus,ſi patronum præterijt, poterit patronus eius teſtamentum bonorum poſſeſſione contrabulas expugnare.§.ſed & noſtra,inſtitu.de ſucceſſi.lib. Hoc præmiſſo dicitur,ibi quòd ſi libertus aliqua bona donauit, ut ſe minorem centenario in fraudẽ legis faceret, ipſo iure alienatio non ualet. Nam cum quis minorem centenario ſe facit,ad hoc ut legis præceptum euertat,intelligitur in fraudem legis hoc facere,quem tex. multum notant Corne.in conſil.uigeſimonono,uolum.tertio,& Tiraquell.in tract.de retr. Linagie in præfacti, numero 73. Cæſa.in conſil.179.numero primo,uolu. ſecũdo,ad hoc quod in fraudem legis, uel ſtatuti intelligitur fieri,quod fit animo,ut euitetur lex, uel ſtatutum. Vnde ſi huiuſmodi candidatus alienauit,uel renuntiauit , ut euitaret ſtatuti diſpoſitionem , & aliàs non alienaret , uel renuntiaret , in fraudem id intelligitur feciſſe , & conſequenter fraus hæc ei non debet prodeſſe , l. ſi legatarius. C. de legat. l. eos. §.
[illegible] ſi

Digitized by Google

ſa.in conſ.179.nu.15.uol.2. aſſerentium licere facere actũ principaliter pro ſuo cõmodo, et ſi ex eo actu diſpoſitio legis, uel ſtatuti euertatur. Ex quo cõcludunt,
55 † quòd ille, qui uendidit dimidiã partẽ domus, & aliã dimidiã retinuit, & poſt aliquos dies partem retentam uẽdidit, ut euitaret diſpoſitionẽ ſtatuti Florẽtiæ, quòd habens domum contiguam domo uenditæ, poſſit eã retrahere, reſtituto pretio nõ intelligitur in fraudẽ feciſſe; quia hoc principaliter fecit pro ſuo cõmodo, & ita eſt cautela, ut duabus uicibus uendat, ne alius poſſit prætẽdere habere proximiorẽ domum. Pro qua inducunt tex.in l.Proculus, ff.de damno infecto: ubi promiſi tibi de damno infecto, & eleuata domo mea, obſcurata ſunt lumina tua, uel foſſa facta à me aquam tuam auoco, & dicitur ibi, quòd non committitur ſtipulatio, quia non uidetur damnum facere, ex eo quòd alius amittit lucrũ quod percipiebat: & idem probatur in l.1.§.denique Marcellus ff.de aqua pluu.arcen. Quorum traditio corroboratur conſideratione hac, nam ſi ſtatuto collegij caueatur, (prout ferè in omnibus collegijs cauetur) quod nemo morbo contagioſo laborans admittatur ad id, ſi prætendens illud, morbo contagioſo laboraret, & ſe conſultò curauit, ut ab eo liberaretur, & habilis ad obtinendum collegium efficeretur, licèt ſtatuti diſpoſitionem per hunc actum euitât, nullus dicet, quòd actum prohibitum, aut in fraudem legis fecit, & quod hæc induſtria non debeat ei patrocinari. Sed adhuc reſponderi poterit, quòd prædictorum Doct. aſſertio nõ caret dubitatione: & quòd iura per eos citata eam non probant, quia d.l. Proculus, & d.§.denique, loquuntur, quando quis facit actũ permiſſum à iure, licèt præiudicialem tertio. Nam cũ

ſuo

ſuo iure utatur, non intelligitur iniuriam, aut fraudem facere, quia per hoc intentio legis nõ circumuenitur. Sed in noſtro caſu uoluntati ſtatuti, quæ eſt, ut indigẽtibus ſubueniatur, fraus fit. Nec oberit cõſideratio procurãtis ſanitatẽ morbi contagioſi, quia in eo diuerſa militat ratio. Nam ille, qui ſanitatẽ recuperat, licèt euitet ſtatuti diſpoſitionem, ſeu prohibitionem, non tamẽ admiſſio eius eſt contra mentem ſtatuti, quia per ſanitatẽ ceſſat ratio prohibitionis, quæ eſt, ne alijs inficiet collegialibus. quod eſt ſecus in diuite conſultò factus pauper, in quo intentio fundatoris non habet effectũ, quæ fuit indigentibus ſubuenire. Secundò facit ratio, nam bene poteſt quis eligere bonam, & utilem uiam, & omittere malam; quia hæc eſt prudentia, l. Lucius, 85. ad finem. ff. de hæred. inſtit. ibi prudens conſilium. l. ſi mulier. §. fina. ff. quod metus cauſa. l. cum pater. 79.
56 §. Titio, ibi prudentius. ff. de legat. 2. † per quæ iura cõſuluit Cæſa. in conſ. 179. num. 14. uolum. 2. quod poteſt quis elegere uiam, quòd acquirat ex cauſa cõtractus emphiteutici, & non ex cauſa emptionis, ut euitet diſpoſitionem ſtatuti Florentiæ, quo cauetur, emptorem teneri ad luitionem. Sed reſponderi poterit, quod quando quis eligit uiam ad aliquid conſequendã contra legis, uel ſtatuti intentionem, non dicitur eligere bonam uiam, licèt actus alias eſſet permiſſus; cum non liceat aliquid recipere, uel conſequi contra legis uoluntatem, ut bene probatur in d. l. ſi libertus minorem, ubi non licèt liberto eligere uiam, ut faciat ſe minorẽ centenario; ad effectum ut liberè, patrono præterito, poſſit teſtari. In caſu tamen, in quo conſuluit Cæſa. nõ circumuenitur legis intentio, & agitur de damno euitando, in noſtro caſu de lucro captando. quod longè

ff diuer-

Digitized by Google

diuerſum eſt,ut apparet ex l.fina.C.de codicil. ubi ha betur,quòd non eſt par ratio,amittere,& lucra non ca pere. Tertiò hæc pars probari uidetur ex ratione,nam
57 à uerbis ſtatuti† nõ eſt recedẽdũ, ſed illorũ literalẽ intellectum ſequi debemus,Barto.in l.quod conſtitutũ. ff.de milit.teſtam.Barto.in l.ſeruum quoque,§.publicè.ff.de procurat.& in l.contractus.C.de fide inſtrum. Pau.Pariſ.in conſ.23.num.10.lib.2.Bal.in conſ.452. in fina.uerb.par.1.ubi affirmat, quòd in ſtatutis magis uerba,quàm mens imaginaria conſideranda ſunt.Pro quo eſt text.in l.ſi alij.ff.de uſufruct.legat.quod maximè in noſtro collegio locũ ſibi uindicauit,in quo cautum expreſsè eſt ſtat.16.diſtinctio.4.quòd ſtatuta intelligantur planè, & quemadmodum ſcriptura ſonat citra ingenioſas, & nimis ſubtiles interpretationes; & quòd in ſcholaſticis recipiẽdis in collegio nõ fiat amara interpretatio.Sed ſi conſideremus tãtummodo uerba ſtatutorum, & literalem intellectum, proculdubio prohibitio eorum non comprehendit illos pauperes conſultò mediante alienatione factos. Sed reſponſio apparet ex eodem Paul.Par.in conſ.32.num.66.part. 1.ubi tradit.quòd licèt ſtatuta ſint ſtricti iuris, ac ſtri-
58 ctè ſecundum eorum uerba intelligenda,† tamẽ mens ſtatutorum attendi debet, etiam ſi eorum uerba offendantur.poſt Barto.in l.contra,uerſicu.ſed quid.ff.de legi.& in l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de lega.1.ubi Iaſ. nu.10.idem Bar.in l.fine.§.aliud.ff. de excuſat. tuto. Bald.in l.ſi mater. C.de inſtitu.& ſubſti.idem Iaſo.in l. ſi ſeruus plurium.§.ſi munerus.ff.de legat.1.nam conſtitutum cenſetur id, quod ſtatuentes uериſimiliter ſtatuiſſent,ſi interrogati eſſent,gloſſ.ubi Docto. in l.tale pactum.§.fina.ff.de pactis,ſentit Iaſo.in l.more, num.

42,

Digitized by Google

42.ff. de acquir. hæredit. & expreſsè tenet in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſthum. num. 3. & 7. Pariſ. in cõſil. 99. nu. 17. lib. 3. & in conſ. 69. num. 10. libr. 4. Mari. Socin. Iun. in conſ. 127. & 128. nu. 17 part. 1. Aymon Crauet. in conſ. 274. Et per modos, per quos coniectuvatur uoluntas teſtatoris, de quibus in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi munerus. ff. de legat. 1. per eoſdem coniectuvatur mens ſtatuti, ut tradit Iaſo. in d. §. ſi teſtator, Aymon Crauet. in conſ. 254. nume. 4. Mens etenim ſtatuentis, & ratio ſtatuti conditi ſemper regulant ſtatutum, & ab his validitatem ac uitam accipiunt, ut tradit Socin. Iun. in conſ. 15. num. 24. lib. 1. Vnde cum ratio ſtatuti, & intentio certa ſtatuentium ſit ſubuenire ſcholaſticis indigẽtibus, ueriſimile, & non imaginarium eſt, quòd, ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, an uellent, quòd iſti pauperes conſultò facti admitterentur ad collegium, reſponderent, quod non. Nec oberit, ſi adſit clauſula, quòd ſtatuta intelligantur, quemadmodum ſcriptura ſonat. Nam hæc clauſula parum, aut nihil operatur, ut teſtatur Bart. in l. omnes populi, nu. 65. ff. de iuſtit. & iure. & licèt Goza. ibi nu. 307. defendat quòd huiuſmodi clauſula aliquid operatur ſaltẽ quòd interpretatio paſſiua cenſeatur prohibita, tamen proculdubio operari nequit, quòd uerba ſtatutorum magis, quàm eorum ueriſimilis mens conſiderentur,
59 cum in omnibus † diſpoſitionibus primum locum obtineat mens, & uoluntas diſponentium, l. in conditionibus primũ locũ. ff. de conditio. & demõſtrat. in l. cõtra. ff. de legi. ubi Bart. loquẽs in ſtatutis. & in l. nõ dubium. C. eod. & cũ hoc ſi ita conſtitutũ iniure, prædicta clauſula nõ tollit interpretationẽ paſsiuam, ſeu declarationem iuris cõmunis, Bart. nu. 65. & ibi Goza. nu. 310. &

ff 2 Bald.

Bal.in d.l.oēs populi, Pari.in conſ.95.nu.3.par.1.& in cō.97.nu.14.par.3.Are.ī cōſ.109.& in cō.144.Dec.ī c.trāſlato, de cōſt. Vltimò hæc opinio cōſtare uidetur ex Iaſ.doctri.in l.huiuſmodi.§.legatum, nu.19.ff.de legat.1.dicentis, quòd ſtatuta diſponentia, quod admittendi ad collegium habeant certas qualitates, ſunt benignè, & non rigidè interpretanda, maximè in noſtro collegio, in quo in genere cautum habemus, quòd in ſcholaſticis admittendis non debet fieri amara interpretatio. Sed reſpōderi poterit, quòd ſuppoſito quòd hæc Iaſo.doctrina ſit uera, & quòd hoc neminem legat, prout ipſe aſſerit, tamen illud procedit in caſu dubio, quando ueriſimilis mens ſtatuti non ſuadet contrarium. Concludo igitur in hoc articulo primam ſententiam mihi ſecuriorem uideri: nempè quod huiuſmodi pauperes conſultò facti, ad effectum ut ad collegium admitterentur, recipi in collegio non poſſint: Quia in his non habet effectum intentio fundatoris; Et quia ueniunt contra ueriſimilem mentem ſtatutorum. Ex quo infero, quòd ſi teſtator in teſtamento aliquid relinquat, ut diſtribuatur inter perſonas pauperes alicuius loci, quæ non habuerint in bonis, niſi centum libras, uel ſi in ſtatuto idem caueatur, & ſi aliquis alienauerit quantitatem certam, ut pauper minor centenario librarum efficiatur, quòd non poterit partem illius diſtributionis recipere, quia contra ueriſimilem uoluntatem teſtatoris, uel mentem ſtatuti illam recipit, in cuius fraudem prædictam alienationē feciſſe intelligitur.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Collationi an locus olim eſſet inter ſuccedentes diuerſo iure?*

2 *Rationes, quare inter ſuccedentes diuerſo iure non erat locus collationi?*

3 *Collatio ceſſat, quando unus ſuccedit titulo ſingulari, alter uniuerſali olim, & hodie, & nu. 9. redditur ratio.*

4 *Collationis dotis ratio eſt æqualitatis ſeruandæ, quæ non eſt noua ſed deſcendit ex ædicto prætoris contra Doct.*

5 *Voluntas defuncti, maximè in materia collationis conſideratur & nu. 13.*

6 *Intellectus ad l. filius. §. videamus. ff. de bon. poſſ. contr. tabu.*

7 *Emancipatus, vt ex ædicto prætoris ad collationem compellatur, duo copulatiuè requiruntur, & nu. 8.*

8 *Intellectus nouus authoris ad l. ſi filius. ff. de collat. bon.*

9 *Collatio à prætore inducta ſolum datur inter ſuccedentes de iure prætorio per bonorum poſſ.*

10 *Collationi locus erat olim, quando unus iure ciuili & alter iure prætorio ſuccedebant, ſi tamen ille, qui iure ciuili ſuccedebat, etiam cumulatiuè ſuccedebat iure prætorio, cõtra oẽs.*

11 *Collationi olim non erat locus, quando unus ſuccedebat ab inteſtato, & alter ex teſtamento in collatione inducta ex ſecundo capite edicti prætoris, & nu. 13.*

12 *Collationi an locus ſit hodie inter ſuccedentes diuerſo iure?*

13 *Collatio non dabatur olim, teſtamento condito.*

14 *Extrema duo quando inſimul concurrunt, quorum neutrum affert impedimentum, de concurſu non curatur.*

15 *Collationis materia eſt exorbitans à iure communi, cum per eã quis proprium conferre cumpellitur.*

16 *Diſpoſitio loques de ſimplicibus, non comprehendit caſum mixtum; & quando hæc regula locum habeat.*

17 *Collatio non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

18 *Lex generaliter corrigens non intelligitur corrigere in caſu ſpecialiter prouiſo niſi quando per generalitatem illius legis corrigitur ratio illius caſus ſpecialiter prouiſi.*

19 *Rationem iniuriæ euitandæ hodie nõ eſſe omnino terrectam, tenet author, contra Doctores.*

An

An inter ſuccedentes diuerſo iure locus ſit collationi? Cap. XXXVII.

DIfficilior articulus eſt quàm ſit in toto col
lationum tractatu, an inter ſuccedẽtes
diuerſo iuri locus ſit collationi? In quo
duo ſunt dubia, quæ per ordinem ſunt di
ſcutienda. Primum utrum olim de iure
antiquo: Secundum an hodie inter ſuccedentes diuer-
ſo iure locus ſit collationi? Circa primum receptiſſi-
1 ma regula eſt, quòd † olim locus non erat collationi
inter ſuccedentes diuerſo iure, gloſſ. fina. in l. ſi emanci
pati. C. de collat. ubi Barto. Salyce. 7. oppoſit. Pau. nu.
4. Alexand. num. 9. Corne. nu. 24. Rimi. num. 5. Iaſ. nu.
35. Deci. num. 15. gloſſ. & Barto. in l. filium. §. uidea-
mus. ff. de contrata. gloſ. & Barto. in l. pater, filium, & in
l. ſequen. ff. de collatio. dotis, Iaſo. in l. ut liberis, nu. 16.
ubi Deci. nu. 20. C. de collatio. & Bald. in Rubr. eod. ti
tu. & proculdubio communis eſt, ut Moderni ſupradi
cti aſſerunt, & Ferdi. Vaſqu. ſucceſſ. & reſolut. lib. 2. §.
19. num. 54. & 55. Cæſa. in conſ. 183. nu. 26. Pro qua
ſolet imprimis induci tex. in l. 1. in princip. iuncto §. 1.
ff. de collatio. bono. ubi habetur, quòd inter eos datur
collatio, quibus bonorum poſſeſſio data eſt, & ſic lo-
qui uidetur, quando ſimul, & pariter bonorum poſſeſ
ſio datur. Vnde ſi non datur ſimul, ſed unus abinteſta-
to, & alter per contra tabulas, uel per aliud diuerſum
ius ſuccederet, locus non eſſet collationi. Secundò for
tius urget l. nec ipſa. ff. de collatio. dot. ait etenim text.
nec ipſa dotem fratribus ſuis confert, cum diuerſo iu-
re fratres hæredes ſint: & expreſſum eſt ibi, locum non

eſſe

eſſe collationi inter eos, qui diuerſo iure ſuccedunt. Tertiò pro hac communi opinio.adduci ſolet l.filium. §.uideamus.ff.de bono.poſſeſſio.contra,tabu.ubi emancipatus ſuccedens de iure prætorio per bonorum poſſeſſio.non confert filio in poteſtate de iure ciuili abintestato ſuccedenti.Quartò his accedit, l. ſi filius. ff.de collat.bono.ibi nec conferendum eſt ei,ex quo cõſtat, quòd à prætore conſtitutum fuerat, quòd inter ſuccedentes diuerſo iure nõ eſſet locus collationi,licèt Scæuola I.Conſ.ex æquitate contrarium induxit.Quintò his ſuffragatur regula, quòd inter ſuccedentes diuerſo iure non eſt locus iuri accreſcendi,l.ſed cum patrono,in princip.ff.de bono.poſſeſſio.contra tab.Sextò urget l. à patre,& l.filiam.2.C.de collatio.ubi ſuccedens titulo ſingulari,non confert ſuccedenti titulo uniuerſali.His etenim fundamentis communiter Scriben. diuerſis in locis concludunt, olim quidem inter ſuccedentes diuerſo iure locum non fuiſſe collationi. Cu-

2 ius concluſionis † plures rationes reddit Corne.in d.l. ſi emancipati,num.25.& ibi Dec.num.15. poſt Bart. in d.l.pater filium.ff.de collat.do.Quarum prima eſt, nam cum bona per collationem ad unum cumulũ redducuntur, non debet eadem res diuerſo iure cenſeri, arg.l.eum,qui ædes.ff.de uſuc. Secunda ratio eſt,quia bona debent iungi in collatione, & coniunctio non cadit inter diuerſa,l.ſed cum patronus.ff.de contra tabu. Tertia,nam quando diuerſo iure ſuccedunt, unuſquiſque uocatur in ſolidum & quilibet alteri iniuriam facit,quæ compenſatur,& in effectu reputatur,quòd nulla facta ſit iniuria. Ex qua concluſioue primò† infer-

3 tur,quòd non eſt locus collationi, quando unus ſuccedit titulo uniuerſali, & alter titulo particulari, quòd

pro-

proculdubio & hodie ueriſſimum eſt ut in d. l. à patre,& in d.l.filiam.2.C.de collatio.probatur.Secundò infertur,quòd qñ,unus ſuucedebat ex teſtamento,alter abinteſtato olim non habebat locum collatio, l.pater filium,& expreſſiùs in l.nec filia.ff.de collatio. dot. d.l.filius. §.uideamus.ff.de contratab.Tertiò infertur, quòd non erat olim locus collationi inter eos, quorũ unus de iure prætorio, alter de iure ciuili ſuccedebat, ut in d.§.uideamus,& in d.l.pater filium. Limitant tamen has duas ultimas illationes Scriben.locum ſibi vẽdicare,quando diuerſo iure ſuccedunt ex neceſſitate, ſecus ſi ex uoluntate,per text.in d.l.ſi filius.ff.de collatio.bono.quod ita intelligit ibi Bartol.& communiter prædicti doct. Verùm licèt hæc opinio recepta communiter ſit,non tamen deſunt qui contrarium defendere conantur,& in primis Rom.in l.ſi emancipati.C. de collatio.num.11.& ibi Curti.Iun.num. 39.& Hyero.Cagno.in repetent.num.74.& Sebaſtia.Sapia nu. 64.in cõtrariam uidetur inclinare,quamuis relinquat cogitandum,qui uolunt, quòd iura antiqua non conſiderauerunt,ut collatio daretur,an diuerſo,uel eodem iure ſuccederẽt,ſed tantũ an iniuria illata uel nõ eſſet? Nam quando illata eſt iniuria, locus erat collationi, aliàs ſecus. Quæ opinio primò conſtare uidetur ex l. 1.in princ.ff.de collatio.bon. & ex l. ſi emancipati. C. eod.ubi emancipati, qui de iure prætorio ſuccedunt, cõferunt filijs in poteſtate,qui de iure ciuili ſuccedũt. Secundò urget d.l.filium. §. uideamus in ſui ratione: nam ibi dicitur,quòd non eſt locus collationi,nõ quia diuerſo iure ſuccedunt,ſed quia emancipatus ibi iniuriam non fecit ſuo.Tertiò probatur,per l.ſi filius.ff.de collat.bono.ubi inter ſuccedentes diuerſo iure admittitur

titur collatio, ſi militat ratio iniuriæ. Quartò, nam ratio, quare introducta fuit collatio de iure antiquo, nempè iniuriæ euitandæ, quam filijs in prāte faciebat. Prætor admittendo cum eis emancipatos, militat etiam inter ſuccedentes diuerſo iure, d. l. ſi filius, ergo eadē debet eſſe iuris diſpoſitio, l. à Titio. ff. de furtis. Quintò facit, l. 1. §. toties. ff. de collatione bono. ubi rationē tantùm iniuriæ prætor, & non diuerſitatem iurium conſiderauit. Qua ultima opinione retenta, reſpondent prædicti Docto. ad l. 1. §. 1. ff. de collatio. bon. quòd ibi uerba edicti non uolunt, quòd uocētur neceſſariò ad eandem bonorum poſſeſſionem, ſed ſolum in genere dicit, quòd inter eos ſolum habet locum collatio, quibus datur bonorum poſſeſſio, & ſic ſiue detur eadē bonorum poſſeſſio, ſiue alia, locus erit collationi. Vnde euenire poteſt, quòd unus ſuccederet per bonorū poſſeſſionē ſcd'm tabulas, & alius per bonorū poſſeſſionē contra tabulas, & ita intelligo. l. ſi filius. ff. de coll. bon. Quam ſolutionem ſentire uoluit Curti. Iun. alias uerò cagnoli, & Docto. conſultò omitto. Secundò nō obſtat d. l. nec ipſa. Nam reſpondet Curt. quòd l. illa declaratur per præcedentem, cum qua continuatur, ubi ceſſat ratio iniuriæ, quia emancipatus erat inſtitutus: quo caſu ceſſare debet collatio, & licèt per querelam reſcindatur teſtamentum, tamen reſcinditur, tantùm pro parte, l. circa. ff. de inofficio. teſtamen. Quæ ſolutio nihil ualet, nam ibi Paulus I. C. non conſiderauit iniuriam, ſed quòd diuerſo iure fratres hæredes erant, nec ſi cum iudicio aduertas, deberet conſiderari: Nā iniuria, quam facit emancipatis ſuccedendo, debet cōſiderari, quando agitur, quòd ipſe conferat alijs, quibus infertur iniuria. Sed in d. l. nec ipſa, agebat de col-

gg lation

lationc dotis,in qua ratio iniuriæ nec olim, nec hodie
4 conſideratur,ſed æqualitatis† ſeruandæ, ut apparet ex ſecundo capite edicti prætoris,de quo agitur in l. 1.ff. de col.do.Quæ rō. vt ex illo tex.apparet,à prætore fuit conſiderata,& non prout Doc.com malè putant à iure nouo inducta.& in eo caſu negari nō pōt,quin iura uellent, collationem non dari inter ſuccedentes diuerſo iure. Et ita teneo reiecta alia eiuſdem Curtij ſolutione,quæ deterior eſt,dicentis, quòd ibi ex uoluntate defuncti non confert:quæ in materia collatio-
5 nis maximè conſideratur † d.l.1.& Auth.ex teſtamento,& l.illud.C.de collatio. Nam ibi non apparet quod de voluntate teſtatoris omiſſa ſit collatio, imò ibi potius uoluntas in contrarium eſſet præſumenda,cū emācipatus fuit inſtitutus,& ſuccedit ex eius uoluntate.Filia uero in poteſtate fuit exhæredata, & cōtra eius uoluntatem,& teſtamentum ad hæreditatem admittitur,
6 id per querelam reſcindendo . Tertiò † non obſtat d. §.uideamus,nam reſpondet Curti.nu .41. quòd ſi ille tex.bene conſideretur,ideo ibi nō datur collatio,quia ceſſat ratio iniuriæ . Nam ut ibi traditur in uerſ.multò magis,emancipatus potius afferebat filio in poteſtate exhæredato commodum, quàm incommodū : & hoc uoluit etiam Barto.ibi,& gloſſ.in d.l.ſi emancipati, ubi etiam Barto.& Alex.ind.num.9.& Iaſo.nu.35.& Dec. num.15.ita tex.illud intelligunt.Vnde Curti.ibi num. 41.dicit,quòd ibi non ceſſat collatio, quia diuerſo iure ſuccedunt.Sed certè gloſſ.in d.§.uideamus, in uerbo,ambo, & Bart.ibi in ſummario uult,quòd non habet locum collatio,quia diuerſo iure ſuccedebant, & uerè ille tex. in principio uult, quòd ex eo non datur collatio, quia ibi non ita data fuit bonorum poſſeſſio filio

Digitized by Google

filio in poteſtate, ſicuti emancipato. Ex quo difficiliſſi-
7 mo text. apparet, quòd ad hoc ut emancipatus ad col
lationem ex prætor is edicto compellatur, duo copula
tiuè requiruntur: primum quòd eodem iure prætorio,
uterque ſuccedat: Secundum quòd commodum ali-
quid ex ædicto prætoris in præiudicium filij in poteſta
te habeat. Sed aduerte, quòd non obſtat, quod diuerſo
iure ſuccedat, ſi eodem iure etiam ſuccedat, ut in ſe-
quenti reſponſione dicetur, & ita reſponde ad illum
8 tex. Quarto non obſtat ſd. l. ſi filius, ff. de collatio. bon.
Nam reſpondet Cagn. in d. l. ſi emancipati, nume. 74.
quòd ibi Scæuola nihil de nouo contra ædictum præ-
toris introduxit, prout malè Scriben. uolunt, ſed illud
declarat, & interpretatur, quòd licèt uerba eius ſe ha-
beant, ut in caſu illo conferat, mente tamen conſidera
ta, quia iniuriæ ratio ceſſat, non dari collationem. Ra-
tio etenim, & mens legis magis, quàm eius uerba attē
di debent, ut apparet ex d. §. uideamus, quod etiā Cur.
Iuni. in d. l. ſi emancipati, nu. 44. uoluit, qui improbant
ſolu. Barto. ibi, & Docto. in d. l. ſi emancipati aſſeren-
tium, quòd ibi æquitas Sceuolæ fuit, quia poterat ſuc
cedere eodem iure, & uoluntate, & non neceſſitate
ut ſuccedebat filius in poteſtate. Nam confunditur
per d. §. uideamus, l. filium. ff. de contratabu. ubi non da
tur collatio, licèt filius in poteſtate poterat eodē iure
ſuccedere, imò attenta hac Docto. ſolutione, magis eſ
ſet imputandum, ei qui poteſt eodem iure iure ſuccede
re, & non uult, quam illi, qui non poteſt: quia lex ma-
gis ſolet ſuccurrere exiſtenti in neceſſitate, quàm non
exiſtenti, l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. co-
gan. Verùm uterque intellectus reijciendus eſt, nam
confunditur per d. l. ſi filius, ex qua apparet cōtra præ

dictos intellectus,quòd ibi filius in poteſtate eodem iure ſuccedebat. Vnde nõ eſt uerum, quòd corrigat ius antiquum,prout communis intellectus uult,nec quòd ex æquitate interpretatur Scæuola,quòd etiam ſi eodem iure non ſuccedant, ſi patiatur iniuriam filius in poteſtate,collatio admittatur. Vnde ultra Docto.uerius intellectus ad illum tex.meo iudicio eſt,quòd ideo ibi collationi locus eſt,quia duo concurrebant,quæ neceſſaria erant,ut collatio daretur. Primò quòd filius in poteſtate patiebatur iniuriam, & in hoc conuenit cum edicto Prætoris in d.l.1.§.toties.ff.de collat. bono.Secundò quòd eodem iure ſuccedebant,quia utrique dabatur bonorum poſſeſſio,& ex ea hæreditatem habebãt.Nam emancipatus non poterat ſuccedere, niſi per bonorum poſſeſſionem contratabu.filius autem in poteſtate qui fuerat inſtitutus hæres, licèt adiuerit hæreditatem de iure ciuili, tamen eam etiam retinet de iure Prætorio,quia hæredi ſcripto datur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas,tex.in prin.Inſtitu. de bono. poſſeſſio. Vnde aduerte, quòd in d. l. ſi filius,licèt diuerſo iure ſuccedant hæredes, eodem tamen iure etiam ſuccedunt; & hoc eſt, quòd dicit Scæuola ibi & bene interpretatur edictum, quod licèt diuerſo iure ſuccedunt,eodem etiam iure ſuccedunt quod ſufficit, ut collationi locus ſit ſi patiatur iniuriam. Nam edictum non dicit,quòd inter eos, qui diuerſo iure ſuccedunt,nõ detur collatio,ſed quòd detur inter eos,quibus datur bonorum poſſeſſio. Itaque in illo text. & in d.§.uideamus,bene probatur, quòd ut locus ſit collationi ex edicto, duo requirũtur.Primò quòd patiatur iniuriam ſuus.Secũdò quòd eodem iure prætorio ſuccedant.Sed non nocet, ſi cumulatiuè ſuccedat,etiam

ille,

ille,qui eſt in poteſtate de iure ciuili,& ita diuerſo iu-
9 re. Ex quo intellectu† colligitur, quòd Pætor ſolũ vo luit,quòd collatio ab eo inducta tantùm daretur ſuccedẽtibus de iure Prætorio per bonorum poſſeſſionẽ. Quintò non obſtat regula, quòd inter ſuccedentes di uerſo iure non eſt locus iuri accreſcendi. Nam reſpon dent Curti.Iun.& Hiero.Cagn.ubi ſupra in d.l.ſi emã cipati.C.de collatio. quòd regula illa cõis non eſt uera,prout latè oſtenderunt in l. vnica. C. quando non petentium partes.Et ſuppoſito quòd uera eſſet,longè diſtat ius accreſcendi à collatione , cum ſit fundatum principaliter in conuentione,l.re coniuncti.ff. de leg. 3.collatio uerò in ratione iniuriæ.Vltimò non obſtat,l. à patre,& l.filiam.C.de collatio.Nam ibi non negatur collatio,quia diuerſo iure ſuccedũt,ſed quia unus ſuccedebat titulo ſingulari,cui nec confertur,nec ipſe cõ ferre tenetur,quòd non prouenit ex diuerſitate iuris, ſed quia collatio ad ſingularem ſucceſſorem non pertinet.Vnde ſi duo titulo ſingulari ſuccederent,licèt nõ diuerſo,ſed eodem iure ſuccederent,inter eos tamen non daretur collatio . Tu uerò hunc articulũ ita reſol ue. Aut loquimur,quando unus ſuccedit titulo uniuer ſali,& alter titulo particulari,ut in terminis l.à patre, & d.l.filiam.2.& in hoc caſu non eſt noſtra diſputatio. Nam licèt locus non ſit collationi,non tamen hoc pro uenit ex diuerſitate iuris, ut ſupra dictum . Nec de hoc Scriben.agunt,ſed ſolum reperio, Ferd.Vaſq.hoc ad propoſitũ noſtrum adducere. Aut loquimur quan
10 do diuerſo iure† ſuccedunt,quia unus iure ciuili, & al ter iure Prætorio ſuccedit; & in hoc articulo meo iudi cio decipiuntur omnes Docto . Nam nec uerum eſt, quòd inter ſuccedentes de iure prætorio,& ciuili non

ſit

ſit locus collationi, per l. ſi filius. ff. de collat. bon. contra communem. Nec quòd iniuria tantùm ab emancipato filijs in poteſtate illata conſideretur, prout alij uolunt. Nam duo copulatiuè requirebantur, ut ex edicto prætoris emancipatus ad collationem ſuo teneretur, primum quòd iniuriam faceret filio poteſtate conſtituto, l. 1. § toties. ff. de collatio. bon. Secundum quòd uterq; iure prætorio ſuccederet, d. l. 1. §. 1. licèt etiã diuerſo iure habeat etiam filius in poteſtate, vt in d. l. ſi filius ubi habet ex iure ciuili, & ex iure prætorio, & nihilominus locus eſt collationi, quia etiam eodem iure habent hæreditatem. Aut loquimur, quando diuerſo
12 †iure ſuccedebant, quia unus ab inteſtato, alter ex teſtamento ſuccedebant, & in hoc tex. clarus eſt in l. nec filiæ. ff. de collatio. do. quod locus non erat collationi dotis inductæ ex conſtitutione diui Pij: uel melius ex ſecundo capite edicti prætoris propter æqualitatem ſeruandam de qua fit mentio in l. 1. ff. de collatio. do. & in hoc caſu poteſt ſaluari opinio. commun. Verùm tamen eſt quod in collatione emancipati à prætore ex primo capite ædicti prætoris inducta quod habetur in l. 1. ff. de collatio. bono. hæc diuerſitas ſucceſſionis ex teſtamento, & abinteſtato non impediebat collationem, quando emancipatus iniuriam inferebat, & uterque iure prætorio ſuccedebat, ut in d. l. ſi filius. ff. de collat. bono. Circa ſecundum dubium an hodie inter ſuccedentes diuerſo iure ſit locus, collationi, magna controuerſia eſt. Pro cuius explicatione præmitto, quòd hæc inſpectio non pertinet ad primum, nec ad ſecundum caſum, ſed tantũ ad ultimum. Nam ille, qui ſuccedit titulo particulari, nec cõfert, nec ei cõfertur. Præterea nõ cõſideratur hodie q emancipatus ſuccedat cũ filijs in

in poteſtate, quia ratio iniuriæ, quam ſuccedendo de iure prætorio, eis inferebat, hodie ceſſat ſecundum Do cto. Itaque non conſideratur an omnibus competat bonorum poſſeſſio, uel non, ut olim. Vnde, ut concludunt Docto. ſolum dubitatio remanet, quando unus ex liberis, cui legitima debetur, ſuccedit ex teſtamento, alter ab inteſtato, utrum inter eos detur collatio? Et diſputant eam in terminis l. pater filium, cum l. nec filia, ſequenti. ff. de collatio. dot. Et ratio † dubitandi eſt, quia
13 de iure antiquo, quando ſuccedebatur ex teſtamento, locus non erat collationi, niſi à teſtatore expreſſum eſſet, l. 1. & l. filiæ dotem, & l. filiam. 1. C. de colla. Quorum iuriu m ratio eſt, quia uoluntas teſtatoris in collationibus multù m attēditur, ut in prædictis iuribus probatur, & in l. illud. C. eod. Sed quando fecit teſtamentum, & non iubet fieri collationem, præſumitur, quòd nō uult, vt ad collationem teneantur. Et vſque adeo uerum erat, quòd, condito teſtamento, collatio olim nō dabatur, ut locum haberet etiam quando poſtea querela pro parte teſtamentum reſcindebatur, l. pater filiū. ff. de collatio. dotis, & non ſolùm quando agebatur ut inſtitutus conferret ut ibi, in quo militabat ſupradicta ratio, ſed etiam quando agebatur ut conferret exhæredatus, qui contra uoluntatem defuncti ad ſucceſſionem eius reſcindendo teſtamentum querela inofficioſi teſtamenti ueniebat, l. nec filia, quæ cum l. pater filium, continuatur, eod. titu. non quia ex uoluntate defuncti prohibita collatio cenſeretur, ſed quia diuerſo iure hæredes filij erant, quod procedebat in collatione ex ſecundo capite inducta ratione æqualitatis ſeruandæ, de qua mentio habetur in l. 1. ff. de collat. dot. non tamē in collatione inducta ex primo capite edicti prætoris,

toris, inducta ratione iniuriæ euitandæ, de quo agitur, in l. prima, in princip. ff. de collatio. bono. Nam hæc duo capita erant, ut rectè contra cæteros aduertunt Fulgoſ. num. quarto, Corne. nume. 38. Curti. Iun. nume. 37. in l. ſi emancipati. C. de collation. Poſtea uerò per Iuſti. in Authen. de trien. & ſemiſſ. §. illud, ex quo ſumpta eſt Authen. ex teſtamento. C. de collation. introductum fuit ut non ſolùm ab inteſtato, ſed etiã teſtamento condito collatio detur, niſi teſtator collationem prohibuerit. Nam Iuſtinianus non eſt in ea opinione, ut putet, quòd, ſi teſtàtor uoluiſſet, quòd conferret, hoc exprimeret, ſed potius præſumit, quod teſtator tumultu mortis anguſtiatus oblitus eſt donationis, uel quòd donatio non eſſet conferenda, & magis credit in dubio, qñ incertum eſt de mẽte eius, cũ uoluiſſe æqualitatem inter liberos eſſe, & collationem admitti. Vnde cum per illam Authen. correctum ſit hodie ius antiquum, locus eſt collationi, non ſolum quando inteſtatus, ſed etiam quando teſtatus teſtator deceſſit. Sed quæſtionis eſt, an locum habeat in terminis, d. l. pater filium, & d. l. nec filia, quãdo pro parte deceſſit inteſtatus, & pro parte teſtatus. Et partẽ affirmatiuam correctumque eſſe ius antiquum, non ſolum quando omninò teſtatus deceſſit, ſed etiam quando tantùm pro parte, & dari hodie collationem inter eos, qui diuerſo iure ſuccedunt, tenet Iaco. Butri. in l. fina. C. de collatio. & in l. emancipati, eod. titu. ubi Cynus Alb. Alexand. num. 10. Ponta. Hieron. Cagno. num. 77. in repe. & Sapia, nu. 68. qui communem appellat & Rimin. ibi nume. 5. magis communem teſtatur, eam tenet idem Cyn. ut in l. ut liberis. C. eod. & ibi Paul. num. 11. ubi & Iaſ. num. 16. eam ſequitur, & communem teſtatur, &

& Deci.nu. 22. Bartol. in l. pater filium, num. 10. ff. de collatio. dotis. Pro qua primò vrget, nam ratio, quare indicta. l. pater filium, & in l. ſequ. non admittebatur collatio (ſcilicet quia teſtamentū valebat pro parte) eſt hodie correcta; quia etiam ſi teſtatus decedat, datur collatio, per d. Authen. ex teſtamento, & correcta ratione legis cenſetur & ipſa lex correcta, gloſſ. & ibi Barto. adnotauit in l. 1. ff. de legi. tut. Sed reſpondent Docto. quòd licèt ratio vna ſit correcta, remanet alia expreſſa in d. l. nec filia, quia iure diuerſo ſunt hæredes. Et quādo ſunt duæ rationes finales, licèt vna corrigatur, nō cenſetur correcta lex, iuxta §. affinitatis Inſtitut. de nup. Sed pro defenſione communis poteſt reſponderi, quòd etiam illa ſecunda ratio cenſetur correcta hodie. Nam cum collationi locus hodie ſit tam ex teſtamento, quàm abinteſtato, nihil refert, ſi diuerſo iure ſuccedant, argum. l. ſi dubitetur. ff. de acquirend. hæred. & l. Gallus. §. ſi eius, ff. de liber. & poſthu.

14 Quod corroboratur ratione, nam † quando duo extrema inſimul concurrunt, quorum neutrum affert impedimentum de concurſu non curatur, l. hæres inſtitutus cum l. ſeq. ff. de acquirend. hæred. ſed hodie neuter eorum concurrentium eſt impedimentum collationi, cum per d. Auten. ex teſtamento, abinteſtato, & ex teſtamento detur. Secundò vrget, nam ratio in qua ſecūdùm Docto. fundata eſt hodie collatio æqualitatis: ſcilicet inter liberos ſeruandæ. l. ut liberis. C. de collatio. & d. §. illud, pariter militat, quando partim ſucceditur ex teſtamento, & partim abinteſtato: & quando in totum ex teſtamento, uel abinteſtato. & ubi eſt eadem ratio, eadem cenſetur iuris diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis, de iure patron. Sed certè hoc fundamentum facilè po

teſt tolli, nam materia collationis eſt exorbitans à
15 iure communi, cum per eam † quis proprium conferre compellatur; & in exorbitantibus non fit extenſio, l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſoluto matrimonio l. ſi cum dotem in principio. ff. eod. l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. declarant Docto. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure, ubi Goza. in repet. nu. 386. Et hinc eſt, quòd collatio eſt de iure prohibitorum, & dari prohibetur niſi in caſibus à iure expreſsis, l. illam, & l. illud. §. hæc, vbi Docto. maximè Fulgoſ. & Corn. adnotant. C. de collatio. Præterea iura noua ſunt correctoria, & in correctorijs etiam ex identitate rationis non fit extenſio, Authen. quas actiones C. de ſacroſanct. Eccl. ubi Iaſo. & communiter Doct. adnotant. Sed aliter reſponderi poſſe exiſtimo vltra Doctor. quòd tempore, l. nec filia, & in diſpoſitione illius (quæ loquitur in collatione dotis) militabat hæc eadem ratio æqualitatis ſeruandæ. Nam hac de cauſa inducta collatio dotis fuit, quia donatio dotis valebat inter patrem, & filium in poteſtate, l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erc. & nihilominus ibi collationi locus non eſt hac ratione, quia diuerſo iure ſuccedunt. Tertiò pro communi expendi ſubtiliter poteſt, d. Aucten. de trien. & ſe miſ §. illud, ubi cautum reperitur, quòd hodie locus ſit collationi, ſiue quis inteſtatus moriatur, ſiue teſtatus & in d. l. pater filium, cum l. ſeque. & in terminis Doctor. quando teſtamentum poſtea pro parte querela reſcinditur, teſtator in totum teſtatus decedit, licèt ex poſt facto teſtamentũ eius pro parte corruat, & querela reſcindatur. Sed poteſt rñderi, quoad collationis materiã, inteſtatũ decedere, dici eũ, cuius teſtamẽtũ

à

à principio valet,& poſtea,uel per contratabulas rumpitur,vel querela reſcinditur,vt conſtat ex l. vt liberis.C.de colla.Sed licèt hæc opinio receptior ſit, non caret dubitatione,& in ea reliquit cogitandum Phili. Corne.in d.l. ſi emancipati C.de collatio.num.34.& Rimi.num.5.ad finem,& Curti.Iuni.num.46.& contrariam opinio.tenet Rapha. Fulgoſ.ibi num.9.& Roma.num.11.qui volunt hodie,ſicut olim ceſſare collationem inter ſuccedentes diuerſo iure: nempè ex teſtamento,& ab inteſtato.Quam opini.primò ſuadet ratio, quia diſpoſitio loquēs de ſimplicibus, non comprehēdit caſum mixtum l.vim paſſam.§. præſcriptione.ff.de adulte.facit l.præcipimus.C.de appellat.Sed adhoc reſpondent Docto.quod in materia fauorabili fundata in ratione æquitatiſ caſus mixtus ſub ſimplicibus comprehenditur.l.ſi ita ſcriptum.§.fina.ff.de lib.& poſthum.& materia collationis, eſt fundata ſuper æqualitate inter liberos ſeruanda. l. ut liberis. C. de collatio.quod æquum eſt,vt conſtat ex l.cū oportet.C.de bonis quæ lib.& ex l.cum pater. §. euictis.ff. de leg.2.& ex traditis a Bald. in l.1.num.2.C.de pactis.Sed reſponderi poteſt, quod caſus mixtus non cōprehenditur ſub ſimplicibus in materia indifferenti,& minus in materia odioſa,& materia collationis eſt exorbitans,& odioſa,ita reſpondent Rimin.& Sapia ubi ſupra per l.illam.C.de collatio. aliter reſpondet Deci.quod quādo eſt facta diſpoſitio de vtroq; ſimplici, tūc ſub ſimplicibus caſus mixtus includitur.l.ſi ita facta.ff.de iniuſto rupto.Rurſus reſpōderi poterit quòd regula illa d.§.præſcriptione,locum nō ſibi vendicat quando eadem ratio eſt in caſu mixto quæ in ſimplici.
17 Secundò his accedit ratio. † nam collatio nō habet lo

cum niſi in caſibus à iure expreſſis. l.Illud.§. hæc.C. de collatio, ſed in hoc caſu mixto non reperitur expreſſum, quod detur collatio. Vnde dicendum eſt, quòd non erit locus collationi. Sed reſponderi poterit, quod ſatis eſt, expreſſum eſſe, quod in vtroque ſimplici detur collatio. Tertio huic opinio. ſuffragatur ratio, nam
18 l.generaliter corrigens non cenſetur corrigere in caſu ſpecialiter prouiſo, Authen. offeratur, iuncta gloſſ. C. de litis conteſta. ſed reſponderi poterit, niſi quando per generalitatem illius legis corrigatur ratio illius caſus ſpecialiter prouiſi, ut in noſtra ſpecie. Quartò vrgent rationes Bart. in d.l. pater filium, quod vna, & eadem res non debet diuerſò iure cenſeri, & quòd inter ſuccedentes diuerſo iure non eſt locus iuri accreſcendi, quæ rationes hodie, ſicut olim locum habẽt. Sed ad Bar. rõnes reſpõderi poteſt, quòd vt ſupradictũ eſt, nõ ſunt veræ, & ut cõfunduntur per l.ſi filius. ff. de coll. bono. maxime quod hodie non poſſumus dicere quod ſucceſsio ab inteſtato, & ex teſtamento ſint quo ad collationem diuerſa. Quinto ponderatur text. in d. Authen. ex teſtamento, & in d.§. illud, unde ſumitur ibi, alijs, quæ de collatione dicta ſunt, ſuum robur obtinentibus. Sed reſponderi poterit, quòd iſte caſus nõ eſt de alijs, ſed de his, quæ expreſsè correxit, cum diſpoſitum ſit, quòd locus ſit collationi ex teſtamento. Vltimò conſideratur d. §. illud qui fundatur in coniecturata mente defuncti, quæ coniectura cadere non poteſt in caſu d.l.nec filia. ff. de colla. bono. vbi filia exhæredata, quæ manifeſtè venit ad ſucceſsionem contra voluntatem defuncti, non confert dotem, quia diuerſo iure ſuccedunt: ſed reſponderi poteſt quod ibi non confert de iure antiquo: quia diuerſo iure quoad collationem tũc

tempo-

temporis ſuccedebant: cum ex teſtamento non erat locus collationi, & abinteſtato ſic: & ideo filia non conferebat, quia filius inſtitutus ei non tenebatur cõferre: ſed cum hodie filius inſtitutus teneatur ei conferre, ſimiliter tenebitur & ipſa, nam ſi inſtitutus tenebitur exhæredatæ cõferre à fortiori ex uolũtate defuncti exhæredata cõferre tenebitur inſtituto. Ego vero in hac difficultate communi opi. libenter accedo: quia fundamẽtalis ratio illorum iurium hodie correcta eſt: nec diuerſo iure ſuccedere intelliguntur quoad collationẽ, qui ex teſtamento, & abinteſtato ſuccedunt; unde hodie regula illa, quod inter ſuccedentes diuerſo iure non ſit locus collationi, in nullo caſu conſideranda eſt. Et ulterius puto contra Scribentes, quod ratio iniuriæ euitan-
19 dæ† hodie nõ ſit omnino correcta: ſed quod in caſibus, in quibus emancipatus exiſtentibus in poteſtate profectitia confert, quæ ſi eſſet in poteſtate nõ conferret per l. vt liberis, in fi. C. de collatio. quod non tenebitur conferre quando iniuria ceſſaret, & uterque iure prætorio non ſuccederet.

SVMMARIVM.

1 *Ius naturale an ſit mutabile.*

2 *Liberi homines ab initio ſecundum naturam naſcebantur, & num. 38.*

3 *Seruitus an ſit contra ius naturale, & nu. 38.*

4 *Addendo, vel minuendo an ius nouum conſtituatur? & nu. 9. 14. & 38.*

5 *Lex humana fuit neceſſaria, licet à lege æterna omnia eſſent ordinatiſſima, & quare.*

6 *Lex diuina vltra naturalem & humanam eſt neceſſaria, & quædam eſt æterna, quædam poſitiua.*

7 *Iuri naturali addi poteſt, & an mutatione prohibita, cenſeatur prohibita additio.*

Mutar

8 *Mutari dicitur, quando deſiuit idcſſe, quod prius fuit.*

9 *Iuris naturalis prima principia ſunt ſemper firma, & immutabilia, & exempla eorum.*

10 *Deus eſt dominus uitæ, & mortis, & quicunque homo etiam innocens eius mandato abſque iniuſtitia aliqua occidi poteſt.*

11 *Dei mandato accipiens aliquam rem ex mandato veri domini accipit, quia deus eſt dominus vniuerſorum.*

12 *Coniunctiones omnes non matrimoniales ſunt contra ius naturale, & nu. 25.*

13 *Dei mandato accedens ad aliquam mulierem non eſſe adulterum, nec fornicarium, ſed ad ſuam ex diuino mandato accedere.*

14 *Iuris naturalis ſecundis præceptis additur, & detrahitur, et eorum exempla.*

15 *Inclinatio, ſeu appetitus rationalis pertinet ad ius naturale, irrationalis eſt contra id.*

16 *Homo eſt pronior ad malum, quàm ad bonum.*

17 *Vitæ conſeruatio deſcendit ex præceptis ſecundis naturalibus cõmunibus cum plantis.*

18 *Ius nullum beſtiale eſt, ſed humani generis.*

19 *Coitus beſtialis non appellatur matrimonium, cum Coua. contra Boſq. & Claud.*

20 *Natura duplex in homine. In quo triplicem coniunctionem conſiderat autor.*

21 *Fornicatio ſimplex eſt iure naturali uetita, & peccatum mortale.*

22 *Meretrices, & lupanaria tollerantur propter euitandum maius malum.*

23 *Nefandus coitus per antonomaſiam dicitur contra naturam.*

24 *Matrimonium quo iure ſit introductum.*

25 *Alimenta liberis debentur ſecundum qualitatem perſonarum cum Couar. contra Bald.*

26 *Alimenta liberis debentur de iure naturali, ſed neceſsitas alimentandi eſt impoſita de iure ciuili.*

27 *Alere tenetur pater non ſolum filios, ſed etiam nepotes, & nurum.*

28 *Alimenta denegantur filio ingrato.*

Ingratus

29 *Ingratus filius amittit priuilegia filiationis, nec ſi pater eum occidat, tenebitur pœna. l. Pompe. de parric.*

30 *Alimentandi onus pertinet ad patrem, & non ad matrẽ poſt triennium.*

31 *Mater intra triennium tenetur lactare filium, & in quibus caſibus fallit.*

32 *Alimenta non debentur filio, qui habet officium, uel artificium ex quo ali ſe poſſit, dummodo artificium ſit honeſtum, poſſitque ſecundum qualitatem ſuam exerceri.*

33 *Alimenta non poſſe lege tolli intelligit autor regulariter, nam ex iuſta cauſa tolluntur, ſicut in legitima dicitur.*

34 *Defenſio pupilli deſcendit ex præceptis ciuilibus.*

35 *Defenſio denegatur in omnibus caſibus, in quib. offenſio eſt permiſſa.*

36 *Defenſio deſcendit ex præceptis naturalibus, & iuriſgentium.*

37 *Lex ciuilis irritat contractus iuriſgentium, & impedit ortum obligationis naturalis.*

38 *Iuriſgẽtiũ præcepta per alia præcepta eiuſdem iuris, in aliquibus caſibus ſpecialibus mutari.*

39 *Seruitus non eſt inducta contra rationem naturalem, ſed ſecundum eam contra aliquos.*

40 *Capti Chriſtiani à Chriſtiano non efficiuntur ſerui.*

41 *Iure gentium ab initio omnia erant communia, & ab eodem iure gentium dominia fuerunt rationabiliter diſtincta.*

42 *Intellectus nouus auctoris ad l. vt in conditionibus. ff. pro Soc.*

43 *Vſucapionẽ nõ ſolum bonam, iuſtam ſed etiam æquam eſſe contra glo. & Bar. & Iuſtũ bonum, & æquũ idem importare.*

44 *Aliena res ſi capiatur ad ſubleuandam vitæ neceſſitatem, non violatur præceptum, non furtum facies.*

45 *Intellectus ad l. hac edictali. C. de pac. conuen.*

46 *Ius naturale eſſe vnicum continens plura præcepta.*

47 *Intellectus ad. § ſed naturalia, Inſt. de iur. natur. de quib. præcep. naturalibus loquatur.*

48 *Proteſtatio auctoris.*

Digitized by Google

Vtrum ius naturale ſit mutabile? Cap. XXXVIII.

Clara, & ſatis nota † eſt traditio. §. ſed naturalia, Inſtitu. de iur. nat. gent. & ciu. ius quidē naturale immutabile eſſe: inquit etenim textus: ſed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræque obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma, ac immutabilia permanent. Ea uerò, quæ ipſa ſibi ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, uel tacito conſenſu populi, uel alia poſtea lege lata. Cum quo conuenit tex. in prin. 5. diſtinct. Verùm licèt tex. ille ſatis expreſſus ſit, tamen non deſunt alia iura, quæ occaſionem dubitandi tribuūt. Et in primis aduerſari uide-
2 tur, quòd libertas eſt de iure naturali: † quandoquidem omnes homines ab initio, ſecundùm naturam liberi naſcebantur, l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iure, §. ius autem gentium, Inſtitu. de iure natu. Et hinc eſt, quòd libertas dicitur naturalis facultas eius, quòd cuique facere libet, niſi quid ui, aut iure prohibetur, l. 4. ff. de ſta. homi. §. & libert. s, Inſtitu. de iure perſon. Et tamen ſer-
3 uitus † eſt introducta iure gentium contra ius naturale, ut expreſsè dicitur in d. l. manumiſſiones, & d. §. ius autem gentium, ibi bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrariæ. Et hinc eſt, quòd ſeruitus dicitur conſtitutio iuriſgentium, quā quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. l. 4. §. ſeruitus. ff. de ſtat. homi. §. ſeruitus, in ſtitu. eodem. Præterea quòd ius naturale tolli poſſit, probatur per l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. inquit etenim textus ille, ius ciuile eſt, quod nec in totum à naturali iure, uel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit. Itaque cum

aliquid

aliquid addimus, uel detrahimus iuri communi, ius
propriũ,i.ciuile efficimus. Vnde cũm addi, & detrah
naturali iuri poſſit, & addendo, uel detrahendo ius no
4 uum conſtituatur, ſiani ius naturale eſt mutabile, mu-
tarique in ciuile ualet. Rurſus in contrarium facere ui
dentur ea, quæ tradit Sanctus Thomas 1.2.quæſt. 94.
artic.5. Pro quorum iurium, ac auctoritatum concor-
dia articulum hunc latè, & radicitus intendo examina
re. Et quia noſtrates in hac materia iuris naturalis põ
tius ipſorum auctoritate, quàm ratione paſſim proce-
dunt, eam expediam inhærendo traditionibus S. Tho-
mæ, & Dom. de Soto. & Fortun. Gar. & Dida. Couar
ru. Quorum omnium cõmentaria ſana, & ſecura ſunt,
& ualde à peritis celebrata. Et pro huius difficultatis
clariori intelligentia ſciendum eſt, duo eſſe principia
exteriora. Vnum inclinans ad malum, quod eſt diabo
lus. Alterum mouens ad bonum, quod eſt Deus, qui &
nos per legem inſtruit, & iuuat per gratiam, Sanctus
Thom. 1.2.q.90.in princ. Nam ut tradit Domin. à So
to in lib. 1. de iuſt. & iur. q.3. art. 1. Deus gubernator ab
æterno uniuerſorum ordinem, & regimen in mente
concepit: quæ ordinatio, & conceptio lex æterna ap-
pellatur, à qua cæteræ leges, ſeu iura deriuantur. Dein
de ſingulis creaturis ſuas indidit inclinationes, ac in-
ſtinctus naturales, quibus in ſuos fines dirigerentur.
Quæ omnes creaturæ legem æternam ſub participãt
modo. Rationalis quidem intellectualiter, ac rationa-
biliter. Irrationalis per ſuas inclinationes. Participatio
autem hæc legis æternæ in rationali creatura lex na-
turalis nuncupatur. In irrationali uerò, quia non parti
cipat ratiocinando, ſed per ſuas inclinationes, non di-
citur lex naturalis, niſi per quandam ſimilitudinem S.

Thom.1.2.q.93.artic.2.Nam lex eſt ratio, (ut ſtatim dicemus) quæ in brutis nõ cadit. Eſt etenim lex naturæ, ſeu ius naturale impreſſio diuini luminis in nobis; ſeu participatio legis æternæ in rationali creatura. S. Thom.1.2.q.91.articu.1. Vel ſecundùm Fortun.in l. 1.§.ius naturale, num.2.ff.de iuſt.& iur.& Roder.Suarez in l.quoniam in prioribus, ad legem Regni limita. 2.num.5.uerſicu.ratio differentiæ.C. de inofficio.teſt. poſt S.Thom.& Theologos, ius naturale, ſeu lex naturæ eſt conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendum in proprijs actionibus. Ex quibus colligitur, quòd ius naturale non eſt quid diuerſum à lege æterna, cum ſit eius participatio, ut adnotauit S.Thom.in d.articu.2.ad finem. Sed licèt

5 †omnia ſint per legem æternam pleniſſimè ordinata, tamen quia, ut aduerit S.Thom.1.2.q.91.arti.3.ratio humana non poteſt participare ad plenum dictamen rationis diuinæ. Ideo non participat legem æternam ſecundum particulares directiones ſingulorum, quæ in æterna lege continentur, ſed ſecundùm quædã cõmunia præcepta priora, & poſteriora. Vnde neceſſarium fuit, quòd ratio humana ulterius ad particulares quaſdam humanas diſpoſitiones procederet, & Deus facultatem homini tribuit, ut per eandem legem naturæ ratiocinando pro tempore locorum, ac negociorũ qualitate alias leges ſanciret: quæ humanæ leges à Theologis, ciuiles à philoſophis, & iuris peritis appel-

6 lantur: Imò, ut †tradunt S.Thom.1.2.q.91.art.4.& Sotus, de iuſt.& iure lib.2.q.1.art.1. præter legem naturalem, & humanam neceſſaria fuit lex diuina ad directionẽ vitæ humanæ. Nã propter incertitudinem humani iudicij, maximè circa res contingentes, & particulares:

res:quandoque in actibus humanis diuerſorum, diuerſæ ſunt ſententiæ, ex quibus diuerſæ, & contrariæ conſtitutiones procedunt. Nec hominum iudicium de occultis, ac interioribus motibus, ſed ſolū de apparentibus, & exterioribus iudicare ualet. Nec humana ratio, ſeu diſpoſitio omnibus malis poteſt occurrere, ſiquidē dum auferre uellet omnia mala, utilitas communis impediretur. Vnde inſuper opus fuit, legem diuinam ſuperuenire, ut certè, & ſecurè intelligere abſque ulla dubitatione poſſet, quid faciendum, & quid uitandum ſit, & ut actus tam exteriores, quàm etiā interiores ſufficienter ordinaret, cum oporteat in utriſque ad uirtutis perfectionem hominem rectius exiſtere, & ut omnia mala publica, & ſecreta uetaret, ac puniret, cū Reipublicæ interſit, delicta non remanere impunita, l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. & maximè cum homo ordinetur ad finem beatitudinis, qui proportionem naturalis facultatis humanæ excedit, neceſſariū fuit, quòd lege etiam diuina ſuper legem naturalem & humanā ad ſuum finem dirigeretur, ut S. Thom. & Sotus citati adnotarunt. lex etenim diuina quædam eſt æterna, quæ in Deo ab æterno exiſtit: quædam poſitiua, quæ in nobis ex tempore Domin. Sot. de iuſtit. & iure libr. 1. q. 3. articu. 1. & latius explicat in lib. 2. q. 1. articu. 1. ante primam concluſ. ubi tradit, quòd lex æterna eſt ſua ipſius eſſentia, quæ fons eſt, abiſſuſque luminū. unde omnis ſcientia, lexque permanat. Et diuina poſitiua illius participatio nobis porrò data, inq; noſtris cordibus, ut ait ad Corinth. Paul. Scripta. Et hac de cauſa additum à iure diuino, & humano iuri naturali eſt: detractū uerò quoad prima, ac generalia naturæ præcepta non, nec regulariter quoad ſecunda, quamuis

ii 2 ſecun-

ſecundis præceptis in aliquibus caſibus particularibus in quibus deficiũt, detrahatur. Sed, ut clarius prædicta
7 appareant, ea per tres† concluſiones expediam. Prima igitur concluſio ſit. Præcepta naturalia addendo eis mutari poſſunt. S. Thom. 1. 2. q. 94. articu. 5. Dom. à Soto in libr. 1. de iuſti. & iure q. 4. articu. 5. ubi tradit, multa addita eſſe per legem diuinam ueterem, & nouam, & per leges humanas iuri naturali. Et ita intelligi poteſt l. ius ciuile. ff. de iuſ. & iu. ibi cum aliquid addimus. Nam licèt dicatur mutari illud, cui additum eſt, ut conſtat ex illo textu, & prohibita mutatione, etiam additio cenſeatur prohibita, ut tradunt Barto. & Plate. per textum ibi in l. ultim. C. de prox. ſacr. ſcrin. libr. 12. Philipp. Deci. in l. edita, nume. 52. C. de edendo, tamen illud eſt largè loquendo, ſecus uerò ſtrictè, ut apparet ex clemen. ne Romani, in princip. de elect. & ex l. in conuentionalibus. 52. in princip. ff. de uerbo. obli-
8 gat. in quibus prohibetur mutari, & etiam addi. † Mutari, etenim ſtrictè loquendo, dr̃, quando deſinit eſſe quod prius fuit. Et per additionẽ nõ ſemper deſinit eſſe id, quod prius fuit, ſed potius aliquando perficitur, ac corroboratur. licèt in caſu d. l. ultim. in cuius termi nis loquitur Barto. (ſcilicet quando numerus collegialium, aut ſenatorum prohibetur mutari, ſecũdum naturam rei per augmentum intelligatur mutatio fieri. Numerus etenim eſt indiuiſibilis: Ideoque tam additione, quàm detractione mutatur, fitque alius numerus. Et quod dicit l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure, cum aliquid addimus præceptis naturalibus, ius proprium, id eſt ciuile efficimus, intelligẽdum eſt, id quod additur, non illud, cui additur, ius eſſe ciuile. Et corroboratur doctrina Fran. Cona. in lib. 1. commen. cap. 1. num. 5.
ubi

Digitized by Google

ubi tradit, quòd ſi lex ciuilis uetat furari, & adijcit pœnam, non erit huiuſmodi furti prohibitio ciuilis, ſed iuris naturalis, ſed pœna erit iuris ciuilis. Secunda conclusio.
9 † Prima iuris naturalis principia ſunt ſemper firma, & immutabilia S. Thom. & Sotus, ubi ſupra. Fortun. Garſ. in l. ueluti, num. 25. ff. de iuſt. & iure. Couarr. in c. quamuis pactum, part. 2. §. 4. num. 6. de pact. in 6. Syluest. in §. ſed naturalia, num. 1. Inſtitu. de iure naturali. & eſt de mente Fran. Conan. in lib. 1. commen. cap. 6. num. 4. & Ariſto. in 5. Ethic. cap. 7. à Soto relati. Exẽplum autem prædictorum præceptorum ponunt San. Thom. Sotus. & Couarru. citati in præceptis decalogi. idem S. Thom. 1. 2. q. 94. articu. 2. enumerat inter prima præcepta illud generale præceptum, ex quo cætera alia præcepta deriuantur, bonum eſſe faciendum, & malum uitandum. Et ſimiliter. Sotus in lib. 1. de iuſ. & iure. q. 4. articu. 4. concluſ. 1. & illam etiam generalem regulam, quod tibi non uis, alteri non facias, & et Conanus, ubi ſupra, ponit exemplum in illis tribus iuris præceptis, l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure, & §. iuris præcepta, Inſtitu. de iure naturali, ſcilicet honeſtè uiuere, alterum non lædere, ius ſuum unicuique tribuere. Et in his primis principijs, ac legis naturæ præceptis generalibus poteſt intelligi textus in princip. 5. diſtinct. & in §. ſed naturali, Inſti. de iure natur. & in l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iure, dum dicit, quòd ius naturale ſemper bonum, & æquum eſt. Nec obſtat d. l. manumiſſiones, quæ loquitur de libertate, & ſeruitute; nec d. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure; Nam prædicta iura loquuntur in ſecundis præceptis iuris naturalis, quæ aliquando deficiunt, ut reſpondet Barto. in l. omnes populi, num. 21. ff. de iuſt. & iure, & in 3. concluſ. dicemus. Nec obſtat,

ſtat,quòd Deus præcepit Abrahæ,ut occideret filium
innocentem,ut habetur inGeneſi.23.quamuis occiſio
innocentis ſit à iure naturali uetita, iuxta præceptum
illud,non occides.Nam reſpondet S.Thom.1.2.q.94.
articul.5.& q.100.articul.5.& Sotus.de iuſtit.& iure.
libr.2.q.3.articu.8.omnes naturali morte moriri,quæ
mors,diuina inducitur poteſtate ob peccatum origina
le,iuxta illud primo Regum.2.dominus mortificat,&
10 & uiuificat.Vnde cũ Deus† ſit dominus uitæ,& mor-
tis,quicunque homo etiam innocens eius mandato ab
ſque iniuria aliqua occidi poteſt. Nec ob.quòd Deus
præcepit iudæis, ut mutuata Aegyptiorũ uaſa ſurri-
perent,ut habetur in Exo.12.licèt furari ſit cõtra ius
naturale.l.1.in fine.ff.de fur.§.1.Inſt.de obliga.quæ ex
contract.naſc.ſitque contra præceptum illud,non fur
tum facies.Nam reſpondent S.Thom.& Sotus, ubi ſu
11 pra,quòd quicquid aliquis accipit ex mandato† Dei,
ex mandato ueri domini accipit, cum ſit dominus uni
uerſorum,& ita non uiolat præceptum,non furtum fa
cies. Secundo modo reſpondet Sotus dicens, quòd
Deus in traditionibus illis,non abſoluta domini pote-
ſtate,ſed ordinaria iudicis auctoritate uſus eſt.Siquidẽ
Hæbrei de laboribus,quos Aegiptijs impẽderãt,nullã
receperant mercedem:Vnde iuſto,ſeu legitimo iudi-
cio illa eis Deus perſoluit. Nec obſtat,quòd Deus
12 præcepit Oſeæ, ut acciperet uxorem fornicariã,†quã
uis coniunctiones omnes non matrimoniales iure na-
turali uetitæ ſint, iuxta illa præcepta,non mœchaue-
ris,non concupiſces uxorem proximi tui, & l.probrũ.
ff.de uerbo.ſignifi.& colligitur ex l.1.§.ius naturale,ibi
quam nos matrimonium appellamus.ff.de iuſti.& iu-
re.Nam reſpondent S. Doctor.Sotus.Couarru. cita-

ti,

13 ti, eum, qui de † mandato Dei accedit ad aliquam mulierem, non eſſe adulterum, nec fornicarium, ſed ad ſuam ex diuino mãdato accedere; quam Deus auctor, ac inſtitutor matrimonij in coniugium ei tradidit. Ter
14 tia concluſio eſt, † præcepta ſecũda iuris naturalis, ſeu quaſi cõcluſiones, quæ ex primis principijs procedũt, regulariter non mutantur, ſed in aliquibus caſibus, in quibus deficiunt, eis additur, & detrahitur per legem humanam, ſeu ciuilem. Ita concludunt S. Thom. Dom. à Soto. Fortu. Gar. Couarru. Syluest. poſt Ariſtot. in locis ſupracitatis, & etiam per legem diuinam ſecũdum Sotum. Et de his præceptis agit l. manumiſſiones, & l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure. Quas ita intelligit Bartol. in l. omnes populi, num. 21. ff. de iuſt. & iure. Et hæc concluſio comprobatur per ea, quæ tradunt gloſſ. 1. & Io. Faber. Ange. de Aretin. Hotom. Minſinge. in §. ſed naturalia, Inſtitu. de iur. natur. aſſerentes ius naturale immutabile eſſe totaliter, ſed modificari, limitari, & declarari, & in prouiſionibus adiuuari: Quorum traditio uera eſt, intelligendo illam in præceptis ſecundis naturalibus, prout ipſi loquuntur: Quamuis ad intellectũ illius textus non bene accommodetur, ut in fine dicetur. Sed in hac parte inquirendum eſt, quæ ſint hæc legis naturæ ſecunda præcepta. Pro cuius intelligentia eſt ſciendum, quod ſecundum S. Thomam 1. 2. q. 94. articu. 1. eſt unum primum principium iuris naturalis, ſeu legis naturæ, cuius uirtus in omnibus alijs inuenitur cõmune cum omnibus mũdi rebus, ut teſtatur Sotus, de iuſt. & iu. lib. 1. q. 4. arti. 1. nempè bonum eſſe ſe-
15 quendum, & malum uitãdum. Ex quo infertur, † quòd omnia illa, ad quæ homo habet naturalem inclinationem, ratio, natura apprehendit, ut bona, & conſequẽter

ter opere proſequenda, & contraria eorum, ut mala & per conſequens uitanda, ac fugienda. Eſt tamen aduertendum, quòd non omnia illa, ad quæ homo habet inclinationem, pertinent ad ius naturale, ſed tantùm illa, ad quæ homo habet rationabiliter inclinationem: cùm ius, ſeu lex ſit ratio. Eſt etenim appetitus quidam, ac ſenſualitas in homine irrationalis. Nam, ut tradunt Arch. Dom. Bellamie. Præpoſ. Alexan. Turiſcrem. in c.
16 omnis. 12. quæſt. 1. per tex. ibi. omnis homo † in quacunque ætate conſtitutus, ab adoleſcentia, ex qua inſurgũt affectiones inordinatæ, ex peccato primi parentis, carne aduerſante ſpiritui, propter ignorantiam ueri, & difficultatem boni; & infirmitatem benè operãdi, ſuadente Dyabolo fit pronior ad malum, facileq; deuiat à bono. Pro quo eſt textus in Auth. de Monach. §. ſi uerò is, ubi dicitur, quòd humana natura quodammodo labitur ad delicta. Ex hoc igitur primo principio, bonum faciendum, & proſequendum, malum uerò uitãdum, ac fugiendum, eliciuntur ſecunda præcepta illa, quæ in tres a Theologis diuiduntur ſpecies, ut apparet ex S. Thom. 1. 2. q. 94. articu. 2. Roder. Suarez. in l. quoniã in prioribus, in declaratione l. Regni, limitat. 2. num. 5. uerſi. unde. Nam quædam præcepta ſunt generaliora, quædam generalia, quædam uerò ſpecialia, de quibus
17 ſeparatim agẽdum eſt. Prima igitur † ſpecies generaliorum præceptorum naturalium eſt, quando homo habet inclinationem naturalem ad bonum commune cum omnibus ſubſtantijs uiuentibus; nempè cum brutis, & plantis. Exemplũ horum præceptorum eſt, quòd quælibet ſubſtantia appetit naturaliter ſui eſſe conſeruationem. Vnde ſecundùm hanc inclinationẽ in hac ſpecie annumeratur præceptum impoſitum de conſer

uanda uita,& fugienda morte. Itaque ad legem naturalem pertinent ea,per quæ uita hominis conſeruatur & contrarium impeditur.S.Thom.1.2.q.94.articu.2. Sotus,de iuſt.& iure lib.1.q.4.articu.1.Suarez ubi ſupra.Sed diuerſimodè conſideratur in homine,& in cæteris uiuentibus. Nam alia uiuentia conſeruant propriam uitam inclinatione, tanquam ſummum bonum ipſorum, at homo propriam uitam rationabiliter tenetur conſeruare, ut eſt fundamentum honeſtæ operationis.Vnde diuerſitas debet eſſe in ſumendo cibo inter homines,& bruta, quandoquidem homo tenetur ad ſumendum alimentum neceſſarium ad uitam rationabilem,non uoluptuoſam. Et hæc præcepta pertinẽt ad legem naturæ in homine. Nam ad cætera uiuentia lex naturæ, aut ius naturale non adaptatur, cũ ſint irrationalia.Et de hac prima ſpecie præceptorum nõ fit mentio in noſtro iure ciuili.Secunda ſpẽs gñalium præceptorum naturalium eſt quæ non ſolùm homines. Sed ẽt aĩaliabruta inſtinctu, ac inclinatione nãli mouẽtur:Nam illa dñtur eſſe de iure naturali,quæ natura oĩa animalia docuit,l.1.§.ius naturale, ubi Scrib.ff.de iuſt.& iure.textus in princip. Inſtitu.de iur.natu.& ibi doct.declarant.S.Thom.1.2.q.94.articu.2.Sotus, de iuſti.& iure lib.1.q.4.articu.2.Suarez citatus. Et horũ præceptorum exemplum primò adduci ſolet tam per 1
legum conditores,quàm per Scribentes Theologos,& iuris peritos in maris,& fœminæ coniugatione,in qua non ſolùm animalia ratione prædita,hoc eſt homines; ſed etiam bruta perita, ac edocta cenſentur; ut in d.§.
18 ius naturale habetur.Eſt tamen aduertendum, †quòd prædicta iura non agunt de iure brutorum, ſiquidem in his, quæ ratione carent, nullum ius propriè cadit;

cum,ut prædiximus,ius ſit ratio hominibus à natura īſi ta. Ideo ad irrationabilia adaptari minimè ualet. Præterea ius eſt ars boni, & æqui, l.1.in principio.ff. de iuſt.& iure.Inter færas tamen nulla eſt æquitas, ſed potentius debilius uincit.Et hinc eſt, quòd I.Conſ.in l.1.ff.ſi quadr.paup.feciſ.dicatur,negat uerbum, iniuriæ,brutis animalibus conuenire. Itaque ius proprium eſt humani generis & non eſt aliquod beſtiale,ut adnotauit Fortun.in d.§.ius naturale,num.9.Minſinge.in d. princip.num.2.& ibi Hotom.i.enun. Conamus in lib.1. Comm.cap.4.num.7.qui reſpondent ad d.§.ius naturale,ubi dicitur ius naturale commune eſſe cum brutis,nec eſſe proprium generis humani,ſed omniū animalium,quæ in terra, marique naſcuntur, etiam feræ huius iuris cenſentur peritia, Vlp.Iuriſconſ.loqui impropriè propter quandam ſimilitudinem,quā in participatione iuris naturalis habent.Nam ſicut homines ratione, ita animalia bruta inclinatione, peritia cenſentur,participantque legem æternam, ac mouentur ad finem deſignatum.Quod etiam uoluit S.Thom.1. 2.q.91.articu.2.in fine,& d.Couarr.in Epitome.par. 1.cap.1.in initio.num.6.ubi contra Theophi.in princi. Inſtitu.de iur.nat. Boſche.in tract.de nupt.in princip. & Claudium,in §.nuptiæ,Inſtitut.de patr.poteſt, tra-
19 dit,non†qualencunque coitum,etiam brutis conuenientem matrimonium appellari.Nam uerba illa d. §. ius naturale(quàm nos matrimonium appellamus)ad coniunctionem tantùm animalium rationabilium referri debēt,& non ad omnem, ſed tantùm ad licitam. Nam ut tradit S.Thom.1.2.q.71.articu.2.in reſp. ad 3.argume.& ſuper epiſt.ad Roman.lect. 8.ſuper uerbis,fœminæ eorum mutauerunt naturalem uſum, ubi Sotus idem Dom.à Soto,de iuſt.& iure libr.1.q.4.arti.

3.in

Digitized by Google

20 3.in fine.In homine † duplex eſt natura: Vna propria, quæ eſt ſecundum rationem. Altera uerò generica, ſcilicet cunctis animalibus communis. Nempè per commixtionem maris, & fœminæ ſpeciem propagare. Nā unumquodque ens naturaliter quærit ſui conſeruationem. Et cum homo non poteſt ſe perpetuò ſeruari, per genituram filiorum quærit conſeruari, l.liberorum.§. 21
fina.de uerbo.ſignific.declarat Bal.in l.i.§.ius naturale, num.2.de iuſt.Et iure.& ex ijs, quæ tradit S.Thom. & Sotus citati, in homine triplex coniunctio poteſt cōſiderari. Prima coniunctio matrimonialis, quæ licita, rationalis, ſecūdumque naturam propriam hominis eſt. Siquidem ratio naturalis dictat, ut homines agnoſcāt proles, ut dignè, ac debitè ab illis educentur, & moribus inſtituantur, & eis neceſſaria miniſtrentur. Nā abſque matrimonio pater eſſet incertus, cum uulgò quæſitus non intelligatur patrem habere propter incerti- 22
tudinem, §.uulgo quæſitos, Inſtitu.de ſucceſſ.cogna. Et hinc eſt, quòd matris, & non patris conditionem, ac originem ſequitur, l.cum legitimæ.ff.de ſta.hom.l.1.ff. ad municip. Et hæc ſola coniugalis coniunctio deſcendit à iure naturali, quod ſatis clarè colligitur ex d.§.ius naturale, ibi, quam nos matrimonium appellamus. Quē ad hoc conſiderauit Fortun.in d.§.ius naturale, num. 12.& Couarru.in epit.par.2.c.1.in prin.num.6. Secūda coniunctio eſt maris, & fœminæ coniugatio abſque matrimonio pro ſobole ſuſcipienda, ut adulterina, inceſtuoſa, aut fornicaria. Et hæc coniunctio eſt ſecundum naturam genericam ſenſitiuam, ſed illicita, & cōtra naturam propriam hominum ſecundùm rationē: Vnde cum ſit irrationalis, non deſcendit à præceptis naturalibus; cū ad ius naturale non pertineat, niſi quod

cum, ut prædiximus, ius ſit ratio hominibus à natura īſita. Ideo ad irrationabilia adaptari minimè ualet. Præterea ius eſt ars boni, & æqui, l. 1. in principio. ff. de iuſt. & iure. Inter færas tamen nulla eſt æquitas, ſed potentius debilius uincit. Et hinc eſt, quòd I. Conſ. in l. 1. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicatur, negat uerbum, iniuriæ, brutis animalibus conuenire. Itaque ius proprium eſt humani generis & non eſt aliquod beſtiale, ut adnotauit Fortun. in d. §. ius naturale, num. 9. Minſinge. in d. princip. num. 2. & ibi Hotom. i. enun. Conamus in lib. 1. Comm. cap. 4. num. 7. qui reſpondent ad d. §. ius naturale, ubi dicitur ius naturale commune eſſe cum brutis, nec eſſe proprium generis humani, ſed omniũ animalium, quæ in terra, marique naſcuntur, etiam feræ huius iuris cenſentur perítia, Vlp. Iuriſconſ. loqui impropriè propter quandam ſimilitudinem, quã in participatione iuris naturalis habent. Nam ſicut homines ratione, ita animalia bruta inclinatione, peritia cenſentur, participantque legem æternam, ac mouentur ad finem deſignatum. Quod etiam uoluit S. Thom. 1. 2. q. 91. articu. 2. in fine, & d. Couarr. in Epitome. par. 1. cap. 1. in initio. num. 6. ubi contra Theophi. in princi. Inſtitu. de iur. nat. Boſche. in tract. de nupt. in princip. & Claudium, in §. nuptiæ, Inſtitut. de patr. poteſt, tra-
19 dit, non † qualencunque coitum, etiam brutis conuenientem matrimonium appellari. Nam uerba illa d. §. ius naturale (quàm nos matrimonium appellamus) ad coniunctionem tantùm animalium rationabilium referri debẽt, & non ad omnem, ſed tantùm ad licitam. Nam ut tradit S. Thom. 1. 2. q. 71. articu. 2. in reſp. ad 3. argume. & ſuper epiſt. ad Roman. lect. 8. ſuper uerbis, fœminæ eorum mutauerunt naturalem uſum, ubi Sotus idem Dom. à Soto, de iuſt. & iure libr. 1. q. 4. arti.

3. in

20 3 in fine. In homine † duplex eſt natura. Vna propria, quæ eſt ſecundum rationem. Altera uerò generica, ſcilicet cunctis animalibus communis. Nempè per commixtionem maris, & fœminæ ſpeciem propagare. Nã unumquodque ens naturaliter quærit ſui conſeruationem. Et cum homo non poteſt ſe perpetuò ſeruari, per genituram filiorum quærit conſeruari, l. liberorum. §. 21
fina. de uerbo. ſignific. declarat Bal. in l. i. §. ius naturale, num. 2. de iuſt. Et iure. & ex ijs, quæ tradit S. Thom. & Sotus citati, in homine triplex coniunctio poteſt cõſiderari. Prima coniunctio matrimonialis, quæ licita, rationalis, ſecũdumque naturam propriam hominis eſt. Siquidem ratio naturalis dictat, ut homines agnoſcãt proles, ut dignè, ac debitè ab illis educentur, & moribus inſtituantur, & eis neceſſaria miniſtrentur. Nã abſque matrimonio pater eſſet incertus, cum uulgò quæſitus non intelligatur patrem habere propter incerti- 22
tudinem, §. uulgo quæſitos, Inſtitu. de ſucceſſ. cogna. Et hinc eſt, quòd matris, & non patris conditionem, ac originem ſequitur, l. cum legitimæ. ff. de ſta. hom. l. 1. ff. ad municip. Et hæc ſola coniugalis coniunctio deſcendit à iure naturali, quod ſatis clarè colligitur ex d. §. ius naturale, ibi, quam nos matrimonium appellamus. Quẽ ad hoc conſiderauit Fortun. in d. §. ius naturale, num. 12. & Couarru. in epit. par. 2. c. 1. in prin. num. 6. Secũda coniunctio eſt maris, & fœminæ coniugatio abſque matrimonio pro ſobole ſuſcipienda, ut adulterina, inceſtuoſa, aut fornicaria. Et hæc coniunctio eſt ſecundum naturam genericam ſenſitiuam, ſed illicita, & cõtra naturam propriam hominum ſecundùm rationẽ: Vnde cum ſit irrationalis, non deſcendit à præceptis naturalibus; cũ ad ius naturale non pertineat, niſi quod

rationale eſt. Nam, ut tradit S. Thom. & Sotus, ubi ſupra, cum uirtutes ſint ſecundùm naturam, contraria uitia ſunt contra naturam. Et quòd ſit contra naturã, probatur. l. probrum. ff. de uerbo. ſignific. & ſatis colligitur ex d. §. ius naturale, ubi Vlp. ſignificat, coniunctionem tantùm matrimonialem ex præceptis natura-
21 libus deſcendere. Vnde etiam ſimplex† fornicatio eſt iure naturali uetita, & peccatum mortale S. Thom. in quarta. ſentent. diſtinctio. 33. quæſtio. prima. articul. 3. Maior. in 3. ſenten. diſtinctio. 27. q. 29. Couarru. plures citans in Epitomæ, part. 1. c. 4. in princi. num. 8. ubi num. 7. reſpondet, non obſtare, quòd eccleſia, & Principes Chriſtianiſſimi meretrices tollerant. Nam per hoc acceſſionem ad meretrices nõ approbant, ſed ad euitandas fœdiſſimas coniunctiones, lupanaria permittũt. Nec eſt nouum in iure humano, quòd tollere-
22 tur minus† malum præſens ad euitandum maius malum futurum, quod ueriſimilibus coniecturis ſperatur c. requiſiuit, de ſponſ. quod ad hoc multùm not. Io. Lup. in c. per ueſtras, de donatio. inter uir. & ux. §. 18. nume. 16. & d. Couarru. ubi ſupra. Et facit c. inter opera, eod. titu. de ſponſ. & corroboratur per ea, quæ tradit S. Thom. 1. 2. quæſt. 91. articu. 4. ubi poſt Auguſtin. in lib. 1. de liber. arb. docet, quòd lex humana non põt oĩa, quæ fiunt, mala punire, uel prohibere, ſed quòd homines nõ poſſunt prohibere, & punire, punitur per legem diuinam, per quam omnia peccata ſunt prohibita. Accedere enim ad meretrices, peccatum mortale eſt, c. meretrices. 32. quæſti. 4. etiam ſi ipſa meretrix ſoluta ſit, & qui ad eam accedit, à coniugio ordine, ac religionis, ſeu caſtitatis uoto liber. Couarru. ubi ſuprà. ubi adiungit, non eſſe ualidum argumentum, hoc fit,

&

& nulla humana lege prohibetur, ergo eſt licitum. Nã confunditur per ſupradicta, & per l. 3. §. Diuus tamen Marcus. ff. de ſepulc. uiolato, & per l. at ſi quis. §. Diuus autem Marcus. ff. de religio & ſumpt. fun. Tertia, & ul-
23 tima † coniunctio eſt illa libidinis nefandæ, quæ nõ ſolum contra naturam differẽtiæ ſpecificam, ac propriã hominum ſecundum rationem, ſed etiam contra genericam eſt. Ideoque per antonomaſiam contra naturam appellatur, ſecundum Sotum in d. articu. 3. in fine. Et ex his inferri poteſt deciſio illius quæſtionis, quo iure
24 ſit † introductum matrimonium. Quem articulum explicant Scribentes in prin. Inſtitu. de iur. natu. ubi Angel. num. 2. & Sylueſt. num. 18. & Minſinge. nume. 15. & Paul. Caſtren. in l. 1. §. ius naturale, num. 19. ff. de iuſtit. & iure. Qui circa matrimonium plura conſiderant. Et primò eius originem. Et quoad originem eſt de iure diuino; cum à ſummo Deo matrimonium fuit inſtitutum, & eleganter docet Couarru. in Epit. par. 2. c. 1. §. 1. num. 6. Secundò in matrimonio conſideratur maris, & fœminæ coniugatio; & hæc, quando eſt matrimonialis, deſcendit ex præceptis illis naturalibus cõmunibus cum brutis, ſupra in ſecunda ſpecie poſitis. Nam ſecundùm ea præcepta licita eſt. Imò ſine hac coniunctione ſeu coitu propriè non dici matrimoniũ, uoluit Boſq. in tractatu, de nupti. in principio. Sed in hoc contrarium, & melius tenet Couarru. in Epito. part. ſecunda. c. 1. in princip. nu. 7. affirmans abſq; coitu propriè dici matrimoniũ, quia mulier dicitur, quæ abſq; copula contraxit. l. cum fuerint. ff. de cond. & demonſtrat. Philipp. Dec. in regu. nuptias. ff. de regu. iu. Fatetur tamen Couarru. ibi nume. 3. ante copulã non

cen-

cenſeri omnino perfectum matrimonium.c.cum ſocie tas.27.q.2.Tertiò cõſideratur in matrimonio mutuus animorum conſenſus:& quo ad eũ dicitur eſſe de præceptis iuriſgentium ſupra in ultima ſpecie præceptorum naturalium poſitis.l.nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.ff.de regu.iur.ſicut cæteri contractus, qui conſenſu contrahuntur,de quibus in l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.Vltimò in matrimonio conſiderantur forma,& ſolemnitas,quæ introducta ſunt,humana lege,canonica ſcilicet,& ciuili,ut apparet ex c. fuerit, de ſponſ.& ex alijs à doct.adductis.Hodie uero in concilio Tridentino habemus aliquas ſolemnitates,quæ in contrahendo matrimonio obſeruandæ ſunt,ut conſtat
25 ex ſeſſ.24.c.1.Secundum exemplum † horum præceptorum adducitur in educatione liberorum,in qua nõ ſolùm homines,ſed etiam feræ peritiæ cenſentur,ac inclinatione naturali,ad ſobolem educandam mouentur l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.& iure.textus in princ.Inſtitu.de iur.natur.ubi docto.latè declarant.ſed quia,ut ſupra diximus,hæc ſecunda præcepta iuris naturalis,licèt regulariter procedant,in aliquibus tamen caſibus deficiunt,& ratio naturalis in ſpecies uadet contrariũ eſſe melius:Vnde eis per legem ciuilem,quæ eſt recta ratio,adijcitur,& detrahitur,l.ius ciuile.ff.de legi. operæpretium erit inueſtigare, quomodo hoc contingat. Et eſt ſciendum,quòd in hoc exemplo addita,ac impoſita eſt parentibus per ius ciuile neceſſitas alendi liberos,per titulum.ff.de liber.agnoſcen.quia parentes,de prauata uoluntate,aliquando pietatem paternam de-
26 ſerebant.Præterea licèt † ſecundum præceptum iuris naturalis non teneantur alimenta filijs præſtare, niſi quatenus uitæ ſubueniatur,ne fame, aut frigore pereant,

eant,c.paſce.86.diſtinctio.l.necare.ff.de lib. agnoſcē. tamen huic præcepto additum eſt,quòd alimenta libę ris præſtentur ſecundùm qualitatem perſonarum, iuxta parentum facultates,& filiorum dignitatem, ut benè concludit d.Couarru.in Epito.part.2.c.8.§.6.num. 7. Pro quo citat l.& ſi quid,§.ſufficienter.ff.de uſufru. & gloſſ.communiter receptam in l.nepos Proculo, in uerbo,alieno.ff. de uerb.ſignific. & meritò reprehēdit Bald.in l.ſi maritus,in fin.uerbis.ff.ſolut.matrim.& Io. Lupum,in c.per ueſtras,§.24.num.3.affirmantes,alimenta,quæ miſerationis cā præſtantur,deberi iuxta uitæ tantùm neceſſitatem, non uerò ſecundùm perſona
27 rum dignitatem.Rurſus,licèt † ſecundùm hoc præceptum,tantùm parentes teneantur alere liberos, additum eſt de iure ciuili,quòd etiam nurum,ſeu filij uxorem,l.ſi filia.§.1.ff.famil.erciſ.notat Iaſ. in l. ius ciuile, num.24.ff.de iuſt.& iure.Et ex his clarè apparet, præceptum hoc iuris naturalis, de educatione liberorum iuris ciuilis additione perfici. Et non ſolùm huic præcepto additur,ſed etiam in aliquibus caſibus ſpecialibus ei detrahitur,& locum habet in eo diſpoſitio. l.ius ciuile.ff.de iuſ.& iure,etiam quo ad detractionem,Nā licèt regulariter bonum ſit,parentes liberos alere, cū ſit æquum,hominem procreatum conſeruari, ac ali, ne pereat, quæ obligatio manet in parentibus amoris cā,quia genitores fuerunt,tamen in aliquibus caſibus ſpecialibus.rō boni,& æqui ceſſat,& ſuadet melius eſſe liberis alimenta denegare. Et inprimis qn̄ filius
28 † fuiſſet ingratus patri,commiſiſſetque in patrem unā ex illis 14.cauſis ingratitudinis expreſſis Auth. ut cū de appel.cognoſ.§.aliud quoque capitulum,uerſicul. cauſas.Quo caſu ſicuti poteſt exhæredari,poſſunt etiā

eis

eant,c.paſce.86.diſtinctio.l.necare.ff.de lib. agnoſcē. tamen huic præcepto additum eſt,quòd alimenta liberis præſtentur ſecundùm qualitatem perſonarum, iuxta parentum facultates,& filiorum dignitatem, ut benè concludit d.Couarru.in Epito.part.2.c.8.§.6.num. 7.Pro quo citat l.& ſi quid,§.ſufficienter.ff.de uſufru. & gloſſ.communiter receptam in l.nepos Proculo, in uerbo,alieno.ff. de uerb.ſignific. & meritò reprehēdit Bald.in l.ſi maritus,in fin.uerbis.ff.ſolut.matrim.& Io. Lupum,in c.per ueſtras,§.24.num.3.affirmantes,alimenta,quæ miſerationis cā præſtantur,deberi iuxta uitæ tantùm neceſſitatem, non uerò ſecundùm perſona
27 rum dignitatem.Rurſus,licèt † ſecundùm hoc præceptum,tantùm parentes teneantur alere liberos, additum eſt de iure ciuili,quòd etiam nurum,ſeu filij uxorem,l.ſi filia.§.1.ff.famil.erciſ.notat Iaſ. in l. ius ciuile, num. 24.ff.de iuſt.& iure.Et ex his clarè apparet, præceptum hoc iuris naturalis, de educatione liberorum iuris ciuilis additione perfici. Et non ſolùm huic præcepto additur,ſed etiam in aliquibus caſibus ſpecialibus ei detrahitur,& locum habet in eo diſpoſitio. l.ius ciuile.ff.de iuſ.& iure,etiam quo ad detractionem,Nā licèt regulariter bonum ſit,parentes liberos alere, cū ſit æquum,hominem procreatum conſeruari, ac ali, ne pereat, quæ obligatio manet in parentibus amoris cā,quia genitores fuerunt,tamen in aliquibus caſibus ſpecialibus.rō boni,& æqui ceſſat,& ſuadet melius eſſe liberis alimenta denegare. Et inprimis qñ filius
28 † fuiſſet ingratus patri,commiſiſſetque in patrem unā ex illis 14.cauſis ingratitudinis expreſſis Auth. ut cū de appel.cognoſ.§.aliud quoque capitulum,uerſicul. cauſas.Quo caſu ſicuti poteſt exhæredari,poſſunt etiā

eis

eis alimenta denegari gloſſ.in uerbo,detulerat, in l.ſi quis a liberis.§.idem iudex;ubi Barto.& Docto.ff.de li be.agnoſcend.idem Bartol.in l. Diuus.ff.ad l.Pomp.de Parric. Claud.in l.1.§ ius naturale.ff.de iuſtit. & iure. Iaſo.in d.l.ius ciuile,num.26.Syluestr.in princ.numer. 6.inſt.de iure natur.Abbas in c.cum haberet,num. 10. de eo,qui dux.in matrim.d. Couarru.in Epit. 2.par.c. 8.§ 6.in princip.num.17.Quæ ſententia comprobata eſt l.Regia 6.titu.19.part. 4. ſiquidem filius committē do impiè unam ex prædictis cauſis in patrem, uidetur deſinere eſſe filius.Et hac de cauſa ceſſat naturalis ob
29 obligatio & amittit filiationis† priuilegia . Et hinc eſt, quòd ſi pater filium committētem unam ex dictis cau ſis ingratitudinis occiderit,non punitur pœna legis Pō peiæ,de parricidijs,ut determinat Bar. per textum ibi in l. Diuus.ff.ad l.Pompe.de parrici.Quem ſequuntur Iaſo.& Syluester citati.Præterea licèt hoc ſecundùm
30 †præceptū naturale,de educandis liberis,pariter onus alimentandi incumbere patri,& matri uideatur,tamen per ius ciuile hoc alteratum eſt,& per rectam rationē, ſeu legis diſpoſitum,patrem,& nō matrem filios alere poſt triennium teneri.l.pen.C.de patr.poteſt. ubi glo. & Bald.adnotant l.competenti,ubi docto.C. de alen. lib.Sylu.in prin.Inſt.de iu.na. Abb.in c.cum haberet, nu.10.Regia.l.3.ti.19.par.4.& l.3.ti.8.lib.3.fori. Ma
31 trem uerò intra triēnium† teneri lactare filium, ut præ dicti docto. reſoluunt,& in d.l.penultima.probatur,& in d.Regijs l.expreſſè deciſum eſt.Sed hoc limitatur nō procedere,quando mater aliqua cauſa filium lactare non poſſet.Quo caſu patris, & non matris expenſis nu trix quærenda eſt,filiuſque lactari debet.Azo.in ſum ma.C.de Patr.poteſt.in fine.Barto.in tracta.de alimē.

num.

num. 13. Bald. & Paul. Caſtr. in l. alimenta. C. de nego. geſt. Angel. in princ. inſti. de iur. natur. num. fin. Abbas, ubi ſupra. Qui concludunt, q̃ ſi mater careret lacte aut eſſet paupercula, quæ nõ haberet unde uiueret, uel ſi nõ conueniret ſuæ conditioni, ſibique eſſet dedecus, filium lactare ſecundùm morem loci, non tenebitur, ſed expenſis patris alendus, & lactandus intra triennium filius erit. Ex quo infero deciſionem quæſtionis, quam de facto habui annis præteritis in ciuitate Abulenſi, dum eſſem ſcholaris: deceſſit mulier, duobus filijs relictis ex duobus maritis, & dum ageretur de diuidenda hæreditate matris inter eos, ultimus maritus pro eius filio minori triennio petebat alimenta præcipua uſq; ad triennium, & reſidua bona diuidi æqualiter, oſtendens conſilia duorum aduocatorum, ita fieri debere diuiſionem, conſulentes. Ex aduerſo patruus maioris filij meum conſilium præſentauit, in quo ipſe æqualiter eſſe diuidendam inter filios hæreditatem affirmabam, quoniam onus lactandi filium non debet pertinere ad matrem mortuam, quæ lacte caret, iuſtam, naturalemquè cauſam non lactandi filium habet. Quibus conſilijs uiſis locum tenens correctoris ſecundum conſilium meum æqualiter iuſſit fieri diuiſionem. In ſubſidium tamen mater compellitur alimenta præſtare filio, ut prædicti Docto. concludunt. & expreſsè de iure Regio deciſũ eſt per l. 4. ti. 19. par. 4. Rurſus parẽ-

32 tes nõ tenẽtur alimẽta præſtare filio, qui habet bona, uel officium, aut artificiũ, ex quo ſe ali poſſit. Pro quo eſt textus in l. ſi quis à liberis, ubi Barto. notat. ff. de lib. agnoſcen. nu. 12. Abb. ubi ſupra. Sylueſt. in prin. num. 10. inſtitu. de iure natu. Regia l. 6. titu. 19. par. 4. Quod intelligunt Barto. & Syluestr. dummodo artificium ſit

Digitized by Google

honeſtum, poſſitque honeſtè ſecundùm qualitatẽ perſonarum exerceri, per gl. doct. communiter receptam in l. nepos Proculo, in uerbo alieno. ff. de uerbo. ſignific. Nec eſt mirum, quòd in præſtatione alimẽtorum uariatio hæc admittatur. Nam quamuis natura generis ſit una omnibus animalibus, tamen non eſt in omnibus eodem modo, ſed ſecundùm quod unicuique cõpetit, ita inclinat ad educationem: & licèt omnibus animalibus commune ſit, modus tamen educandi, ad quẽ inclinâtur, nõ eſt omnibus animalibus idem, ſed unicuique ſecundùm ſuam ſpeciem. Et quia humana ſpecies uiget ratione, competit ei educatio ſecũdùm rationẽ. Nec etiam educatio eadem reperitur in omnibus, cum in quibuſdam ſufficiat ſola fœmella; in alijs filij nati ſtatim poſſunt cibum quærere, prout latè tradit Suarez. ubi ſupra, num. 4. Et ex prædictis primò infero, declarationem ad doctrinam Abb. in c. fin. num. 21. de conſuetu. à qua nullus diſcrepat, ut teſtatur Rocchus de Curte ibi fol. paruo. 45. colum. 3. Alc. in l. nihil, nu. 26. ff. de uerbo. ſignific. & Couarru. in Epitom. part. 2. c. 8. §. 6. num. 4. affirmans, humana lege non poſſe tolli
33 alimenta, † quæ iure naturali debentur, per d. §. ius naturale, intelligendum eſſe procedere regulariter. Nã aliquo caſu poterit contingere, rationem boni, & æqui ſuadere contrarium eſſe melius, ut ſuprà uidimus in filio ingrato: Unde ex iuſta cauſa lex humana, ſeu ciuilis poterit diſponere contrarium: quandoquidem iſta ſecunda præcepta aliquando deficiunt, & mutãtur, ut gloſſ. & communiter doct. uolunt in d. §. ſed naturalia, ſicut in legitima traduunt omnes Scribentes, quòd ex cauſa tolli poſſit, ut in ſequen. c. dicemus. Tertia ſpecies ſecundorum præceptorum naturalium, ſpecialis

homi-

hominis eſt, quando homini ineſt inclinatio ad bonum ſecundùm naturæ rationem, quæ eſt ſibi propria. Et ex his deſcendit, quòd homo habet naturalem inclinationem ad cognoſcendam ueritatem de Deo, & ad uiuēdum in ſocietate. Vnde ad hæc naturalia præcepta pertinet, ignorantiam uitari, alios non offendere, cum quibus eſt conuerſandum, ut bene docet S. Thom. 1. 2. q. 94. articu. 1. Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus, in declaratione ad legem Regiam 2. limit. nu. 5. uerſi. tertio modo. Et hæc præcepta appellantur ius gentiū, ut apparet ex l. 1. §. huius ſtudij, uerſicu. priuatum, & uerſicu. ius gentium. ff. de iuſt. & iure. Et pertinent ad ius naturale, loquendo de iure naturali, prout conuenit homini ſecundùm ſuam naturam, quæ eſt, ut ſit animal rationale. Nam ad legem naturæ pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur ſecundùm ſuam naturam: Quia unumquodque inclinatur naturaliter ad operationem ſibi conuenientem ſecundùm ſuam propriam formam, ſicut ignis ad calefaciendum. Vnde cum anima rationalis ſit propria forma hominis, naturalis inclinatio ineſt cuilibet homini, ad hoc quòd agat ſecundùm rationem, hoc eſt agere ſecundùm ueritatem; Et ſic eſt de lege naturæ, & naturale, ac proprium hominis, quòd agat ſecundùm rationem. Ideoque ius illud, quòd ratio naturalis inter omnes homines conſtituit, nuncupatur ius naturale gentium, ut apparet ex l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure, & ex §. ius autem ciuile, uerſicu. quod uerò, Inſtitu. de iur. natu. Et hæc præcepta naturalia communia inter gentes licèt regulariter procedant, in aliquibus quandoque deficiunt, eiſque additur, & detrahitur per ius ciuile, ut dicitur in l. ius ciuile. ff. de leg. Exemplum poni poteſt in

uſucapione,de qua infra agemus. Item in defenſione,
quæ ex his præceptis iuriſgentium deſcendit,ut appa
ret ex l.ut uim.ff.de iuſt. & iur.ubi permiſſum iure gē-
34 tium eſt,ut uim ui repellamus. Et †huic præcepto addi
tum eſt de iure ciuili,ut ille,qui propter ætatem ſe de-
fendere nequit,per tutorem defendatur. text.in prin.
Inſtitu.de tut.ubi Syluestr.adnotat. Itaque non ſolùm
quod quis ob defenſionem ſuam fecerit,iure feciſſe ui
detur,ſed etiam quod ob defenſionem pupilli ſui. De
35 fecit tamen †hoc præceptum de ſe defendendo in om
nibus caſibus,in quibus iuſta, ac iure permiſſa eſt of-
fenſio facta à magiſtratu executore,uel ab alio, gloſſ.
Barto.Pau & Fortu.nin d.l.vt vim & facit l.qui reſti-
tuere.ff.de rei uendicat.& l.ſi ſeruus.C.de his, qui ad
eccl.confug. Ex quo inferunt prædicti docto. quòd ſi
liceat ex ſtatuto occidere bannitum, non poterit ſe de
fendere,quando publica cauſa,non particulari odio of
fenderetur. Secũdò infert, quòd eũ maritus nõ poſſit
occidere uxorem adulteram,& adulterum,iuxta l.nec
in ea,& l.marito.ff.de adulte.l. Gracchus. C.eod. titu.
quòd adulter poterit ſe defendere. Et eſt aduerten-
37 dum, †quòd defenſio etiam poterit annumerari inter
præcepta naturalia cum brutis communia. Quando-
quidem inclinatione bruta mouentur ad ſe defendē
da,ut conſtat ex l.1.§.cum arietes.ff.ſi quadr.paup.fe-
ciſ.dic. Per quem text. ita tenet Fortun. in d.l.ut uim
ff.de iuſt.& iure,ubi Clau.Seyſ.num.43.declarat. Nec
obſtat,quòd iuriſconſulti, & Imp. non adducunt alia
exempla, quam fœminæ coniugatio, & liberorum
educatio,& procreatio. Nam ut reſpondet Fort.exem
pla non arctant regulam, l.damni infecti, la 2.ff. de
dam.infecto. Præterea,licèt contractus ſint de iure gē
tium,

37 tium, ex hiſquè oriatur† naturalis obligatio.l. ex hoc iure.ff. de iuſt.& iure.§. ius autem gentium, Inſtitu. de iure natur. lex tamen ciuilis quoſdam contractus, conuentiones, ac pacta quædam prohibet, & irrita facit, l. non dubium. C. de leg. l. pacta quæ contra, & l. pactum quod dotali. C. de pact. declarat eleganter Couarr. in c. quamuis pactum, part. 2. nume. 6. ubi cum communi opinio. affirmat, legem ciuilem impedire ortum natu-
38 ralis obligationis. Eſt tamen aduertendum,† quòd his præceptis naturalibus iuriſgentium non ſolùm additur, & detrahitur per ius ciuile ſecundùm exigentiam humanarũ neceſſitatum, ſed etiam peridmet iuſgentiũ. Nam, ut tradit d. Couarru. in regula, peccatum par. 2. §. 11. de regu. iur. in 6. hæc ſecunda præcepta naturalia, quæ iuſgentium appellantur, habent duas inſtitutiones. Primam perfectiorẽ, quòd homines eſſent boni. Secundam ad euitandum maius malum, & ad hominem puniendum, ſi fuerit malus. Nam ratio ſecundùm humanam neceſſitatem diuerſa ſuggerit, ac diſcernit, & id, quod prius inter gentes conſtituerat, ex bono, & æquo mutat. Et hinc eſt, quod licèt ratio inter omnes homines conſtituerit, ut liberi omnes homines naſcerentur, quia ab initio hominibus utile erat, poſtea tamen, quia, creſcente hominum malitia, bella inter homines fuerunt orta, uſu exigente, & humanis neceſſitatibus ab eodem iure gentium contra eius primam
39 intentionem inducta† fuit ſeruitus. l. manumiſſiones. ff. de iuſt.& iure.§. ius autem gentium, Inſtitu. de iure natur. Non contra rationem naturalem, (ut aliqui malè putant,) contra quam nulla conſtitutio ualere pōt, cum omnes leges, ſeu iura procedant à lege æterna, à qua non niſi bonum, & rationale deriuari poteſt; ſed

potius

Digitized by Google

potius ſecundùm rationem ex bono,& æquo inter gẽtes conſtitutum eſt. Nam, licèt regulariter conueniat, quòd omnes homines liberi naſcantur, tamen utile eſt humano generi, ut illi, qui iniuſtis bellis perſequuntur, ſerui efficiantur. d. Couarru. in d. §. 11. item quòd captiui non occidantur, ſed ſeruentur. Pau. de Caſt. in l. ex hoc iure, num. 33. ff. de iuſt. & iure, ubi argum. l. 4. ff. de ſtat. hom. & §. ſerui, Inſtitu. de iure perſon. aſſerit quo ad quid ſeruitutem fauore ſeruorum fuiſſe inuentam. Et ſimiliter licèt ſerui capientium iure gentiũ efficiantur, ſi inter aliquas gentes contrarium fuiſſet conſtitutum, ualeret, nec irrationale, ac contra ius natura

40 le eſſe diceretur, ſi illis utile eſſet, † prout hodie inter Chriſtianos moribus acceptum eſt propter charitatẽ, quæ in Chriſti omnibus eius religionis profeſſis cómunis eſt, ut Chriſtiani etiam in bello iuſtiſſimo à Chriſtiano capti, non efficiantur eius ſerui, ut tradit d. Couar. in d. §. 11. num. 6. & Hotom. in d. §. ſed naturalia, ſuper

41 uerſic. firma, Inſtitu. de iure natu. Præterea, licèt ab initio omnia eſſent communia ſecundùm hoc ius natura le gentium. c. ius naturale. 1. diſtinctio l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure, ubi doctores adnotant: tamen per id ius gentium uſu exigente, & humanis neceſſitatibus inuenta fuere, meum, tuum, ſuum, ac dominia diſtincta, ut in d. l. ex hoc iure, habetur, & in §. ſingulorum, Inſti. de rer. diuiſ. Et licèt hoc ſit contra primam inſtitutionem iuris naturalis, non tamen eſt contra rationem naturalem, ſed ſecundùm eam, & ſecũdùm naturam. Et ex hoc prouenit, quòd furtum dicitur contra naturã, l. 1. ff. de furt. §. 1. Inſtitu. de oblig. quæ ex del. naſc. declarat Bartol. in d. l. ex hoc iure, nume. 4. Et contra naturam dicitur, quòd aliquis locupletetur cum alterius iactu-

iactura,l.iure naturæ.ff.de reg.iu.l.nã hoc natura.ff. de cond.inde.reg.locupletari,de reg.iu.in 6. Et ratio huius ſecundæ intentionis iuriſgentium eſt,ne(iam hominum natura corrupta) potentiores debiliores à multarum rerum uſu prohiberent, ac ne homines ignaui alieno labore alerentur. Quam rationem reddit Minſinge.in d.§.ius autem gentium, nu.5.Inſtitut.de iure natur.Secundam rationem aſſignat Syluеſ.in §.ſed naturalia,num.2.Inſtitu.eod.ſcilicet meum,tuum,inuentum eſſe,ne communione darentur rixæ,ac contentiones(natura hominum iam corrupta)ſiquidem ex communione oriri ſolent rixæ, ac contentiones.l.cum pater,§.dulciſſimis,in fin.uerb.ff.de legat.2.l.ſancimus.§.ne autem communione detur contentio.C. de donat.

42 Pro quo ego nouiter induco†ut l. in cõductionibus.ff. pro ſoc.ſecundùm intellectum,quem illi in menſe proximo præterito aſſignaui.Reſponſum illud difficillimũ fuit aſſignatum, Illuſtri uiro domino Lupo de Mẽdoçã Cuñiga priori Caueri.Et quia præteritis annis fueramus in ſtudio Salmanticẽſi amici,ac ſocij domus,ſeu habitationis,uoluit cubiculo meo huius collegij punctis ſtudere,& à Doctoribus uiſitari.Quod ambiguum reſponſum punctis non ſolitum aſſignari, mirabantur quatuor excellentiſſimi docto.qui erant præſentes in ordinãdis lectionibus,quia habet duas lecturas,& in lectura negatiua pandectarum Florẽtinarum, & Holoãdri,& aliorum Codicum magis correctorum,in uerſi-nam,ait lex.Nam qui uolunt inter ſe contendere, ſolent per nuntium rem emere in commune, quod à ſocietate longè remotum eſt. Quam lecturam omnes docto.amplectuntur, ſed eorum interpretatio nullatenus accommodari uerbis illis tex.põt. Quod à ſocie

tate

tate longè remotum eſt. Vnde ego in ea fui ſententia, ut putarem literam affirmatiuam ueram eſſe. Nam Vlpianus I. C. in anterioribus legibus intendit probare communionem à ſocietate differre, & in d. l. ut in conductionibus, quæ cum præcedentibus continuatur, de eadem re agens, id confirmans tradit, quòd qui uolũt rixare, emunt rem communem, quæ eſt occaſio contẽtionis, quòd longè remotum eſt à ſocietate. Et q̃ iſte ſit ſenſus illorum uerborum. Nam qui uolunt inter ſe contendere, ſolent per nuncium rem emere in cõmune, quod à ſocietate longè remotum eſt. Qui intellectus, cum prædictus nobiliſſimus uir in examine doctoratus illum ingenioſè more ſuo explicaſſet, placuit excellentiſſimis collegij Doctoribus. Itaque redeundo ad noſtrum propoſitum, ut in ſocietate homines uiuere poſſent, neceſſarium fuit facere rerum diuiſiones, & fugere earum communionem, quæ contẽtiones ſolent cauſare, à ſocietateque remouere. Et ſimiliter ſi in aliquo caſu dictamen rationis ſuaderet, bonum eſſe, dominium unius transferri in alium, optimè poſſet à iure humano, ſeu ciuili induci, ut contingit in uſucapione, quæ bono publico ĩtroducta, eſt ne diù dominia eſſent incerta. l. 1. ff. de uſucap. & ut aliquis eſſet finis litium. l. fina. ff. pro ſuo, & ut homines ſint diligentes in adminiſtratione rerum ſuarum: Regia l. 1. titul. 29. part. 3. Ex quibus apparet rationabiles, † ac iuſtas eſſe
43 leges introducentes uſucapionem, ut communiter tenent Theologi, quos refert, & ſequitur d. Couarru. in regu. poſſeſſor, in initio. 3. part. Et non ſolùm ſunt bonæ, & iuſtæ tales diſpoſitiones, ſed etiã ſunt æquæ. Nã iuſtum, bonum, & æquum idem important, ut docet Fortun. in l. 1. num. 36. & ibi Mar. Salò. numer. 15. ff. de

iuſti.

iuſt. & iur. reprobantes Barto. & docto. ibi, qui poſt gl. in uerb. ius eſt, affirmant aliud eſſe bonū, aliud æquum, uſucapionemque bonam eſſe, ſed iniquitatem continere. Quorum traditio proculdubio uera non eſt. Nam cum lex ſit quædam rationis ordinatio, ac perceptio ad cōe bonum ab eo, qui curam Reipublicæ gerit publicata, ut tradit Sot. in lib. 1. de iuſti. & iure, quæſt. 1. art. 1. à legeque æterna deriuetur, ut ſupra dictum eſt, iniquitatem nullatenus poteſt cōtinere; aliàs autem ſi iniqua eſſet, lex non diceretur, c. erit. 4. diſtinctio. Nec obſerit prædicta regu. æquum quippe eſſe, nullum locupletari cum alterius iactura. Nam reſpondet d. Coua. quòd ſicut eo tempore, quo res erant communes ante particularem rerum participationem, ratio naturalis ob felicitatem, ſeu utilitatem humanam priuatis domi nia conceſſit: Similiter poſt diuiſionem iam factam ob eandem humanam utilitatem rationabiliter potuit lex humana in caſu particulari dominium ab uno acquiſitum in alium transferre. & tam æquum, quàm bonū, & iuſtum erit. Quod corroboratur per tradita ab eodem Couarru. in reg. peccatum, part. 2. §. 1. in fine aſſe
44 rente, præceptum, non furtum facies, † nō uiolari ſi res ſurripiebatur ad ſubleuandam uitæ neceſſitatem, ut cōcludunt gloſſ. & docto. in c. ſi quis propter neceſſitatē, extra de fur. quia tempore neceſſitatis communes ſunt res, cum natura ſit inſtitutum, quòd res inferiores ſint ordinatæ, & diſtinctæ ad hominum neceſſitatē. Ideoque diſtinctio, ac diuiſio rerum, quæ poſt inſtinctionem iuris naturalis facta eſt, non derogat rationi naturali, ex rebus ſubueniendum eſſe extremæ hominum neceſ
45 ſitati. Nec obſtat † l. hac lege. C. de pact. conu. cuius diſpoſitionem dicebat prædicta gloſſ. l. 1. ff. de iuſt. & iur.

mm æquam,

æquam, & non bonam eſſe, ponderando legem illam in illis uerbis. quamuis enim bonum erat, mulierẽ, quæ ſe ipſam marito commiſit, res etiam eiuſdem pati arbitrio gubernari, attamen quia conditores legum æquitis conuenit eſſe fautores, nullo modo, ut dictũ eſt, muliere prohibente, uirum in paraphernis ſe uolumus immiſcere. Nam reſponderi poterit, quòd licèt ibi bonũ dicatur regulariter eſſe mulieris res quas extra dotem habet, pati arbitrio mariti adminiſtrari, non tamen negatur eſſe bonum, ne maritus, uxore inuita in ijs ſe immiſceat; Imò melius, & æquius eſſe, quòd muliere prohibente, eas non gubernet, text. ille ult. licèt enim ex una ratione generali uideatur bonum, ſi tamen altera ſpecialis ſuadet contrarium eſſe in illo caſu particulari melius, illud, quod uidentur bonum, aut æquum, bonum non eſt actu: quia amittit uim boni concludendi. Ita ad illum textum reſp. Fortun. in d. l. 1. in princi. nu. 46. ff. de iuſt. & iur. Pro quo citat l. ſi ſeruus communis §. quòd uerò. ff. de furt. & faciunt tradita à Fulgoſ. in d. l. 1. §. huius ſtudij, num. 5. ſuper gloſſ. in uerb. ius naturale, dicente, quòd licèt ius gentium generaliter tueatur pacta. l. prima. ff. de pac. tamẽ ex eadem æquitate in aliquibus caſibus ſpecialibus deſtruuntur pacta ut quando fuerunt dolo extorta l. 1. ff. de dol. exce. Ex

46 prædictis tamen primò † deducitur contra docto. unicum eſſe ius naturale continens plura præcepta San. Thom. 1. 2, q. 94. articu. 4. Sotus. de iuſt. & iure lib. 1. q. 4. artic. 2. uerſic. Deinde & articu. 4. ubi in 2. art. reddit rationẽ, ſcilicet quia unitas legis à fine deſumitur. Eſt autem omnium præceptorum naturalium unum principium quod eſt ratio. & ita unus finis, & ſcopus qui eſt bonum in genere. Quædam generalia, quæ dicun-

dicuntur prima principia;& ſunt immutabilia. Quædam uerò dicuntur ſecunda præcepta; quæ ex primis deducuntur, & aliquando deficiunt; quorum ſecundorum præceptorum, quædam ſunt communia cum brutis:& hæc in noſtro iure appellantur ius naturale, ut in princip. Inſtitu.de iur.nat. Quædam ſunt communia omnium hominum; & hæc appellantur ius naturale gentium.§.ius autem ciuile, uerſicu.quòd uerò, Inſtitu. eod. Quod ius gentium habet præcepta diuerſis temporibus à ratione conſtituta;quia habuit duas intẽtiones, unam à principio perfectiorem, alteram poſt

47 corruptam homiuum naturam. Secundò † ex prædictis apparet deciſio quæſtionis, de quo iure naturali, ſeu de quibus præceptis naturalibus loquatur §.ſed naturalia quidem iura, Inſtitu.de iure natur. In quo articulo ſunt plures opiniones. Et primus intellectus eſt gloſſ. I. quam ibi ſequuntur Angel.& Hotom. uolentium, textum illum loqui de ſecundis præceptis naturalibus cõmunibus cum brutis,de quibus loquitur textus in l.I.§.ius naturale.ff.de iuſt.& iure.& tex. in prĩ. Inſtitu.de iure natur. Quæ præcepta ius naturale primeuum à doctoribus appellatur. Secũdus intellectus eſt,quòd textus ille loquatur in præceptis iuriſgẽtiũ; quæ ius naturale ſecundarium nõcupatur. Quem tenet gloſſ. I.in fine.quam ſequuntur ibi Fab. Ange. Minſinge. Hotom.ubi tradit in hoc Theop.& omnes cõſentire. Tertius intellectus eſt Ang.& Hotom. ibi qui uolunt,ꝙ uterq; intellectus ſit uerus,& quòd text. ille loquatur,tã in præceptis naturalibus,quàm iuriſgẽtium. Intelligunt tamen omnes prædicti docto. quòd licèt uerum ſit, prædicta iura, ſeu præcepta naturalia eſſe in ſua totalitate,& generalitate immutabilia,& fa[illegible] imm[illegible] cilè [illegible]

cilè non mutari in aliquibus tamen eorum ſpeciebus mutari. Itaque licèt deſtrui non poſſint, modificari, declarari, limitari, & prouiſionibus adiuuari ualent. Quorum dicta uera in ſe ſunt, ſed uerbis illius text. benè accommodari non poſſunt, dum dicit ſemper firma, ac immutabilia permanent. Vnde Sylu. in d. §. ſed naturalia, num. 2. aſſignat quartum intellectum, dicés, quòd ille textus non eſt intelligendus loqui ſimpliciter de omnibus iuribus naturalibus, ſed de illis tantū modo, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruantur, conſtituta diuina prouidentia. Nam ſecundùm eū inter iura naturalia ratione introducta in mētibus hominum, & inſita animis noſtris Dei prouidentia, quæ non ſuadētur ob ſpeciale bonum hominum, ſed in vniuerſo à natura ipſa principaliter, & propter ſe, vt patet in exemplis in 1. 2. & 3. adductis, veluti ut patriæ, & parentibus pareamus, & vt vim, ac iniuriam propulſemus. Et hæc iura dicit ipſe, quòd ſunt immutabilia. Quia eius contrarium nulla induci ratione pateretur. Sed alia ſunt iura gentium, quæ licèt ratione naturali dictante, ita introducta ſint, tamen nō ſunt introducta ratione naturali, diuina prouidentia conſtituta, ſed præſuppoſitis hominum moribus, vt conſeruetur hominum ſocietas. Itaque in effectu uult, quòd illa præcepta naturalia iuris gentium ſint immutabilia, quæ ſunt ſecundùm primam, & perfectionem intentionem iuris gentium, de quibus loquitur c. Ius naturale. 1. diſt. Illa uerò, quæ ſuppoſita malicia hominū uſu exigente, & humanis neceſſitatibus inducta fuerunt, aliquando mutari poſſe, de quibus agitur in c. ius gentium. 1. diſtinctio. & in l. manumiſſiones, & in l. ex hoc iure. ff. de iuſ. & iure, & in §. ius autem gentium, Inſt. de iure natu. gen. Sed nec hic intellectus placet. Nam etiā 74

ill

illa præcepta iuriſgentium, quæ ſunt ſecundum illam primam intentionem iuris naturalis gentium, aliquando deficiunt, ut in libertate, & in rerum communione, & in pactis, ſupra oſtendimus. Et etiam exemplũ eius, ut patriæ, & parentibus pareamus, fallit, quando præcepta eorum eſſent illicita. Nec defenſio eorũ ſemper permiſſa eſt: qñquidem in caſibus in quibus iuſta, ac permiſſa eſt offenſio, negatur ratione boni, & æqui defenſio, ut ſupradictum eſt. Nec uerum eſt quòd præcepta iuriſgentium poſteriora ob neceſſitatem hominum introducta, non ſint diuina prouidentia conſtituta: cũ ſecundũ Hoto. ĩ d. §. ſed nãlia et præcepta ciuilia diuina prouidẽtia ſint cõſtituta dicentẽ uerba illa diuina quadã ꝑuidẽtia cõſtituta, ineptè adiecta in illo tex. fuiſſe. Et licè tñderi poſſit, ibi iura nãlia dici eſſe diuina prouidentia conſtituta, quia à ratione, nulla mediãte hominis diſpoſitione ſunt conſtituta: tamen hæc ratio militat in prædictis ex poſt facto neceſſitate inductis. Quintus intellectus, & ultimus & ſecurior meo iudicio eſt, textum illum loqui in primis principijs naturalibus, quæ ſemper firma, ac immutabilia permanẽt. Quem textum ita intelligit ibi Syl. num. 2. & ante eum Fortu. in l. ueluti, num. 25. ff. de iuſt. & iure. Qui intellectus confirmatur per tradita à S. Thom. 1. 2. q. 94. art. 5. & à Soto, de iuſti. & iure, lib. 1. q. 4. artic. 5. & ab Ariſto. 5. Ethic. c. 7. & à d. Couarr. in c. quamuis pactum, par. 2. §. 4. num. 9. de pac. in 6. aſſerentium prima principia iuris naturalis immutabilia eſſe ſecunda præcepta aliquando defici. Quod etiam ſentire uoluit Fran. Cona. in lib. 1. commen. c. 6. num. 5. ut in princip. in 2. concluſione explicauimus. Siuis tamen intelligere illũ textum in ſecundis præceptis naturalibus, tunc neceſſaria eſt declaratio doctor. quòd facilè non mutantur,

ſed in aliquibus ſic. Et tenendo de his præceptis textũ illum agi, uerior eſt intellectus Ange. & Hotom. quòd in omnibus præceptis tam naturalibus, quàm gentium à principio, & ex poſt facto conſtitutis loquatur. Quæ in hoc capitulo, & in toto opere ſcribo, quæq; in aliis unquã ſcripſero: cenſuræ Sanctæ matris Eccleſiæ ſubmitto: proteſtans, me animum habere, ac ſemper habuiſſe, eius decretis, canonibus, traditionibuſquè adhærendi: & ab illis ullo facto, dicto, ſeu ſcripto non deuiandi.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an tolli poſſit ſtatuto?*
2 *Legitima an ſit debita liberis de iure naturali?*
3 *Succeſsiones omnes de mundo ſunt de iure ciuili.*
4 *Legitima eſt de iure ciuili nomine, neceſsitate, & quotitate.*
5 *Iuris naturalis eſt, omne illud, ad quod homo inclinatur ſecundùm ſuam naturam, quæ eſt rationalis.*
6 *Iure naturali, lege naturæ, rõne naturali deberi, idẽ importare.*
7 *Legitima non debetur liberis, & parentibus ex præceptis naturalibus communibus cũ brutis, ſed iuris gentium ex neceſsitate conſtitutis.*
8 *Intellectus ad l. nam & ſi parentibus ff. de inoffi. teſta. & ad l. ſcriptò. ff. vnde lib.*
9 *Amor plus deſcendit, quàm aſcendit.*
10 *Legitima aſcendentium, an difficilius tollatur, quàm legitima filiorum?*
11 *Legitima debetur tranſuerſalibus iure naturali.*
12 *Legitima, an loco alimentorum ſuccedat?*
13 *Legitima denegata à lege, non cenſentur denegata alimenta, & nu. 16. & ſi.*
14 *Legitima in quibus caſibus differat ab alimentis.*
15 *Minui an poſsit quod non poteſt tolli?*
16 *Statutum, quòd primogenitus ſuccedat in Regno, ualet,*

&

& num.11.
17 *Lex ſemper habet, uel habere præſumitur rationem.*
18 *Legitima cum ratione non ſolùm in parte, ſed in totum tolli poteſt.*
19 *Legitima cum ratione, tam abinteſtato, quam ex teſtamento tolli poteſt.*
20 *Legitima aſcendentium, uel tranſuerſalium tolli non poteſt ſine ratione.*
21 *Statutum, quod ſtante maſculo filia fœmina non ſuccedat, ualet.*
22 *Statutum, quod mater non ſuccedat, ualet.*
23 *Statutum quod ſolus primogenitus ſuccedat, an ualeat.*

An legitima poſsit ſtatuto tolli? Cap. XXXIX.

1 PRacticabilis, ac ualde controuerſus articulus eſt, utrum legitima † pars in bonis parentum filijs debita, tolli lege municipali, ſeu ſtatuto ualeat: In qua difficultate quatuor reperio principales opin. Quarum tres cõmunes ab ſcribentibus appellantur. Prima igitur opinio negatiua fuit quorundam, qui ut tradũt Ange. & Alexan. in l. quod de bonis, §. ultim. ff. ad le. Falcid. uolebant, legitima, nec tolli, nec minui ſtatuto ullo modo poſſe. Et in primis hæc opinio conſtare
2 uidetur ex ratione: † nam legitima debita eſt liberis de iure naturali. l. ſcripto. ff. unde liber. l. cum ratio. ff. de bonis damna. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. l. hac parte. ff. unde cogna. l. conſtat. C. quorum bono. l. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legi. hæredi. Authen. de hæredi. & Falc. §. primum itaque, colla. 1. Et ius naturale nec tolli, nec minui poteſt, cum ſemper firmum, & immutabile permaneat. §. ſed naturalia, Inſtitu. de iure natu.

natu. & maximè per ius ciuile. Hac de cauſa tolli, aut minui non poteſt: cum par in parem, uel maiorē nō habeat imperium. l. nam magiſtratus. ff. de recep. arbi. Sed huic fundamento occurrunt Docto. negando, legitimam eſſe de iure naturali, ſed de iure ciuili debitā: Et eſſe de iure ciuili primò probant per l. 1 2. tab. ibi: quæ unam conſonantiam etc. C. de legi. hære. Ex quo
3 tex. colligit ibi Bald. † omnes ſucceſſiones de mundo eſſe de iure ciuili. Præterea neceſſitas impoſita eſt parētibus, relinquendi legitimam liberis per ius ciuile, ut conſtat ex Authen. de trien. & ſemiſ. §. frequenter, ibi ex neceſsitate, quā ad hoc notant Mod. poſt Bart. ibi Rurſus legitima alteratur per ius ciuile, ut apparet ex l. Papinianus, §. quarta. ff. de inoffic. teſt. iuncto Auth. nouiſſima, C. de inof. teſt. & l. 6. Tau. Ex quibus cōſtat, quòd à principio legitima erat quarta pars, & poſtea fuit aucta, & tamē ius naturale, (ut prædiximus) eſt immutabile. Itaque de iure ciuili eſt legitima nomine,
4 † neceſſitate, quotitate, & omnibus remedijs, per quæ petitur, ad ipſamque peruenitur. Vnde de iure ciuili eſſe concludunt, Bartol. in Authen. de trien. & ſemiſ. §. 1. poſt gloſſ. ibi in uerbo, debitum, uocant, & Dy. in regu. indultum, de regu. iu. in 6. Ange. in l. Papinianus §. quarta. ff. de inofficio. teſtam. Salyc. in d. Authen. nouiſſima, uerſi. quæro 11. C. de inoffi. teſtam. ſenſit idem Barto. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure, & Barb. in c. Rainutius colum. 53. uerſic. nota quòd prætextu cōſuedinis, de teſtam. Ferdi. Vaſq. plures alias ſucceſ. creati. §. 20. nu. 296. Qui reſpondent ad iura ſuperius citata, in quibus habetur legitimam iure naturali eſſe debitā, exponi dēre, i. iure ciuili perſuadēte nāli in coadunatione cōſtituto, ut exponit ī l. pronūtiatio. §. familiæ. ff. de

ff. de uerbo. ſignifica. ita ſoluit Salic. ubi ſupra, dicens; quòd legitima eſt de iure ciuili, non autem de iure naturali, quo omnia erant communia. Nec obſtant illa uerba, ſecundùm naturam, nam ea exponit Bartol. in d. Auctem. de trien. & ſemiſſ. §. 1. ex quodam extinctu naturæ, uel ex quodam curſu naturali, ut uoluit gloſſ. in d. l. cum ratio. ff. de bonis damn. uel aliter ſecundùm glo. in d. §. 1. in uerbo, debitum uocant, debet exponi, ſcilicet iure cõmuni imperatorio: Vel aliter ſecundũ Barbat. in d. c. Rainutius exponi debent uerba ſecundùm naturam, ideſt ſecundùm ipſam rationem naturalem. Et quòd ratione naturali, & non iure naturali debeatur, ſatis conſtare ipſi uidetur ex tex. in d. Auct. de hæredi. & Falcid. §. primum, dum æquiparat legitimam debitam deſcendentibus legitimæ aſcendentiũ. Et tamen ſecundùm eum patri non debetur legitima de iure naturali. Quod corroboratur per ſimilẽ Bart. expoſitionẽ in l. ſi quis à liberis, §. ſi parens. ff. de libe. agnoſcen. exponẽtis quod text. ibi dicit, ſecundũ naturalẽ rõnẽ pater alendus eſt, nõ iure naturæ; ſed rõne ſũpta ex humanis ingenijs ſcilicet, ut bene faciẽtibus benefaciamus, & ſecundũ Barb. neceſſe eſt exponere omnia iura, quæ dicunt legitimã deberi ſecundũ naturam, ideſt ſecundùm rationem naturalem. Nam diſpoſitio naturalis non introduxit, quòd cõſanguineus ſuccedat conſanguineo, nec hoc ius eſt commune cũ brutis. Tu uerò in hac difficultate tene, legitimã iure naturali debitã eſſe. Quod uolunt magis communiter Docto. in legitima liberorum. Nam eam ſequuntur Docto. tenentes tres opinio. ſolùm tenent contrarium tenentes. ſecundam opi. & non omnes. Pro qua opin.
5 urget ratio, † nam in homine de lege naturæ, ſeu iure

naturali eſt, omne illud, ad quod inclinatur ſecundùm ſuam naturam, quæ eſt rationalis, ut tradit Rode. Suarez in l. quoniam in prioribus, in declara. legis Regni. ſecunda limi. nu. 5. uerſi. unde: & optimè probatur in prædictis iuribus, intelligẽdo illa planè, & propriè, prout intelligi debent. Nam certè ſi bene conſiderantur iura, idem importat dicere, eſt de iure naturali, &
6 †de lege naturæ, ſecundũ naturam, & ſecundùm rationem naturalem. Nam vt teſtatur Ange. in prin. nu. 1. in fine, Inſtitu. de iure natu. ius naturale eſt ratio quædam humanæ creaturæ inſita ad faciendum bonum, & ad cauendum à malo. Nec obſtat, quòd neceſſitas relinquẽdi legitimã ſit impoſita de iure ciuili. Nã ſimiliter neceſsitas alimentãdi liberos impoſita eſt de iure ciuili, ut cõſtat ex l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agnoſc. notãt Ang. & Sil. vterq;, nu. 5. in prin. Inſtitu. de iur. naturali, & ſentit glo. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure, & nihilominus omnes Doct. fatentur alimenta deberi de iure naturali, ut conſtat ex d. §. ius naturale, & ex princip. Inſtitu. de iure natu. Nam per additionem impoſitionis neceſſitatis, uel quantitatis non tollitur, quòd obligatio ſit de iure naturali, cum vt in c. ſuperiori diximus, licèt pœna impoſita ſit ſurripienti rẽ alienam, nihilominus furtũ erit contra naturam: quamuis
7 pœnaque addita eſt, iuris ciuilis dicatur eſſe. † Bene tamen uerum eſt (& ita componi poſſunt hæ opiniones) legitimam non debitam eſſe, ex præceptis naturalibus communibus cum brutis, quæ ſimpliciter in noſtro iure ius naturale appellãtur, de quibus agitur in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure, & tex. in prin. Inſtit. de iure nat. quia legitima non adaptatur ad animalia bruta, quandoquidem ipſa non habeant bona, quæ re

Fnquere liberis ſuis inclinentur. Sed legitima deſcendit ex præceptis naturalibus iuriſgentium;& non ex illis,quæ cũ ipſo genere humano prodità ab initio fuere: Quia ſecundùm ea omnia erant communia. c. ius naturale. 1. diſt. l. ex hoc iure.ff. de iuſti.& iure. Sed ex his præceptis iuriſgentium, quæ ex poſt facto vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, ex ratione naturali, contra eius primam intentionem conſtituta fuere, de quibus agitur in l. manumiſſiones,& in d. l. ex hoc iure ff. de iuſt.& iure,& in §. ius autem gentium, Inſtitu. de iure nat. Et hæc expoſitio vera eſt, & videtur de mente plurium Docto.& expreſsè hoc tenet Mar. Soc. Iu. in l. in quartam, nu. 118. ff. ad leg. Falci. Concludo igitur cum magis communi opinio. quòd legitima debeatur liberis iure naturali. Quod ego amplio locum habere contra ferè omnes Docto. etiam in legitima debita parentibus, quæ iure naturali eis debebitur, ſicuti liberis, ſeu deſcendentibus, text. in Authen. de hære.& Falci. §. 1. c. ſi pater, de teſt. in 6. l. hac parte. ff. unde cognа. l. conſtat. c. quorum bono. quæ ſententia mihi ueriſſima eſt, quamuis contrarium teneant Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti.& iure in fina. uerbis & Rom. in conſ. 32. nu. 10. dicens quòd neminem habemus in cõtrarium Ceſa. in conſ. 278. num. 45. par. 2. Alci. in tracta. præſumpt. part. 3. regu. 1. præſumpt. 8. Rip. in lib. 1. reſponſo. 7. ſuper permiſſo, Ioan. de Ana. in conſ. 4. Ange. in conſ. 105. Abb. in conſ. 75. in. 2. dubio lib. 1. Dec. in l. iura ſanguinis ante finem. ff. de regul. iur. Alexan. in conſ. 3. nu. 8. lib. 7. Hiero Grat. reſpon. 21. in cauſa Illuſtrium, nu. 21. lib. 1. ſed certè habemus prædicta iura incontrarium,& Bald. in conſ. 503. vol. 5.& meo iu
8 dicio ueritatem. Nec obſtat. l. nam & ſi parentibus. ff.

de inofficio. teſt. nam ibi potius probatur contrariũ,
dum I.C. ait turbato ordine morta litatis nõ minus pa
rentibus hæreditatem relinqui debere. Nec oberit,
quòd ibi dicitur, piè, in l. ſcripto. ff. unde liberi, paren
tes ad bona liberorũ ratione miſerationis admittere:
liberos naturæ ſimul, & commune parentum uotum:
nam reſpondeo ibi non negari, ratione parentes ad
hæreditatem uocari, quia eſſet contra prædicta iura
expreſſa: ſed oſtendit eſſe differentiam inter liberos, &
parentes: quia liberi uocantur ex uoto, hoc eſt, ex uo
luntate, ac deſiderio parentum, & ex ratione naturali,
parentes uerò ad ſucceſſionem liberorum non ex uo-
to communi liberorum; quia ordo eſt, quòd ſuperui-
9 uant deſcendentes: Item † amor plus deſcendit, quàm
aſcendit glo. pen. in l. liberi. C. de inofficio. teſtam. ſed
naturali ratione omnibus debetur, & turbato ordine
mortalitatis pietate, miſericordia, ſanguine, & ratione
naturali propter beneficium à parentibus receptum
inclinantur liberi naturaliter ad relinquenda bona pa
rentibus, & ita à ratione naturali uocantur aſcenden
tes ad ſucceſſionem deſcendentium. Imo Cæſa. ubi ſu
10 pra affirmat difficilius legitimam à parentibus, quã à
deſcẽdentibus auferri, quod probare intendũt per Au
then. ut cum de appel. cog. §. aliud quoque capitu-
lum, uerſicu. cauſas, iuncto. §. ſiue igitur, verſic. &
hæc quidem, colla. 3. ex quibus conſtat, pluribus
cauſis ingratitudinis poſſe liberos priuari legitima,
quàm parentes. Et poteſt etiam addi alius caſus,
in quo pater. quo ad ſucceſſionem erat olim melioris
conditionis quam filius. uidelicet quando eman-
cipabat filium cõtracta fiducia: quo caſu retinebat ſuc
ceſſionem inteſtati filij de iure ciuili, iuxta §. fi. inſt. de

legi.agna.ſucceſ. & filius emancipatus non ſuccedebat patri.§.emancipati,inſtitu.de hæred.quæ ab inteſt. defe. Ego uerò in hoc in contraria ſum opin. & puto, quòd licèt parẽtibus etiam debeatur legitima iure naturali, liberos tamen fortioribus rationibus naturalibus ad ſucceſſionem parentum uocari, quàm econtra: & hac de cauſa difficilius eis, quã parentibus legitimã tolli poſſe: Et hinc eſſe, quòd in ſucceſſionibus tam ab inteſtato, quam contra teſtamentum, prima cauſa eſt liberorum, tex. in §. 1. Inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſt. defe. Et in Auct. de hæred. quæ ab inteſt. defe. §. 1. & in l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. maximo amore, quem parentes habent ad filios, tanquã ſint pars ipſorum, & teſtatur Phil. 8. ethico. relatus à Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni. ſecunda limi. Et hinc etiam eſt, quod tradit Apoſt. 2. ad Corin. parentes debere filijs theſaurizare. Nec obſtat, quòd filij poſſunt ex pluribus cauſis ingratitudinis priuari legitima, quàm parentes. Nam hoc non prouenit, ex eo quòd minori ratione eis debeatur, ſed quia ſecundùm ſuam conditionem in pluribus contingere poterit, quod ſint parentibus ingrati, quàm e contra. Nec obſtat, quòd pater emancipando filium, contracta fiducia, olim reſeruabat ſibi ſucceſsionem filij inteſtati, qui ei non ſuccedebat. Quia eſt ſpeciale in patre emancipatore propter beneficium emancipationis, quod in filium contulit, vt latius alio loco explicauimus. Secundo amplio contra Docto. non ſolùm liberis, & parentibus legi-

11 timam iure naturali † debitam eſſe, ſed etiã tranſuerſalibus, tex. in Auct. de hæred. & falci. §. 1. l. hac par te. ff. vnde cogna. l. conſtat. C. quorũ in bono. l. dotem.

§.fi.ff.de caſt.pecu. quæ iura non eſt credendum loqui impropriè (pro vt malè contra l.nō aliter.ff.de leg.3. Doᵭo. volunt) ſed proprijſsimè, quandoquidem homines ratione ſanguinis naturaliter inclinātur ad relinquēda bona cognatis ſuis, vt expiriētia docet, & in dictis iuribus probatur. Ad rem igitur redeundo, cū legitima ſit debita de iure naturali, non ſufficienter Doᵭo. reſpondent huic primo fundamento. Secun
12 do pro hac opin. conſiderant Scribent. † quòd legitima loco alimentorū ſuccedit, tex. in Auct. de trient. & ſemi. §. prohibemus, verſi. vnde enim, & alimenta cum debeantur de iure naturali, iuxta tex. in l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt. & iure, & in prin. Inſti. de iure nat. humana lege tolli nequeunt, vt concludit Abb. in c. fi. nu. 22. de conſuetu. a quo nullus diſcrepat, vt teſtatur ibi Rocus de Curte, vt in præcedenti c. adduximus. Vnde idem dicendum videtur in legitima, quæ eorum loco ſuccedit: cū ſubrogatus ſequatur naturā eius, in cuius locum ſubrogatur, l.ſi eum.§.qui iniuria rum in.ff. ſi quis cauti. Sed ad hoc reſpondent Bart. & Bald. in d.§.ius naturale, quod mortuo patre, deficit ſubiectū, in quo fundabatur ius naturale, vnde & qualitas, arg.l. qui libertinus. §. poſthumus.ff. de ope. lib. Sed huic reſponſioni replicat Suarez vbi ſ̄.nu.5.in fine, ꝙ ipſa lex, & ratio naturalis patrē inclinauit, antea quā moreretur ad relinquēda bona filijs, ex quibus viuerēt poſt mortē ſuā. Vnde licèt deficiat ſubiectū, hoc ē pater, qui mortuus eſt, non tamen deficit prouiſio in vita ab ipſa ratione, naturali facta. Secundo modo reſpōdent, quòd licèt legitima ſit ſubrogata loco alimentorum, hæc tamen ſubrogatio non fuit facta à iure naturali, ſed à ciuili, vt conſtat ex d.§. prohibemus,

13 mus, & ita licèt † ius ciuile tolleret legitimam, non tamen tolleret petitionem alimentorum, quòd diu erſum eſt. Bald. in l. cum lege. C. de epiſ. & cle. Ioan. de Imol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtra. Barbat. in c. Rainutius, nu. 31. verſi. nota quod prætextu conſuetudinis, de teſta. Et certè licèt legitima aliquando ſuccedat loco alimentorum, quia ex ea poteſt ali, & ei, qui habet bona, ex quibus viuere poſsit, non debeantur alimenta, iuxta l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius, vbi Bart. & Docto. notāt. ff. de

14 lib. agn. tamen longè differūt † alimenta à legitima. Nam alimenta deſcendunt ex præceptis naturalibus communibus cum brutis, de quibus agitur in d. §. ius naturale; legitima verò ex præceptis naturalibus iuriſgentium, vt ſupra dictum eſt. Præterea alimenta non debentur illi, qui habet bona, vnde ſe alat, legitima verò etiam diuiti relinquenda eſt, vt tradit Sali. in Auct. nouiſsima, verſ. quæro 11. C. de inoffi. teſt. Rurſus alimēta debentur naturalibus filijs Auct. licet C. de natura. libe. & etiam hodie ſpurijs, c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim quā pol. & tamē legitima eis non debetur, tex. in d. Aucten. licet, & in. §. vulgo quæſitos, Inſtit. de ſucceſsi. cog. Deinde ſi legitima aſsignata filio non ſufficit ad alimenta, non excuſatur pater, à præſtatione alimentorum, vt docet Sylue. in princ. Inſtit. de iure natu. nu. fin. Alexand. in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſolut. mat. & facit, l. libertus qui operarum. ff. de ope. lib. Inſuper, licèt mater non teneatur poſt triennium alere filium, ſed pater, l. pe. C. de patria poteſtate, tenetur tamen ei relinquere legitimam, tex. in. §. mater, Inſti. de inoffi. teſta. vt voluit Abb. in c. Rainutius, nu. 12. de teſtam. Et ſimiliter

ſunt, in d. §. ſed naturalia Inſti. de iure natu. ut latius in ſuperiori cap. explicauimus. Vnde non ſolum minui, ſed etiam in totũ tolli poteſt, vt videmus in Auct. vt cum de appella. cogno §. aliud quoque capitulum, vbi priuatur filius, qui commiſit vnam ex illis quatuor decim cauſis ingratitudinis, legitima. Et ita hæc opinio non poteſt ſuſtineri, niſi ſaluando eam tenentes, dicamus, quòd ipſi intelligunt, quòd legitima nõ poteſt tolli ſine cauſa, & ratione, quo caſu vera erit. Secunda opinio eſt affirmatiua, ac omnino contraria, ſcilicet legitimam minui & omnino tolli ſtatuto, ſeu lege municipale poſſe. Quam opi. tenet Dyn. in regu. in dultum, de regu. iur. in 6. vbi Ioan. And. in Mercu. Cynus in l. Sancimus. C. de nup. in eam inclinat Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero, nu. 6. ff. de condi. & demonſt. vbi & Paul. nu. fin. expreſsè eam tenet Angel. Paul. & Alexand. in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. Falci. Bald. in l. cum lege. C. de epiſc. & cleri. Paul. de Caſt. in Auct. nouiſsima, in princ. C. de inoffi. teſta. vbi Sali. verſ. quæro 11. nu. 10. qui late eã examinat, & cõmu. teſtatur, & poſt eum Iaſ. ibi, nu. 56. Phi. Dec. in l. iura ſanguinis. ff. de regu. iuris, Mari. Soc. Iun. in l. in quartam, ff. ad legem Falci. nu. 109. Barba. in c. Rainutius, de teſta. nu. 31. ver. nota, quòd prætextu conſuetudinis, Galli. in repe. l. centurio. ff. de vulga. num. 370. Alber. in 2. par. ſtatu. q. 104. Ferdi. Vaſq. plures citans ſucce. creati. §. 20. nu. 296. vbi teſtatur commu. Ioann. And. in addi. ad Spec. in rub. de ſucceſsi. abinte. Old. in conſ. 107. & in conſ. 135. Angel. in conſil. 105. Paul. Pari. in cõſ. 23. nu. 5. par. 2. & Soci. Iun. in cõſ. 25. nu. fin. part. 1. Ceſa. in conſ. 278. nu. 48. part. 2. quæ opinio conſtare Doct. videtur ex ratione, nam per fun-

damenta ſuperius adducta affirmant, legitimam eſſe debitam de iure ciuili, & non de iure naturali. Et ea, quæ ſunt de iure ciuili, lege, aut cõſuetudine tolli poſſunt. §. ſed naturalia, verſ. ea verò, Inſti. de iure natu. l. de quibus, ff. de legi. ſed hoc fundamẽtum tolli poteſt, negando legitimam ſolùm deberi de iure ciuili, & nõ de iure naturali: nam contrarium eſt verum, vt ſupra
16 probatum eſt. Secundò facit tex. † in c. licet de voto, ex quo conſtat valere conſuetudinem, ſeu diſpoſitionẽ, quòd prima genitus ſuccedat in Regno. Sed huic fundamento reſpondet Barb. in d. c. Rainutius, quòd eſt ſpeciale in Regno, quia eſt indiuiſibile, vnde fortè regulariter eſſet ſecus. Tertiò facit c. 1. §. mater, ſi de feudo defuncti contentio ſit, vbi in feudo matris præferuntur filij primi matrimonij. Sed reſpondet Barb. ſpeciale eſſe in feudis. Tertia opin. eſt medium inter ſuperiores tenens, easque quodãmodo componens, ſcilicet legitimam lege, vel ſtatuto tolli in totũ non poſſe, minui verò poſſe. Bald. poſt Petrũ & Rain. de Forli in l. 1. §. ius naturale, nu. fin. ff. de iuſti. & iure, idẽ Bald. in l. 1. §. ipſum autẽ. C. de bonis quæ lib. Iaſ. in l. quoniam in prioribus, in verſ. quartò nota, C. de inoffic. teſta. vbi teſtatur commu. & ibi Rod. Suarez in declarat. ad legem Regni limi. 2. nu. 6. verſ. tu tene; idem Iaſ. in l. ſi pater, nu. 21. C. de inſti. & ſubſt. Alti. in l. mutus, nu. 26. ff. de verb. ſig. Alb. in 2. par. ſta. q. 104. Rota noua deciſ. 13. Alex. in conſ. 55. colu. 3. ad finem Bartho. Soci. in conſ. 30. vbi dicit, quòd hæc opi. eſt magis æqua licèt ſuperior ſit magis iuri conſona. & in conſ. 150. volu. 1. Deci in conſ. 106. Abb. in c. Rainutius, nu. 12. & in eam inclinat, licèt à ſuperiori non omnino recedat d. Couarr. in epit. par. 2. c. 8. §. 6. nu.
4. itaq;

4.itaque volunt prædicti Docto. valere ſtatutum diminuens legitimã filiorũ vſq; ad alimentorũ quantitatẽ, tolli uero oĩno nõ poſſe. pro quo facit cõſilium Auguſti. adductũ à d. gloſſ. in l. ſi quis ad declinãdã, C. de epiſ. & cler. & quod ſupradictum eſt poſt Apoſt. debere patres filijs theſaurizare. Vnde prædicti Docto. concludunt valere ſtatutum auferens legitimam reſeruatis alimentis, aut dote: nam alimenta, cum ẽt ſint de iure naturali, tolli nõ poſsũt per ius ciuile, vt ſupra dictum eſt. Sed contra iſtam opi. facit ratio, quia nõ eſt verum abſolutè legitimã in totum tolli non poſſe: Nam ſuppoſito quòd ipſa debita ſit de iure naturali, ſuccedatque loco alimentorum, quæ naturali iure debentur, nihilominus tã legitima, quàm alimenta debentur ex illis ſecundis præceptis naturalibus, ſeu quaſi concluſionibus, quæ vt latè in ſuperiori c. diximus, aliquando deficiunt, & per ius ciuile eis additur, & detrahitur, iuxta l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure, vbi gloſſ. & Iaſ. notant. gloſſ. Fab. Angel. Minſinge. Hotoma. in. §. ſed naturalia, Inſti. de iure nat. & ita ratione, & cauſæ mutantur, quod in noſtro caſu expreſsè habemus, in Auten. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoq; capitulum, vbi propter ingratitudinem priuari poteſt filius legitima. Quod non ſolum locũ habet in legitima, ſed etiam in alimentis: nam vt in ſuperiori capite adduximus, ex eiſdem 14. cauſis ingratitudinis, ex quibus filius poteſt priuari legitima, poterit etiam priuari alimentis, quod fortè non eſt contra mentem Docto. tenentiũ hanc opin. quòd cum cauſa, & ratione filius priuari poſsit legis diſpoſitione legitima. Secundò hæc opinio videtur nullius momenti: nam prædicti Docto. volunt, quòd legitima poteſt tolli per legem,

& ſtatutum reſeruans quantitatem alimentis neceſſariam, ſed (vt prædiximus) alimenta cenſentur reſeruata, verum eſt tamen, quòd licèt Barba. in d. c. Rainutius, verſ. nota, quòd præter ius conſuetudinis, in prin. & in fine, videatur eam opin. tenere, in medio videtur eam impugnare, & affirmare, quòd, ſi ſtatuto priuetur filius legitima, videtur etiam alimentis priuari per Auct. de trien. & ſemi. §. prohibemus, verſi. non licebit. Quod corroboratur per Regiam l. 6. titu. 19. part. 4. vbi pater qui exheredatur à filio, quia cõmiſit in eũ vnam ex præſcriptis cauſis ingratitudinis, non poterit ab hærede filij petere alimenta, niſi peruenerit ad maximam paupertatem. Sed certè verior opi. eſt, quod denegata legitima, non videantur denegata alimenta, vt prædicti Doct. volunt, & bene probatur, in d. Aucten. licet. C. de natura. libe. nam etiam ſi ibi expreſsè non reſeruaſſet Imperator alimenta, idem de iure eſſet dicendum, cum ſit diuerſum ius alimentandi, & relinquendi legitimã, vt ſupra latè demonſtrauerimus. Nec obſtat d. Regia, l. quia illa non omnino tollit alimenta, & loquitur in caſu ſpeciali, in patre videlicet ingrato, qui amittit propter ingratitudinem iura patris, & ita poſsũt ei negari alimenta, legitima, & alia iura ſibi, tanquam patri eo iure competẽtia. Bart. & Doct. in l. Diuus, per tex. ibi. ff. ad leg. Pompe. de Parri. vt latè in ſuperiori, c. in filio diximus. Vel aliter reſponde, quòd lex illa loquitur in patre, & eſt exorbitans à iure communi, & non debet extendi ad filium, per ea, quæ tradit Bart. & Doct. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. maximè Goza. ibi, nu. 236. præcipuè cũ in filio militet diuerſa ratio, nam licèt tam patri quàm filio debeantur ratione naturali alimenta, vt

conſtat

conſtat ex l.ſiquis à liberis.§.parens.ff.de lib. agnoſc. tamen fortiori ratione naturali debentur liberis, & ex præceptis naturalibus communibus cum brutis deſcẽdit hæc obligatio, vt cõſtat ex princ.Inſti.de iure natu. & quia illa præcepta latius patẽt, ob idq; magis participare videntur de ratione & fine legis, quæ eſt bonum commune, quàm præcepta illa iuris gentiũ ex quibus parentibus alimenta debentur per ea, quæ alio loco adduximus, poſt fortu.in c.1.de pactis, colu. 24. Cogita ſuper hac reſpõſione, nam hæc eſt quæſtio voluntatis, ſcilicet an pater exhæredando filium videatur velle illum à petitione alimentorum excludere, & tene ſecurè aliméta quod d vitæ ſubſidiũ neceſſaria petere filius valebit, non obſtante exhæredatione.

Quarta, & vltima opi.eſt, quòd legitima non poteſt ſine cauſa per legẽ, aut ſtatutũ tolli, cum cauſa tamen, & ratione ſic. Quam tenet Albe. in 2. parte ſtatu. q. 104. Bald.in l.1.§.ius naturale, in fin.ff.de iuſti. & iur. & in l.cum lege.C.epiſco.& cler.& in l.cunctos populos nu.19.C.de ſumma trini.& fide catho.ſenſit idem Bald. in l.hac editali, nu.11.C.de ſecun.nup. Ioan. de Imol.in l.Titio centum. §. Titio genero, verſ.adde in quantum tangit.ff.de condi.& demonſt.Barth. Soci.in cõſ.150.nu.2.par.1.Phili.Dec.in cõſ.19.nu.6.Adde. Bart.in l.2.§.videndum, nu. 23. ff. ad Tertu. commu. teſtãtur prædicti Moder.& hæc opin.veriſsima eſt, & vt puto, de mente magis commu. Doctor. quia certiſsimum eſt, quòd illa præcepta naturalia, ex quibus deſcendit, nõ poſsint tolli ſine cauſa per ius ciuile, quia par in parem, vel maiorem non habet Imperium, l. nã & ſi magiſtratus. ff. de recep. arbi. ſed bene tolluntur cum cauſa, quia non tollitur ius naturale, ſed declaratur

ratur in illo caſu ſpeciali ius naturale eſſe in cōtrariū, nam lex inferioris poteſt diſtinguere & declarare, licèt non tollere legem ſuperioris, l.fi.vbi glo.C.ſi con tra ius, vel vtili.publi.Alb.vbi ſupra Sal.in l.ſancimus, verſ.quærit Cyn.C.de nupt.poſt Inno.in c.quæ in ec cleſiarum, de conſtitu.vnde licèt regulariter ſine cauſa priuare filium legitima eſſet contra legem naturæ: attamen priuare illum legitima cū ratione, vt ex cauſa ingratitudinis, non.Solum contra iſtam opi. poteſt conſiderari, quod in effectu videtur eſſe eadem cum ſecunda: nam ſuppoſitò quòd lex debet eſſe rationalis, bona, & æqua, aliàs non eſt lex, iuxta. c.erit, 4. diſti. cum noſtra diſputatio ſit, an legitima poſsit tolli per legem, vel ſtatutum, nihil aliud eſt dicere, quàm ſi poſsit tolli per legē rationabiliter, cum lex ſit recta ratio. Dubitari tamen poterit, an quando non conſtat de ratione legis, quæ priuat filium legitima, dicatur iuſta, & conſequenter ſit lex, cum ex vna parte habeamus ius
17 naturale. in contrarium, † eſt alia legis diſpoſitio quæ, licèt eius ratio ſemper reddi non poſsit, iuxta l.nō omniū.ff.de legi.tamē ſiue arbitraria, ſiue nō arbitraria lex ſit, habet, vel ſaltem præſumitur habere rationem, vt eleganter tradit Fortu.Gar. in repeti.l.Gallus. §.& quid ſi tantùm, nu. 295.ff. de lib. & poſthu. itaque cōcludo, quòd legitima tolli poteſt per legem, vel ſtatutum rationabilia. Quod primo declara procedere
18 † non ſolùm in parte minuendo eam, ſed etiam in to-
19 tum, per d.§.aliud quoque capitulum. Secundò † declara, quòd cum ratione non ſolùm legitima poterit tolli ab inteſtato, ſed etiam condito teſtamento, quo caſu maius dubium eſt, cum aduerſetur alia ratio naturalis, quæ eſt voluntas defuncti, l.1. C. de ſacroſan.

eccle.

eccle.l.non vſque adeo.ff.ſi à par.quis fu erit manu. §.
per traditionem,Inſti.de rer. diui. vt euenit in ſpuriis
qui etiam ex teſtamento capere prohibentur, Aucte.
licet.C.de natu.lib. Aucten.ex complexu.C.de inceſt.
20 nup.Tertiò † declara locũ habere non ſolũ in legitima
liberorum, ſeu deſcendentium, prout Docto.volunt:
ſed etiam contra eos, in legitima aſcendentiũ, & col-
lateralium,quæ ſimiliter debita eſt de iure naturali, vt
ſupra dictum eſt. Minor tamen ratio requiritur ad
tollendam legitimam collateralibus, ut conſtat ex l. 1.
ff.de inoffic.teſtamento,vbi collaterales non inſtituũt
querelam,niſi frater turpi perſona Inſtituta, quod eſt
ſecus in deſcendentibus,& aſcendentibus, vt ibi. Et
21 ex hac reſolutione † primò infero valere ſtatutũ, vel
conſuetudinem (pro vt ſunt in Italia) quòd ſtãte ma
ſculo filia fœmina non ſuccedat,quia hoc ſtatutum eſt
rationale,ad conſeruandam familiarum dignitatem,
quam Reipublice intereſt conſeruari,l. 1.§. quamuis,
verſic.publicè, ibi dignitas familiarum ſalua ſit. ff. de
uent. inſpi.notant commu. ſupradicti Docto.maximè
Bald.in d.l.cunctos populos,nu.19. vbi adiungit non
obſtare, quòd non poteſt ſimpliciter fieri per pactũ,
l. pactũ,quod dotali. C. de colla. nam ſufficit, quòd
poteſt fieri per pactum iuramento vallatum,c.quam-
uis pactum,de pactis in 6.nam quod poteſt fieri cum
pacto iuramẽto vallato,põt fieri per legẽ, ideoq; va-
lebat diſpoſitio ãtiqua, ſeu media iuris prudẽtia, quæ
filiam ad certam particulam coarctabat,de qua fit mẽ
tio in l. maximum vitiũ.C.de liberis præ. vel exhære.
Quod corroboratur:nam etiam lege diuina ſtãte ma-
ſculo filia fœmina nõ ſuccedebat,vt habetur Numeri
27.vbi dicitur,homo cum mortuus fuerit abſque filio,
ad

Digitized by Google

ad filiam eius tranſibit hæreditas, ſi filiam non habue-
rit, ſucceſſores habebit fratres ſuos. De qua lege men
tionem facit Angel.in conſ.299.Sali.in l. cunctos po-
pulos. C.de ſumma trin.Andr.Barba.& Suarez. vbi ſu
pra & circa hoc ſtatutū vnum ſingulare adnotat Iaſ.
in Auct.nouiſsima, nu.56.C.de offic.teſta.poſt Fulgo.
& Sali.in Auct.res, quæ.C.commu. delega. per tex. ibi
quòd ſi ſtatutum excludat fœminas à ſucceſsione, exi-
ſtente filio maſculo, vel agnato; & ordinet filias dota-
ri propinquorum arbitrio, non debere propinquos ar
bitrari, nec conſtituere minorem dotem, quàm eſſet le
22 gitima. Secundò † infero, valere ſtatutum, vel conſue
tudinem, quòd mater excludatur à legitima ſtātibus
agnatis per eandem rationem, ſicut volebat l.12.tabu
larum, quæ eam excludebat, & admittebat agnatos, de
qua fit mentio in princi. Inſt. ad Tertu.tenet Bald.in d.
l.cum lege.C.de epiſco.& cleri.Imò etiam prætor or-
dinē agnatorem cæteris cognatis præferebat, l. 1. in
princ.ff.ſi tabu.teſta.Ang.in cōſ. 105. & hinc eſt, quòd
ualida, & iuſta eſt lex, qua cautum eſt, patrem poſſe pri
uare matrem legitima filij, ſubſtituendo pupillariter
filium in ſua poteſtate conſtitutū, l. Papinianus. §. nec
impuberis.ff.de inoffic. teſta. c. ſi pater, de teſta. quia
prouiſio, ac conſilium patris, erga liberos maximi pon
deris eſt apud legū latores. Tertiò infero, validā eſſe
conſuetudinem, vel ſtatutum diſponēs, quòd † primo
23 genitus ſolus ſuccedat. And. Barba.vbi ſupra, pro quo
adducit tex.in c. licet de voto, & notata in c. quā pe-
riculoſum, 7.q.1.quod declarat poſt Bald. in l. omnes
populi.ff. de iuſti.& iure, verſi. item ſi ſtatutum dicat,
quòd huiuſmodi ſtatutum non erit extenſibile, ex eo,
quia eſt odioſum, vbi aſſerit idem eſſe dicēdum, in ſta-
tuto

Digitized by Google

tuto diſponente, quòd primo genitus ſit heres in feudis, nam tale ſtatutum non debet extendi. Aduerte tamen quod prædictum, c. licet, loquitur in Regno, in quo eſt minus dubium, cum ſit indiuiſibile, ut Barba. ad notat. vnde durũ uidetur ſtatutum, quòd primogenitus ſolus ſuccedat in alijs rebus priuatis, cogita, an ratio cõſeruandi familiam ſit ſufficiens ad ſtatuendũ, quòd ſolus primogenitus ſuccedat, ſi tamen conditũ eſſet ſtatutum, valeret, quia non careret ratione. Declara tamen omnia ſupradicta in caſibus, in quibus ex forma ſtatutorum, vel per conſuetudinem denegatur legitima, remanere petitionẽ alimentorũ, dotis, & donationis propter nuptias: quia diuerſa ſunt, vt ſ. probatum eſt, per Auct. licet. C. de natura. lib. & l. fi. C. de dotis promiſsi. Niſi quãdo ratio, quare negatur legitima, 2 militaret etiam in cæteris, vt in cõmittẽte vnã ex cauſis expreſsis ingratitudinis, quo caſu liberis, & parentibus, & fratribus poterũt rectè alimenta denegari per ea, quæ tradit Bart. & Docto. in l. Diuus. ff. ad leg. Pomp. de parri. 1. quæ latè in ſuperiori capite explica uimus.

SVMMARIVM.

1 *Ius gentium an ſit duplex.*

2 *Libertas, & ſeruitus ſunt de iure gentium, & nu. fin.*

3 *Iure gentium omnia erant communia & fuerunt dominia diſtincta, & nu. fin.*

4 *Obligatio naturalis eſt de iure gentium.*

5 *Ius gentium eſt, quod ratio naturalis inter omnes homines conſtituit.*

6 *Intellectus nouus auctoris ad. §. ſingulorum, Inſti. de rerum diu.*

7 *Ius naturale an detur prius, & poſterius.*

An ius gentium ſit duplex. Cap. XXXX.

1 COmmuniter † receptum apud iuris interpretes eſt, ius quidem gentium duplex eſſe, primeuum videlicet, & ſecundarium. Quam opi. tenent Bart. Paul. Caſt. & Iaſ. in l. ſi id quod. ff. de condicti. indebi. idem Bart. in l. nec enim. ff. de mili. teſta. idem Paul. in l. ex hoc iure, nu. 33. ff. de iuſti. & iure. Horma. Decius, in repeti. l. 1. nu. 54. ff. de acquir. poſſeſſ. Lanzel. Galli. in repe. rub. ff. de verbo. oblig. nu. 157. vbi Mari. Soci. Iun. nu. 21. commu. teſtatur, & ſenſit Archi. in c. ius naturale, 1. diſti. & Angel. in l. ſimiles. §. deportati,
2 ff. de mili. teſta. Quæ opinio, in primis † conſtare videtur ex c. ius naturale, iuncto c. ius gentium, 1. diſti. ubi in c. ius naturale, dicitur, quòd libertas eſt de iure naturali, quod eſt intelligendum, gentium; & in c. ius gētium dicitur, quòd ſeruitus eſt de iure gentium, & iuri naturali contraria. Quod corroboratur conſideratione: nam duæ diſpoſitiones contrariæ non debent eſſe eiuſdem iuris, & ita neceſſariò videtur dicēdum, quòd
3 ſit duplex. Secundò facit † nā de iure naturali gentiū omnia erāt communia, c. ius naturale, 1. diſti. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & iure gentium dominia fuerūt diſtincta d. l. ex hoc iure, & d. §. ius autem gentium. Tertiò hanc partem ſuadet conſideratio, obliga-
4 tio naturalis eſt de iure † gentium, l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. & ſeruo dominus obligatur, l. ſi id, quod. ff. de condicti. indebi. & de iure gentiū ſeruus pro nihilo habetur, l. quod attinet. ff. de regu. iur, exponendo, pro vt ipſi exponunt, ius ciuile pro ius gētium, vnde ne detur iuris repugnantia, dicendum eſt, quod eſt duplex ius gentium. Quartò facit, nam

iu

Digitized by Google

5 ius gentium † eſt, quod ratio naturalis inter omnes homines conſtituit, l. omnes populi. ff. iuſti. & iure. §. ius autem ciuile, verſi. quod uerò, Inſti. de iure natu. Sed reperitur ius gentium, quod neceſsitate contra naturam conſtituitur, ut apparet, ex l. manumiſsiones. ff. de iuſti. & iure, & ex. §. ius autem gentium, Inſtitu. de iure nat. vnde uidetur, quòd ſit duplex. Quintò conſtare uidetur ex l. ſi id, quod. ff. de condicti. indebi. ubi dicitur, quòd homines obligantur naturaliter proprio ſeruo, quia libertas iure natutali continetur, & dominatio eſt introducta de iure gentium, ex quo colligitur eſſe deferentiè inter ius gentium, quo liberi erant omnes, & ius gentium, quo ſeruitus, & dominatio inducta fuit. Vnde ex his concludunt prædicti Doct. duplex eſſe ius gentium, ſcilicet primeuum, quod ratione naturali inductum eſt, iuxta l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. §. ius autem ciuile, uerſi. quod uerò, Inſti. de iure natur. ut Religio erga Deum, & ut parentibus, & patriæ pareamus, l. 2. ff. de iuſti. & iur. benefacientibus benefaciamus, l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi. pacta ſeruemus, l. 1. ff. de pactis. Et ſecundarium, quòd uſu exigēte, & humanis neceſsitatibus introductū eſt, ex quo ſunt diſtincta dominia: dominationes, ſeruitutes, contractus, & obligationes, introductæ: regna condita, ut in d. l. manumiſsiones, & in d. §. ius autem gentium dicitur. Sed his non refragantibus contraria ſententia uerior eſt, & non minus frequentior uidetur, ſclicet unicum eſſe ius gentium duplicis intētionis, & continens plura, & contraria præcepta diuerſis temporibus & rationibus conſtituta. Quæ ſententia uidetur de mente Archi. in c. omnis, 1. diſti. ubi unum tantùm ius gentium conſiderat, & eam expreſsè tenet Bart. poſt præceptorem ſuum, in l. ex hoc iure, nu. 10.

 ff. de

ff.de iuſti. & iur. Alber. Angel.& Sal.in d.l.ſi id,quod,
Areti.in l.1.nu.16.ff.de acquire.poſſeſsi.& ibi Bartho.
Soci. & Ruinus,nu.11.Silue.in d.§.ius autem gentiũ,
nu.3.& 7.& ibi Mynſing. Tobi.in princ.Inſti.de oblig.
nu.22.Corraſi.in lib.6.Miſcella.cap. 26. & de iuris ar
te,lib.2.cap.5. Mari. Soci. Iun. licèt contrariam opin,
dicat,commu.in rub.ff.de uerbo.obliga. nu. 21, Fran.
Cona. in lib.1.comme.cap.5.nu. 3. Quam ſententiam
in primis ſuadet conſideratio : nam nec Iuriſconſulti,
nec Imperatores in nigro, uel in rub. mentionem fa-
ciunt de duplici iure gentium, ſed in ſingulari ſemper
loquuntur de iure gentium,ut apparet ex l.1, §. ius gẽ
tium.ff.de iuſt.& iure,& ex ex rub.& ex.§.ius autem ci
uile,uerſi.quod uerò,& ex.§.ius autem gentium,Inſt.
de iure naturali,gentium, & ciui. Secundò facit, nam
ſi conſiderentur omnes leges agentes de iure gentiũ
in tit.ff.de iuſti.& iure,à.l. 1. §. ulti. uſque ad l. ex hoc
iure,ſatis ex his colligitur, de unico tantùm iuriſgen-
tium eas agere. Nam l.2. incipiens, ueluti, ponit pri-
mum exemplum huius iuris, poſtea l.ut uim, adiungit
aliud. deinde ſubſequitur, l.manumiſsiones, quoque,
que per dictionem illam, quoque, intelligitur de eo-
dem loqui. Et ſimiliter in l. ex hoc iure ponderando
uerbum illud,ex hoc. Tertiò pro hac ſententia ex-
6 pendo tex. † in.§.ſingulorum,Inſti.de rerum diui.nam
ille tex. dum loquitur de rerum acquiſitionibus, quæ
deſcendunt ex præceptis iuris gẽtium, quæ ſuppoſitis
hominum moribus ex poſtfacto fuerunt conſtituta,
quandoquidem ab initio omnia erant cõmunia, ut cõ
ſtat ex d.l.ex hoc iure,& ex,c.ius naturale,1.diſt. dicit
quod ſunt illæ acquiſitiones de iure naturali gentium,
quòd cum ipſe genere humane natura prodidit ex
quo apparet, quod illa præcepta naturalia iuris gen
tium,

Digitized by Google

tium, quæ ab initio fuerunt conſtituta, & illa, quæ ex poſt facto, ſunt eiuſdem iuris gentium naturali ratione inter gentes conſtituta: nec omnino caret ſcrupulo ſubtilis illa intelligetia noſtri Fortu. in l. 1. §. ius autem gentium, nu. 3. aſſerentis, Imperatorem, dum in d. §. ſingulorum, dicit ius naturale, ex quo acquiſitiones procedunt, cum ipſo genere humano fuiſſe proditum, cōſideraſſe initium, & originem, hoc eſt rationem naturalem, quæ hoc ius conſtituit, iuxta l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. §. ius autem ciuile, uerſi. quod uerò, Inſti. de iure natu. quæ ratio proculdubio cum ipſo genere humano prodita, ac hominibus inſita fuit, non uerò determinationes ab ipſa ratione deriuatas. Nam ipſa ratio una eſt, quamuis ſecundùm exigentiam humanarum neceſsitatum diuerſa ſuggerit, ac decernit, diſpoſitiones uerò ab ipſa ratione procedentes diuerſæ ſunt, ac diuerſis temporibus factæ. Quæ corroboratur per doctr. Soti. de iuſti. & iure lib. 1. q. 5. art. 4. dicentis, omne ius gentium ratione originis dici de iure naturæ, licèt ratione illationis, ac expoſitionis ius gentium appelletur: nam ius gentium dicitur, quòd mortales ex principijs naturalibus per modum concluſionis ratiocinati ſunt. Sed contra iſtum intellectū conſiderabam, omnes leges etiam humanas, ſeu ciuiles, cū procedāt a lege æterna, iuxta illud prouerb. 5. per me Reges Regnat &c. S. Tho. 1. 2. q. 93. art. 3. ſintq; rectæ rationes, c. erit, 4. diſti. S. Tho. 1. 2. q. 95. art. 2. idē initium habere: unde ſi conſideramus originem, hoc eſt rationem, idem in iure ciuili eſt dicendum, quòd cum ipſo genere humana proditum ſit; ſi quidem rationale eſt, & à lege æterna, & à iure naturali deriuatum, ut S. Tho. in locis ſupracitatis concludit, cuius cōtrarium innuit tex. in d. §. ſingulorum. Et licèt ſaluando

do prædictos Doct.reſponderi poterit, Imperatorē in iure naturali gentium conſideraſſe rationem,& nō in ciuili:quia ius illud à ratione abſque conſilio conſtitutum eſt: Ius uerò ciuile inductum eſt hominum arbitratu ratiocinando.Pro quo facit doctrina Domi. à Soto,ubi ſupra,qui diſtinguit iura naturalia à gētium, & ciuilibus,dicens ius naturale abſque raciotinatione ſcriptum eſſe in mentibus noſtris. Ius autem gentium naturali ratiocinatione abſque hominum conuentu, & longo conſilio indeelicitum. Ius uerò ciuile arbitratu hominum in unum coeuntium conſtitutum.Attamen intelligi poteſt Inperatorem in d.§.ſingulorum non conſideraſſe rationem,ſed initium præceptorum, ac determinationem iuris naturalis gentium, quæ cū ipſo gene humano natura prodidit,ac in mentibus noſtris impreſsit. Nec ex eo quòd aliqua ex his præcepta ex poſt facto fuerunt conſtituta, tollitur quòd illa præcepta ſint illius iuris,quod cum ipſo genere humano natura prodidit: cum etiam contineat præcepta, quæ abinitio fuerunt ante ius ciuile conſtituta: & licèt primus intellectus ſit probabilis,exiſtimo ita poſſe intelligi illū tex. ſcilicet conſideraſſe antiquius eſſe ius gentium:quia aliqua eius præcepta cum ipſo genere humano natura prodidit,licèt non omnia. Et ille tex.ita declaratus facit cōtra communem traditio-
7 nem Doct. aſſerentium, † dari ius naturale prius,& poſterius. Nam primeuum ius naturale appellantur illa præcepta iuris naturalis communia cum brutis, de quibus agitur,in l.1.§.ius naturale.ff.de iuſti.& iure, & in princ. Inſti. de iure natura. Secundarium ius naturale dicūtur præcepta iuris gentium, de quibus agimus in præſenti quæſtione. Quorum traditio confunditur per d. §. ſingulorum, nam ſi ius gentium prodidit

didit rerum natura cum ipſo genere humano, vtibi dicitur, non poſſumus dicere, quòd ſit aliquod ius naturale prius: vt bene aduertit contra Scriben. Fortu. in d.§. ius naturale, nu. 35. & Silue. in d.§. ius autem gentium, nu. 2. & corroboratur per l. 1. §. fin. ff. de iuſti. & iure, vbi ius naturale diſtinguitur à iure gentium ex eo solũ, q illud omnibus animalibus: ius autẽ a gentiũ ſolis hominibus commune eſt. Viſi ſaluando commu. opin. dicas, quod ideò ius naturale commune cũ brutis appellatur primeuũ: quia omnia præcepta ex eo deſcendentia natura prodidit cum ipſo genere humano: præcepta verò aliqua iuriſgentium ex poſt facto fuerunt conſtituta. Et aduerte, quòd in noſtro iure hæ duæ ſpecies præceptorum naturalium faciunt diuerſa iura, quamuis in rei veritate ſecundùm Theologos vnicum ſit ius naturale, continens plura præcepta. S. Thom. 1.2.q.94. art.4. Domi. à Soto de iuſt. & iure lib. 1. q.4. art. 2. uer ſi. deinde, & art. 4. ſed de duplici iure gentium non reperio, quod fiat mentio in noſtro iure. Vnde retenta hac opin. quòd ſit vnicum ius gentium, non obſtat primum fundamentum de libertate, & ſeruitute, nam vt alio loco explicaui poſt Couarru. in regula, peccatum, 2. par. §. 11. nu. 3. ius gentium habuit duas intentiones, prima intentio iuris naturalis gentium fuit, quòd homines eſſent liberi, ſed creſcente hominum malitia, vſu exigente, & humanis neceſsitatibus, idem ius gentium habuit intentionem, vt capti in bello efficerentur ſerui, & non occiderentur. Nec eſt mirum, quòd in genere diſponatur vnũ, & in ſpecie aliquod diſponatur ab eodem iure contrarium, quod paſsim reperitur in iure ciuili. Et ſimiliter tolli poteſt ſecundùm fundamentum: nam ſecundùm primam perfectiorẽ intentionem iuris gentiũ, omnia

omnia erant communia: ſuppoſitis hominum moribus fuit ſecunda eius intentio, quòd dominia deſtinguerentur, ne (iam hominum natura corrupta) ignaui alieno labore alerentur, & potentiores debiliores à multarũ rerũ vſu prohiberent, & ne communione darentur rixæ, & contentiones, quod eſt ſecundùm ius naturale, & non ei contrariũ, cum ſit rationale, nã cum omnia iura deriuantur à lege æterna S. Tho. 1.2.q.63.art.3. nullum ius poteſt eſſe irrationale: vnde illa præcepta iuris gentium ex poſtfacto inducta ſunt iuris naturalis, vt conſtat ex d.§.ſingulorũ, & ratione naturali inducta. Et eodem modo poteſt reſponderi ad cætera fundamenta, conſiderando, quòd licèt ſit vnicũ ius gentium, diuerſas intentiones habet, & continet aliqua contraria præcepta diuerſis temporibus conſtituta. Et ex iſta reſolutione, quòd unicum ſit ius gentium, reſultat utilitas ad deciſionem quæſtionum, quas controuertunt Docto. in l. ſi id, quod. ff. de condicti. indebit. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, & prima eſt, an dominia, & acquiſitio eorum, quæ in terra, mari, cœloq; capiuntur, ſint inuenta de iure naturali gentiũ primeuo, vel ſecundario. Secunda, an obligatio naturalis ſit inuenta de iure naturali gentium primeuo, vel ſecundario. Tertia quo iure gentium ſtatus ſeruorum eſt nullus. Nam ſi ſupponas vnicum eſſe ius gentiũ, & licèt contineat diuerſa præcepta, omnia eſſe rationabilia, & ſecundùm ius naturale cognoſcis quomodo Docto. in diſputatione harum quæſtionum paſsim errore labuntur.

SVMMARIVM.

1 *Leges omnes deriuantur à lege æterna.*
2 *Legis definitio.*

3 *Lex humana deriuatur à lege naturali.*

4 *Lex inducens peccatum, aut aliquid iniquum, vel iniuſtum nullam habet auctoritatem.*

5 *Conſtitutione quacunque ciuili, vel canonica ſemper ineſt ratio naturalis.*

6 *Lex omnis habet, vel habere creditur rationem.*

7 *Iure ciuili quod introductum eſt, nō legitimo tantùm, ſed etiā naturali vinculo ligat.*

8 *Obligatio ciuilis ſemper habet ſibi adiunctam naturalem, non e contra.*

9 *Lex humana etiam ciuilis obligat eius trangreſſores ad culpam quandoq; mortalem, quandoq; venialem.*

10 *Lex pœnalis obligat ad culpam, quandoq; mortalem, quādoq; venialem.*

11 *Leges humanæ obligāt in foro conſciētia quemcunq; principē.*

12 *Princeps ſubeſt dictamini rationis.*

13 *Papa an teneatur ſemel in anno confiteri peccata tempore ſtatuto in c. omnis vtriuſque ſexus, de pœni.*

14 *Obligatio naturalis, an oriatur ex cōtractu celebrato lege prohibente.*

15 *Conſuetudo debet eſſe rationalis, aliàs non dicitur conſuetudo.*

16 *Iura ciuilia ſunt diuina prouidentia conſtituta.*

17 *Intellectus ad. §. ſed naturalia Iuſti. de iure natu.*

An lex humana deriuetur à lege æterna, & à lege naturali. Cap. XXXXI.

1 SAnctus † Thom. 1.2.q.93. art. 3. Domi. a Soto de iuſti. & iure, lib. 1. q. 3. art. 3. Fortu. in tracta. de ulti. fine in princ. concludunt ab æterna lege omnes cæteras leges, ſeu iura deriuari, pro quo facit illud prouerb. 8. per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, nam cum ſecundùm S. Tho. ubi ſupra, lex æterna ſit ratio gubernationis in ſupremo gubernante, neceſſe eſt, quòd omnes ra

Digitized by Google

tiones gubernationis,quæ ſunt in inferioribus guber-nantibus,a lege æterna deriuentur,quan doquidem ra tio gubernationis à primo gubernante ad ſecundos deriuatur,ſicuti ratio eorum,quæ ſunt agenda in ciui-tate,deriuatur à Rege per præceptum in inferiores ad miniſtratores.Eſt etenim lex,ut teſtatur Sotus de iuſt.
2 & iur.lib.1.q.1.art.1.quædam rationis † ordinatio, ac perceptio in commune bonum ab eo,qui curam Rei-publicæ gerit publicata.Et ſecundùm S. Tho. citatum eſt recta ratio,& in tantum habet uim legis, in quantũ participat de lege eterna. Et ſimiliter idem S. Thom. 1.2.q.95.art.2.& Sotus de iuſti.& iur. lib.1.q.5.ar.2.
3 † reſoluunt legem humanam etiã à naturali lege de-riuari. In rebus etenim humanis aliquid dicetur eſſe iuſtum ex eo quod eſt rectum ſecundùm regulam ra-tionis.Prima autem rationis regula eſt lex naturæ:un-de omnis lex humanita poſitus, in tantum habet de ra tione legis,in quantum à lege naturæ deriuatur, & ſi in aliquo à lege naturali deſcordet,iam nõ erit lex,ſed legis corruptio,S.Thom. ubi ſupra,tradens, quòd nõ uidetur eſſe lex,quæ iuſta non fuerit,& ꝙ in quantum habet de iuſtitia, in tantum habet de uirtute legis. Et hinc dicitur in. §. iuris prudentia,Inſti.de iuſti. & iure iuris prudentiam eſſe iuſti,& iniuſti noticiam,& in l.1. in princ.ff.de iuſti.& iure,ius eſſe artem boni,& æqui; nec vt aduertit Sotus,ubi ſupra,obſtat,quod lex huma na a lege eterna deriuetur, quo minus à lege naturali procedat,cum lex naturalis ſit participatio legis æter næ,& ſecundùm S.Tho.1.2.q.91.art.2.non eſt ab ea aliquid diuerſum. Concludo igitur legem humanã ab æterna,& à naturali procedere.Ex qua cõcluſione
4 primò inferò,quod ſi lex † inducat peccatum,ſeu ali-quid iniquum,malum,aut iniuſtum,nullam habet au-
toritatem

toritatem, c. fin. de præſcription. nam cum deriuetur à lege æterna, neceſſariò debet rectitudinē continere: alias autem non erit lex, c. erit, 4. diſti. niſi in quantum participat de lege æterna, ut ſupradictum eſt. Nec obſtat, quòd humanæ leges aliqua mala tollerant, vt lupanaria: nam ut alio loco latius explicaui, non per hoc ea approbant: ſed quia ea dirigere non poſſunt, illa mala permittunt ad euitandum maius malum, c. requiſiuit & c inter opera deſponſa S. Tho. 1. 2. q. 91. art. 4. & q. 93. art. 3. Coua. in epi. par. 1. cap. 4. in princ. nu. 8.
5 Secundò ex hoc infertur, in quacunque † conſtitutione ciuili, uel canonica ſemper ineſſe rationem naturalem, Bart. in l. Iulianus uerum debitorem, nu. 17. ff. de condict. indebi. Fortu. in tracta. de ulti. fine, colum. 75. dicens hoc omnes fateri: Et licèt non omnium legum ratio reddi poſsit, iuxta l. non omnium. ff. de legi. om-
6 nis † tamen lex ſiue arbitraria, ſiue non arbitraria illa ſit, rationem habet, uel habere creditur, Fortu. Gar. in l. 1. nu. 16. ff. de pactis, & in l. Gallus. §. & quid ſi tantū, nu. 295. ff. de libe. & poſthu. & facit, d. c. erit. Tertiò
7 infertur, illud, quod à iure ciuili introductum † eſt, nō legitimo tantum, ſed etiam naturali uinculo ligare: ex eoq; non ſolùm ciuilem, ſed etiam naturalem obligationem oriri, Bard. in d. l. Iulianus, nu. 17. & Fort. in d. l. 1. & Fran. Cona. in lib. 1. commen. cap. 6. nu. 14. aſſe-
8 rens † ciuilem obligationem naturalem ſemper ſibi adiunctam habere: non tamen econtra, obligatio naturalis ſemper adiunctā ſibi ciuilem habet, Cuius differentiæ ratio eſt: quia ius naturale eſt generalius, & ab eo lex ciuilis procedit: ſed lex ciuilis non poteſt omnia derigere, quæ à naturali iure deriguntur. Quartò
9 infero, legem humanam, etiam † ciuilem obligare eius tranſgreſſorem in foro conſcientiæ ad culpam

quandoque mortalem, quandoque uenialem, Abb. Fely.& Phi.Deci.nu.18.in c.1.de cõſtitu. idem Abb. in c.quia plerique, de immun.eccleſi.Iaſ.in l. nemo poteſt,nu.105.ff.de leg.1.S.Tho.1.2.q.96.art.4. Alfon. de Caſt. de lege pœnali,cap.4. & 5. Sotus de iuſti. & iur.lib.1.q.6.art.4.d.Couarru.in regu.peccatum, par. 2.§. 5. num.2.Primò, quia lex humana, à lege æterna procedit.Præterea cum ſit recta ratio quæ dirigit ad debitum finem qui eſt commune bonum ſi prohibet,obligat uiolantem ad peccatum. Rurſus, lex humana eſt præceptum ſuperioris,cui naturali iure optẽperare debemus,iuxta l.veluti.ff.de iuſti.nam non minus principi,quàm parentibus parẽdum eſt.Et facit illud Paul. ad Roma. cap. 13. omnis anima ſubdita ſit ſublimioribus poteſtatibus:& hæc opi.commu. & tenẽ
10 da eſt. Quod † primò amplia procedere, etiam in lege pœnali,quæ ſimiliter obligat eius trangreſſorẽ ad culpam,quandoq; mortalem,quandoq; uenialẽ,Abb. Pano.in locis,ſupra citatis. Cuarru.in d.regu. peccatum Sotus vbi ſ. art. 5. Ferdi. Vaſ. teſtatur commu. Illuſt. quæſt. cap. 29. nu. 10. An uerò lex pœnalis, ſicut ad culpam,ita etiam obliget ad pœnam,declarat Panor.in locis ſupra citatis, & poſt eum Docto. ibi, & melius cæteris Sotus citatus art. 6. Secundò amplia,
11 leges humanas † obligare in foro conſcientiæ quemcunque principem,ſiue ſæcularem,ſiue eccleſiaſticũ, etiam ſuperiorem non habentem, & etiam leges ab eo conditas, a quibus abſque rationabili cauſa ſolutus non eſt. Fortu.in l.Gallus.§. & quid ſi tantũ, nu. 295. ff. de lib. & poſthu. Couarra. in c. alma mater par.1. cap.1.nu.4.poſt Curti.Iuni.in conſ.63.colum.2.Licèt enim imperio legis ciuilis Princeps minime ſubijciatur,cũ ſit ſolutus legibus,l.Princeps legibus. ff. de legi.

l.om-

l.omnium.C.de teſtam.c. propoſuit de conceſsi. præben.maximè quando ab eo ſunt conditæ, cum nullus poſsit ſibi imponere legem, a qua nõ liceat recedere, l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.3. Attamen cum lex ciuilis participet de lege æterna, ſitq; recta ratio, bona, & æqua, ex iſta æquitate, bonitate, & ratio-
12 ne obligatur, & quamuis imperio legis † non obligetur, obligatur tamen eius rationi, cui Princeps ipſe ſubeſt, cum ſit Princeps animal rationale, politicum, & mortale, vt ſingulariter docet Bald. receptus in l.2. colu.8. C.de ſerui.& aqua, cuius dictum ſumme commendant Fort.Curti.& Couarru.citati, & Phil. Deci, in c.1.de conſtitu.1.lect.vlt.verſ. ſecundo quod dictum eſt, vbi For.citatus, & idẽ in l.1.nu.16.ff.de pactis tradit, Principẽ legẽ à ſe cõditã obſeruare obligari inſuper ex æquitate naturali tituli.ff. quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. Quod corroboratur per regulam Catonianã, patere legem, quã ipſe tuleris, & facit, c.iuſtum, 9.diſti.vbi dicitur iuſtum & æquum eſſe Principem legibus obtemperare, & l. digna vox. C. de legi. vbi æquum eſſe tex. ille ait. Declara tamen hanc illationem, Principem teneri legibus obtemperare, intelligendum eſſe, vi diri ctiua, qua dirigitur ad id, quod bonum, & æquum eſt, ſi quidem quo ad Dei iudicium legibus ſolutus non eſt. Nõ tamen vi coactiua d.Couarru.in c.alma mater, part.1. §.1.nu.4.poſt S.Thom.1.2.q.96.art.5. & Feli. in c. 1. nu.24.& ibi Deci.nu.24.de conſti.Gomez.in regu.de infirman.rengna.q.1.licèt Fortu.in d.l.1.nu.26. ff.de pact. dubitat, an princeps compelli poſsit obſeruare leges humanas, ſicuti pacta obſeruare cogitur. Et ex
13 ſupradictis † infertur deciſsio quæſtionis, quam diſputant Docto.in c.ſine, el 2.vbi Feli. & Deci. nu. fin. de

.1 !

Digitized by Google

offic.deleg.& Abb.in c.ſignificaſti,nu.14.de foro cō-
petēti, an Summus Pontifex teneatur ſaltem ſemel in anno cōfiteri propria peccata tempore ſtatuto in c. omnis vtriuſq; ſexus, de pœni. & remiſſ. In quo articulo commo.pin. eſt, teneri ad confeſsionem quæ ſacerdotibus ſecretò fit in omnibus illis caſibus, quibus de iure diuino ea inſtituta,& præcepta eſt,non tamen teneri præcisè ſemel in anno confiteri iuxta præceptum humanæ conſtitutionis, d.c.Verum ex ſupradictis infertur,verius videri, teneri ſaltem ſemel in anno confiteri propria peccata tempore ſtatuto in d. c. omnis vtriusque ſexus, quam opin. tenet Couarru. in d. c.alma mater,par.1.§.1.nu.5. vbi doctiſsimè ac eleganter hunc explicat articulum,& eam ſenſit Deci.in
14 c.ſanè,in fine de offic.delega. Quintò infero † ex contractu celebrato lege prohibente non oriri naturalem obligationem Bart.in l.cum lex,nu.4.ff. de fideiuſſo. & videtur inclinare Fortu.in l. veluti,nu.16.ff.de iuſti.& iure,& expreſsè tenet Couarru.in c.quamuis pactum, par.2.§.4.nu.6.quia lex humana eſt præceptum ſuperioris,cui parēdum eſt,iuxta l.ueluti.ff.de iuſti.& iure, & pro hac opi.adducitur l.non dubium.C. de legi. & facit d.l.cū lex,& l.eos.§.1.C.de vſuris,& l.ſi non ſortem,in princi.ff.de condi.ct.indebi.& hæc eſt communis opi. vt teſtatur Ferd.Vaz.citandus,nu.9. Verum in hoc art.contrariam opin. tenet Fulg. in l. ſi non ſortē in pri.& ibi Iaſ.ff.de condicti.indebi.Rapha.Cuma. in d.l.cum lex,Phil.Dec. in l.pacta,quæ contra C.de pactis,Ferd.Vaſ.in lib.3.ſucceſsi. creati.§.30.nu.9.& 12 qui latè eam diſcutit.Pro qua multa conſiderari poſſunt,primò quòd naturalis obligatio oritur ex cōſenſu,l.conſenſu.ff.de action.& obliga.§.1.Inſti.de oblig. quæ ex conſen.l.3.C.de pact.l.fin.C.de non num.pe.
l.1.

l.1.§.ſi legatarius.ff.ad legem Falci. vnde ex pacto, & duorum conſenſu oritur naturalis obligatio, l.5.§.Imperator in verbo naturaliter, & l.Stichus. §. naturalis, ff.de ſoluti. ſed ciuilis ratio ciuilia iura, non tamen naturalia tollere poteſt, l.eas cauſas.ff.de capi.dimi.l.iura ſanguinis.ff.de regu.iur.§.fin.Inſti.de legi.agna.tute.§. ſed naturalia verſ.ea verò Inſti.de iure natu. Prætereà facit l.Iulianus.ff.de cōdicti.indebi. vbi ſententia, quæ etiam eſt præceptum ſuperioris, tollere naturalem obligationem non poteſt. Rurſus vrget pro hac parte: nam aliquando cōtractus à lege improbatus firmatur iuramento, & conſtat ex c. cum contingat, de iure iuran. & ex c. quamuis pactum, de pactis, in 6. Deinde eſt tex. expreſſus in l.contra iuris ciuilis.ff.de pactis, & in l.1.in finem.ff.de nouati. vbi licèt pactum, vel conuentio, qua pupillus ſuam conditionem deteriorem facit, ſine tutoris auctoritate ſit improbata, & annullata à iure, ſi tamē pupillus ē doli capax, ex ea naturalis oritur obligatio. Vltimò adducitur l.ſi pœne cauſa ff.de conditti.c. ad apoſtolicam, de regul. Quæ opin. contrariæ componi poſſunt, quòd in aliquibus caſibus non oritur, in aliquibus verò oritur, quos caſus nunc diſtinguere non vacat. Solùm do regulā, quòd in omnibus caſibus, in quibus huiuſmodi contractus à lege prohibitus, non poſſet à lege approbari, uel firmari iuramento, vt quando eſſet contra bonos mores, vel contra publicam utilitatem principaliter, uel quando in eo deficeret partiū conſenſus, ex tali pacto, uel con tractu à lege prohibito, nullatenus oritur naturalis obligatio, & in eo proculdubio procedit diſpoſitio l. non dubium. C. de legib. Sextò infero, quòd ſimiliter cum conſuetudo ſit ius moribus introductum, quod pro lege ſuſcipitur, c. cōſuetudo, 1. diſti. §. ex non ſcri-

pto,

15 pto,Inſt.de iure natur.† q̃ debet eſſe rationalis aliàs au
tē non dicitur cõſuetudo,ſed corruptela,c.fin. de con
ſuetu.l.quod nõ ratione.ff.de legi.notant glo.& Doct.
in d. §. ex non ſcripto, Inſti. de iur. nat. Sotus de iuſt.
16 & iure,lib.1.q.7.art.2. Septimò infero, † non ſolùm
iura naturalia,ſed etiam getium, & ciuilia diuina pro
uidentia eſſe conſtituta. Hotoma. in. §. ſed naturalia,
Inſti.de iure natur.nam ut tradit Iaſ.in l.nemo poteſt,
nu.105.ff.de legat.1.lex ciuilis auctoritate omnipoten
tis Dei eſt edita,qui leges per miniſtros ſuos condi fe-
cit, iuxta illud prouerbiorum 8. per me Reges regnāt
& legum conditores iuſta decernunt. Nec obſtat.
17 §. † ſed naturalia, Inſti. de iure natu. vbi dicitur iura
naturalia eſſe quadam diuina prouidentia conſtituta,
quoniam verba illa diuina quadam prouidentia forte
ibi fuerũt adiecta ex eo, quòd prima illa principia,ſeu
naturalia generalia præcepta,de quibus ibi agitur, sũt
a Deo nullo mediante hominum conſilio, ac arbitra-
ctu conſtituta: Nam differunt inter ſe iura naturalia,
gentiũ,& ciuilia ſecundũ, Domi.a Soto de iuſti. & iur.
lib. 1. q. 5. art. 4. quia ius naturale abſq; ulla ratiocina-
tione ſcriptũ eſt in mẽtibus noſtris. Ius autem gentiũ
naturali ratiocinatione abſq; hominũ cõuẽtu & lõgo
conſilio inde eſt elicitum. Ius uero ciuile arbitractu ho
minum in unum coeuntium eſt conſtitutum. Et ex his
infertur incaute loqui Silue.in d. §. ſed naturalia, nu.
2. dũ dicit præcepta iuris gentium,quæ uſu exigẽte,&
humanis neceſsitatibus cõſtituta ſunt,non eſſe diuina
prouidentia cõſtituta,licèt ratione naturali ſint intro-
ducta,cum non ſolùm iura gentium,ſed etiam ciuilia
ſint diuina ordinatione conſtituta.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS omnium rerum, quæ in opere continentur.

A

ABSENTIAE cauſa tutoris datio delegari poteſt num. 12. Pag. 239

Accreſcendi iuri locus eſt in hæreditatibus, etiã inter omnino diſiunctos, nu. 12. 79

Actio vtilis datur pro ficta ſtipulatione, & directa, & vtilis actio differunt, nu. 17. 710

Actus, per quem tollitur libera teſtandi facultas eſt nullus, cum Comm. contra Fortũ. Couarru. & Vaſq. & quando ſit contra bonos mores, nu. 3. 541

Aditio hæreditatis ab inteſtato requiritur in caſibus ſpecialibus in quibus relicta in teſtamento, vel codicillis ab inteſtato conſeruantur, ad hoc vt debeantur, nu. 18. 551

Addendo, vel minuendo an ius nobum conſtituatur, nu. 4. nu. 9. 14. & 38. 801

Adoptatus ſequitur originẽ adoptantis, & durat, dum durat adoptio, nec perdit propriã originem, nu. 15. 752

Adoptio quòd ſit nomen generale, & quando dicitur adoptio, quãdo verò arrogatio, nu. 1. 85

Adoptiui filij veniunt appellatione filiorum, & ſunt verè filij legitimi, nu. 12. 96

Adoptiui habent ius conſanguinitatis cum his, qui ſunt in arrogantis familia impropriè, nu. 4. 86

Adoptiuo qualiter alij ſuccedunt. nu. 9. 99

Adoptiuos filios appellatione filiorum non venire, cum ampliationibus, & limitationibus, nu. 15. 103

Adoptiuus efficitur de familia adoptantis, & ei ſuccedit tam ex teſtamento, quàm contra teſtamentum, & abinteſtato, vt ſuus hæres, nu. 3. 86

Adoptiuus filius, vel arrogatus ſuccedit cum liberis legitimis, & naturalibus, & quid de iure Regio, nu. 6. 89

Adoptiuus in familia adoptiua nanciſcitur iura agnationis, & cognationis eorum quibus agnaſcitur, in naturali retinet cogna-

tionem,nu.5. 87
Adoptiuus quibus ſuccedit,num. 15. 98
Agi an poſſit ex omni promiſſione incerta de iure canonico, num. 26 *fol.* 44
Agnatis alijs,vel cognatis vltra fratrem, vel ſororem non competit querela,nu. 10. 196
Alienare prohibitus non cenſetur prohibitus ad longum tempus,nec ad mille annos locare, contra commu. cum glo. Cum.& Bald. *Nouel.num.* 34. 518
Alienare prohibitus ſine conſenſu vxoris,poterit ſine eius conſenſu ad longum tempus locare,nu. 45. 527
*Aliena res ſi capiatur ad ſubleuandam vitæ neceſſitatem,non violatur preceptum,non furtum facies,nu.*42. 825
Alienatio eſt actus,per quem dominium transfertur, & variè in iure ſumitur,nu. 1. 492
Alienatio impropriè, & largiſſimè quæ dici poſſit, vltra Scrib. *& contra eorum mentem,nu.* 33. 517
Alienationis nomen multipliciter ſumitur,propriè, & impropriè, ſtrictè,largè,largius,largiſſimè,nu. 25. 511
*Alienationis nomen non comprehendit locationem perpetuam,nec temporalem,breuem,aut longum,nec ſtrictè,nec largè,nec largius loquendo largiſſimè, & impropriè quamlibet, nu.*24.511
*Alimenta denegantur filio ingrato,nu.*28. 815
Alimenta liberis debentur ſecundum qualitatem perſonarum,cum Couar.contra Bald.nu. 26. 814
Alimenta liberis debentur de iure naturali, ſed neceſſitas alimentandi eſt impoſita de iure ciuili,nu. 25. 814
Alimenta non debentur filio, qui habet officium, vel artificium, dũmodò ſit artificium honeſtum, poſſitq; ſecundùm qualitatem exerceri,ex quo ſe ali poſſit,nu. 32. 8
Alimenta non poſſe lege tolli intelligit auctor regulariter, nam ex iuſta cauſa tolluntur,ſicut in legitima dicitur, nu. 33. 818
In *Alimentã di obligationem imputatur legitima et quæ ſit ratio, nu* 48. 641
Alimentandi onus pertinet ad patrem, & non ad matrem poſt triẽnium,nu. 30. 816
Alimentorum ſunt capaces illi, qui aliàs ſunt incapaces, & qualiter intelligatur,nu. 31. 692

Alere

Alere tenetur pater non ſolùm filios, ſed etiã nepotes, & nurum, nu. 25. 815
Amor plus deſcendit, quàm aſcendit, nu. 9. 836
Annua conceſsio ad alimenta facta non eſt perpetua, ſed pro primo anno eſt pura, & pro ſequentibus conditionalis, num. 14. 678
Annua conceſsio, in hoc anno, debetur in fine anni, nu. 38. 697
Annuum legatum relictum fratribus minoribus pro ſtudio, ac libris emendis valet, nu. 35. 696
Annuum legatum ſine adiectione ſummæ valet, nu. 8. 33
Annua obligatio extinguitur, quando cauſa, ob quam conceſſa, finitur, nu. 12. 677
Annua præſtatio debetur in principio cuiuslibet anni, quod declara, vt in fine, nu. 37. 697
Annua promiſsio facta pauperi non eſt perpetua, cum com. contra aliquos, nu. 20. 683
Appellandum ad quem ſit à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, nu. 8. 460
Appellandum ad quem ſit à delegato Principis, nu. 17. 466
Appellandum ad quem ſit à ſubdelegato, nu. 20. 467
Appellandum ad quem ſit à Rectore alicuius collegij, vel artis remiſsiuè, nu. 25. 479
Appellandum eſt à iudice delegato ad delegantem, nu. 7. 460
Appellandum eſt à iudice ordinario minori ad maiorẽ gradatim, nu. 1. 458
Appellandum non eſt à iudice appellationum domini alicuius villæ ad ipſum dominum, nu. 14. 465
Appellandum eſt ad Principem, ommiſſo medio, de iure ciuili, nu. 2. 458
